Quod ſit fugere ſatis cōſtat. Cunctari eſt ꝓ tē poze ſe a dimicatione ſubtrahere vt hoſtilis exercit⁹ magnitudo paulati ad tenuitatē redacta tā dem facilius ſuperet. Quō vt dictū eſt ꝓius fortiter faciebat. Fabius aduerſus hannibalē: ita dicēte Plutarcho: vbi vitam ſabij maximi refert ipſe inquit cum ſpem omnē victorie in ſe populus romanus repoſuiſſet contra hannibalē iter intendit non eo animo vt dimicare vellet. ſed vt tēpore illi⁹ vires attritas redderet: ⁊ rerum copiā ad inopiā. ⁊ exercitus magnitudinē ad tenuitatē reduceret. vnde hoſtes perſequens per loca edita exercitum ductabat. ⁊ poſitis caſtris tacitus conſedebat. et tñ ſeſe hannibali oſtendebat ꝯtum ex loci intercapedine ad pugnandū inuitus cogi nō poſſet. ita qz hoſtibus tanꝯ pugnaturus eſſet. ea cunctatione terrorem incutiebat. ⁊ q ꝓpter hoc fabius fuit dicendus fortis. patet per id quod ſequitur. Nam poſtꝯ Plutarchus recitauit quo hannibal omni fraudis genere Fabium conabat impellere ad cōferendum manus ſiue ad pugnandū/ ſubiecit Aut fabium prudētem fortemq; virum nullo modo dolis fallere potuit. Nam et Mumittius ⁊ Terētius Varro qui aggreſſi ſunt Hannibalem contra Fabij imperium/ ſtragem paſſi ſunt exercitus nō mediocrem. Expectare eſt ſe ad pugnā paratum immobilem preſtare: ⁊ aduerſarium inuadentem fortiter excipere. Aggredi eſt in hoſtem inſilire. Suſtinere ē inter ictus/ vulnera dolores/ ⁊ alia ab aduerſarijs pugnando inflicta detrumenta/ conſtanter in acie perdurare. Inferre eſt huiuſmodi detrimenta/ aduerſario infligere. Prima concluſio Fugere interdum eſt actus fortitudinis. probatur aliquando recta ratio dictat nec aggrediendum nec ſuſtinendum nec expectandum eſſe nec cunctandum. ſed fugiendum. ſed huiuſmodi recta ratio eſt dictamen prudentie directiuum alicuius ꝟtutis et non niſi fortitudinis. ergo fugere eſt actus fortitudinis minor eſt certa per indictionem ⁊ maior probatur quia aliqñ recta ratio dictat q ꝓ fugaz. res pub. melius multo ſalitabitur ꝯ per pugnam. Tū ꝓpter multitudinē ⁊ ꝑparationē in hoſtibus/⁊ cōtrariū in nobis. Tū aliqñ ꝓpter ꝓditiones te quibus hñtur veri ſimiles ſuſpitiōes. Tū ꝓpter multas alias cauſas. igit̄. Scōo fuga facta ex electione cōformi dictamini recte rōnis eſt actus alicuius virtutis ⁊ nō pōt aſſignari alia virtus a fortitudine cuius ſit actus. vt pz in ducendo ꝓ ſingulas. ꝯ eſt actus fortitudinis maiorē ꝓbo qz fuga illa eſt actus deliberatus: ⁊ nō eſt actꝰ vicioſus ꝯ ē actꝰ virtuoſus. q nō ſit vicioſus pz: qz eſt actus imperatus a voluntate imperāte fugā. qz recta rō dictat eſſe fugiendū. Tunc etiā qz eſt actus recte rōni cōformis ſub ordinatus alicui actui voluntatis hñti rectā rōnē ꝓ obiecto et eidem recte rōni cōformi. ¶ Tertio aliquo caſu poito nō fugere eſt actꝰ temeretatis ⁊ audacie: ꝯ in eodē caſu furere ē actꝰ timoris vl fortitudinis. ſz nō ē actꝰ tioris i caſu dicto. qz timor nō impat fugā eoq; recta ratio dictet eſſe fugiendū. Munꝯ cñ timor hz rectā rationē ꝓ obiecto: ergo i illo caſu fugere eſt actꝰ fortitudis. ¶ Quarto fugere eſt actus circa materiā fortitudinis omnibus circunſtātiis debitis circūſtantionatus. cū recta ratio (vt ſupponitur) ꝓ tunc dictet eſſe fugiendum. ergo fugere eſt actus fortitudinis.

Mota.

Partes ſortitudinis.

¶ Quinto in eodem casu non fugere non pōt esse actus fortitudinis. qz nō fugere i illo casu semper est actus temeritatis z audacie. ergo in casu fugere est vel potest esse actus fortitudinis. ¶ Secūda conclusio. Fuga est actus minus principalis z minus difficilis ceteris actib⁹ fortitudinis. ℙrobatur subire periculum mortis in bello z aliox detrimentorum belli est principalior z difficilior act⁹ q̄ nō subire. sed per ceteros actus subimus hmōi pericula per fugam nō subimus ꝫ euadum⁹ ea igit. ¶ Secundo fuga magis assimulat timori q̄ audacie. sed audacia est similior fortitudini q̄ timor. qz magis inclinati sumus ad terrorē terribiliū q̄ ad ipsorum tollerantiam igitur. ¶ Tertia conclusio. Cunctatio est actus fortitudinis excellētior fuga z reliquis tribus minus excellens. q̄ sit actus fortitudinis ꝓbatum est in principio. potest etiā ꝓbari rationibus quibus de fuga ꝓbatum est in principio. ℝatio enim recta dictabat. Fabio q̄ erat difficilimū vincere ℍannibalem p expectationē aut per aggressum stante exercitu suo in ordine z compositione militari: sicut qui aliter aduersus eū pugnauerunt experti sunt. z quod melius erat paulatim attenuare copias eius z expectare quousq; exercitus suus esse sine ordine/ vt haberet opportunitas eum aggrediendi. qđ z fecit. Fabius qui cu ℍannibal bis pene victoriā cōtra collegas Fabij haberet: unsilijt Fabius in militiā ℍannibalis dispersam z fugauit eā: z collegas suos ex grauissimis periculis exemit q̄ autē sit actus excellentior fuga patet. qz per fugā totaliter reijcit periculuz belli: sed per cūctationē nō reijcitur: sed expectat opportunitas cōserēdi man⁹ z pugnādi. Terciū patet qz per alios actus nec reijciunt nec differtur pericula hmōi: sed suscipiuntur. igitur

¶ Quarta cōclusio: Expectare est actus minus principalis q̄ aggredi. hoc est inuadi est min⁹ p̄ncipalis actus fortitudinis q̄ inuadere: z min⁹ difficilis q̄ sit actus fortitudinis/ ℙrobat rōnibus prime cōclusionis. q̄ sit minus difficilis ꝓbat. Ad vincendū aliquā multitudinē expectando sufficit aliqua multitudo q̄ non sufficeret ad vincendū eā aggrediendo ceteris paribus ergo expectare est actus minus difficilis q̄ inuadere. Añs ꝓbatur. Nam (vt testantur cronice et hīstorie) quotiēs fuit pugnat a qua multitudo ꝺtra magnā z nō potuit fieri p insidias aggressio clarissimi duces semp cē fuerunt expectādos esse aduersarios/ z nō inuadēdos. ¶ Scđo q̄ expectāt melius pñt seruare ordinem discipline militaris q̄ q̄ inuadūt. qz q̄ inuadūt sunt in motu autē in quiete. ergo facilius est expectare q̄ aggredi. Mā qui expectant multas habēt cōmoditates ad vincendū quas nō habēt qui aggrediuntur. ¶ Tertio actus audacie est difficilior q̄ actus timoris ergo actus fortitudinis audacie similior est difficilior quā actus fortitudinis min⁹ similis audacie. sed vt cōstat aggredi est similior actus audacie q̄ expectare: ergo aggredi est difficilior act⁹ q̄ expectare. z hoc intelligo ceteris paribus. ¶ Quinta ꝺclusio. sustinere est actus fortitudinis difficilior q̄ inferre. q̄ sit actus fortitudinis ꝓz rōnibus supra positis. similiter de actu ferēdi. vtrūq; aūt istox actuū figuit ari. iij. ethicox cum de actu fortitudinis loquēs/ ait. Secundū dignitatem eīn z vt vtiq; ratio. patik z agit fortis. z capitulo sequenti. vbi loquik de militibus subeūtibus pericula belli ꝓpter experientiā. videtur (inquit vtiq; fortes q̄n nō sciunt alij qualia sunt. deinde facere sed nō pati maxime pñt ex experiētia z custodire et ꝓcutere: potentes vti armis et talia habētes qualia vtiq; erunt ad facere z ad nō pati fortissima. vbi expresse distinguit ari. inter inferre siue percutere/ z pati. ℙrobatur cōclusio. bene pati malum est virtuosius q̄ bene facere malum. sed sustinere est bene pati malum/ scz ictus vulnera et dolores inferre autem siue percutere est bene facere malum hosti z aduersario. igitur. maior ꝓbatur bene facere bonum puta liberaliter est melius q̄ bene pati bonum et per hoc in quarto ethicorum ꝓbat ari. q̄ liberaliter dare est melius q̄ liberalit accipere. ergo p locū a cōtrarijs bene pati malus est virtuosius q̄ bene facere malum. Secūdo sustinendo z patiendo illa mala tollerantur actualiter que cum futura erant impellebant ad timiditatez z fugam sed inferendo illa mala infliguntur hostibus quibus suadebamur ad audendum. ergo multo difficilius est sustinere q̄ inferre. Tertio sustinere est tristabile z molestē. inferre est delectabile et iocundum igitur sustinere est difficilior actus q̄ inferre. antecedens patet quia ledi ab aduersario ē triste. ipsum autem ledere sibi delectabile sed sustinendo ledunur ab aduersario: inferendo vero aduersarium ledius igitur. ¶ Quarto quicquid difficultatis habet percussio z illatio malorum in hostem illud difficultatis habet pati siue percuti siue sustinere: et cum hoc multas alias difficultates qz dolores ictuum z vulnerum. Aduerte tamē q̄ duo possunt intelligi: vnum est actus defensionis: queq; ari. vocat custodire siue tueri se ab hostium ictibus z a d hunc actum sequiturnō pati: secundam illud quod dicit de militibus habentibus experiētiam milicie q̄ sunt potentes ad agere z etiam ad nō pati. Ad agere quia potētes sunt ꝓcutere Ad nonpati qz potentes sunt custodire. Et ista videtur pertinere ꝓprie ad experientiam z industriā bellicā. Aliud est pati z perdurare inter grauissimas illas passiōes laborz z dolorum: z istud est maxime ꝓprius actus fortitudinis z difficilimus.

¶ Quinto quicquid nullam aut saltem nō magna difficultatem habet nisi ꝓpter alterum illud nō est eque difficile sicut illud. sed inferre nullam aut saltem nō magnam difficultatem habet nisi ꝓpter sustinere milites enim fortes nō formidant percutere nisi qz timeant percuti nec timent se immiscere bello ve percutiāt nisi qz timēt vt percutiant. igit hec cōclusio iudicio meo est tam certa q̄ nō eget ꝓbationem. Nulli enim dubium est q̄ quicūq; gradus fortitudinis sufficit ad bene sustinēdum ictus hostium: ille sufficit (supposita industria armorum) ad bene inferendū z perseuerandū in inferendo.

¶ Sed ꝺtra p̄mam ꝺclusionē arguik sic. Fugere ē actus timoris: ergo fugere nō est act⁹ fortitudis. Añs ꝓbat quia timor non inclinat ad sustinendum nec ad inuadēdum. sed tantū ad fugiendū. Scđo arg. inter actus fortitudinis nō enumerat fugā: g fugere nō est actus fortitudinis Tertio ois virt⁹ est circa bonū z difficile. ꝫ fugere nihil difficultatz hz. cū sit oibus nō ꝓhibitis facile igit. Ad p̄mam rñr q̄ aliq̄ fugere est actus timoris z aliq̄ act⁹ virtutis. nā fuga facta cōformiter ad iudicium recte

L.

Nota.

Nota.

Nota.

Nota.

rationis ⁊ ex imperio voluntatis se rōni cōformātis est actus virtutis: q̄ autē sit cōformiter ad impulsionem passionis timoris vel vicioſi habit⁹ est actus timoris: immo eadē fuga per cōtinuationē pōt esse actus fortitudinis ꝓpria pte ⁊ actus timoris q̄ alia. Ad secūdā rñdet negādo añs. enūerat cūm ar. cū ait fortis aūt stupescibilis est vt hō timebit quidē igit talia. vt oz aūt ⁊ vt ratio sustinebit. Nā si recta ratio dictet esse fugiēde et nō fugiūt/ fortis nō timebit talia vt opz ⁊ vt recta ratio dictat. Ad tertiā dico q̄ sicut nō audere difficultatē hz ita ⁊ fugere ꝓformiter ad iudiciū rōnis nā difficile est cū terribile aliq̄ apparet expectare iudiciū rōnis ⁊ eiꝰ vel fugiēdo vel alio q̄is mō obedire. Cōtra quartā cōclusionē ar sic ꝓmo auctoritate. Ar. qui (vt volūt oēs exponitores dicit q̄ expectare est difficilior actus q̄ aggredi. Scōo sic difficilius est reprimere timorē q̄ moderare audaciaz sed ꝑ expectationē moderat timor ꝑ aggressū vero moderat audacia: g̃ difficilius est expectare q̄ aggredi minor ꝓbat qz qui expectat inuadit: et q̄ aggredit inuadit. maior vero ꝓbat. qz terribile illud qd̄ est obiectū timoris ⁊ audacie de se confert ad repssionē audacie ⁊ augmentū timoris. ¶ Tertio difficilius est pugnare cū fortiori q̄ cū debiliori. sed expectans pugnat cū fortiore. ⁊ qui aggreditur pugnat cū debiliori. igit. maior est certa. et minor ꝓbatur qz sustinere respicit ꝓprie loquendo fortiorē inuadētē. ⁊ q̄ inuadit/ inuadit ꝑ modū fortioris. Quarto difficilius est perseuerare i periculis: ⁊ malis pñtibus q̄ in futuris. sed qui expectat perdurat in laboribꝰ ⁊ periculis pñtibus. qui aūt aggreditur habet hmōi mala tanq̄ futura ⁊ non ꝓsentia. igit. difficilius est expectare q̄ aggredi. ¶ Quinto sic difficilius est diu ⁊ perseueranter sic manere ⁊ perdurare in periculis q̄ subito moueri ad pericula. sed expectare importare tēporis diuturnitatem. aggredi autē potest quis subito motu secundū illud quod de audace ⁊ forti dicit Ari. audaces quidē ꝓuolantes sunt ante pericula: in ipis autē discedūt. fortes autē in operibus acuti ꝓmus autē quieti. ¶ Sexto sic. ille actus virtutis est ꝓncipalior q̄ immediatiuus respicit bonū honestum scz bonum virtutis. sed expectatio est hmōi igitur minor ꝓbat qz licz aggressus sit finaliter ad bonū virtutis seruandū: tñ immediate est vel ad victoriā vel ad lucrū vel ad repellandos inimicos. Expectatio autē (spē aliter vbi moz apparet) ad nullum illoz tendit immediate sed solū ad hostū fouēdum ⁊ ad euitādū malū culpe. ¶ Septimo sic. ille actus est principalior actus alicuius virtutis qui magis distat ab extremis viciis. sed expectatio ē hmōi. qz fortitudo magis conuenit audacie in aggrediēdo q̄ in expetando ⁊ ex alia pte magis ꝓuenit cum timiditate in fugiendo q̄ in expectando. ¶ Ad primā istaz rationū dico q̄ Ari. in toto textu suo nō locutus est de expectare sed de sustinere nec cōparauit sustinere ad aggredi: sz bñ cōparauit fortitudinē circa terribilia ad fortitudinē q̄ est circa audibilia ⁊ semp voluit q̄ maxim⁹ actus fortitudinis est ⁊ cōsistit in sustinēdo ⁊ patienter tollerando terribilia: sicut dictū est in vltima ꝓclusione. ¶ Ad secundā cōcedo maiorem ceteris paribus. ⁊ ad minorem dico q̄ per expectationē moderatur timor ⁊ audacia. ⁊ per aggressū vtrūq̄ moderatur. Nam qui expectant apprehendūt aggressionem hostium/ ⁊ tanq̄ terribile. ⁊ secundum hoc ipsa nata est causare timorē ⁊ tanq̄ audibile. ⁊ per hoc ipsa nata est causare audaciam. Et inde est q̄ expectant sperantes expectando posse eos vincere. Et quia existimant se minus difficiliter vincere expectando q̄ aggrediendo: ideo expectant. ¶ Ad tertiam cōcedo maiorē ceteris paribus experientia scz et industria/ ⁊ loco/ ⁊ alijs adiumentis. ⁊ nego minorem ꝓ vtraq̄ parte si vniuersaliter intelligatur. alias nihil esset ad ꝓpositum. Et ad ꝓbationem concedo q̄ sustinere siue expectare respicit inuadentem. sed nego q̄ semp fortiorem. et nego q̄ qui inuadit/ inuadat per modum fortioris vniuersaliter: sed inuadit quia existimat q̄ facilius vincet inuadēdo. Alius aūtem expectat quia existimat q̄ facilius vincet expectando. nam si aggredi ⁊ inuadere semp facerent inuadētem fortiorem secundum rectam rationem/ nullus est pugnātium qui non deberet inuadere. Quod si dicas q̄ ille qui inuadit sēper existimat se fortiorē: hoc etiā negatur. Et dato q̄ ita esset: tñ ex hoc non sequeretur q̄ in rei veritate esset fortior: licz bene scōm opinionem suam ⁊ forte falsam. ⁊ simile etiam opinionem pōt habere de se qui expectat. ¶ Ad quartam cōcedo maiorē ceteris paribus. Et ad minorem dico q̄ qui expectat nō plus perdurat in laboribus ⁊ periculis pñtibus q̄ ille qui aggreditur. sz si cetera sint paria labores sint pares et similiter pericula. Videtur enī maginari arguens q̄ qui expectat percutiatur ⁊ nō percutiat patiatur ⁊ non agat. ⁊ qui aggreditur agat ⁊ nō patiat percutiat ⁊ non percutiat. qd̄ falsum est. Nam agere ⁊ pati cōia sunt expectantibus et aggrediētibus. ¶ Ad quitā ꝓcedo. maiorē ⁊ nego minorē ⁊ aggressio nō se hñt dñter ad diuturnitatē tēporis ⁊ dico q̄ si expectatio qui est ꝑ pñtiā periculoz: de qua loquit arguēs sit diuturna. aggressio etiā est diuturna ⁊ qz qui aggrediunt etiā in periculis pñtibus ⁊ percutiunt ⁊ patiunt vulnerant ⁊ occidūtur ab occidētibus: ideo dico q̄ aggrediētis est perseuerare in periculis sicut expectantis. Et ad ꝓbationē cōcedo q̄ quis aggredi pōt subito motu. Sed tunc dico etiā q̄ expectatio nō erit diuturna. Et ad ꝓbationem dico q̄ ipsa militat in ꝓtrariū. duplex enī est aggressio. quedā est q̄ est actꝰ audācie. ⁊ de illa loquit Ari. q̄ aliq̄n est subita ⁊ nō diuturna. sed de hac nō loquimur. cū sit viciosa: ⁊ nō actus virtutis. Alia est q̄ est actus fortitudinis. ⁊ illa nō ē sic subita. vt ptz ex eadē auctoritate. fortes inquit (in operibꝰ acuti. i. vehemētes ꝓus aūt quieti. qz ipsi ferunt cōsiliū Saluſtij dicētis priusq̄ incipias cōsulto: postq̄ cōsulueris/ mature facto opus est. ¶ Ad sextam nego maiorem bonum enī honestū aliq̄n nō pōt haberi ꝓnū actū nisi mediante bono vtili per aliuz actū pōt haberi immediate non tñ ꝓmus actus est minus bonus q̄ secūdus Sed forte arguēs vult dicere q̄ actus ille ad quē ꝗs mouet nō solū ꝓpter honestū sz etiā ꝓpter vtile nō est eq̄ bonꝰ sicut actꝰ ad quē ꝗs mouet ꝓpter honestū tñ. ꝓcedo maiorē i hoc sensu ⁊ maxie si honestū ⁊ vtile simul nō plus ex vna pte moueāt q̄ honestum ex alia ⁊ hoc ceteris paribus. Sed si honestū ex vtraq̄ pte mouēt eq̄liter et ex vna pte superadderet motio vtilis q̄ scōm rectā rōnē fie-

Nota.

Nota.

ri possit: non ꝓpter hoc deteriorabit actus. ¶ Ad minorē dico q falsa est. ⁊ ad ꝓbationem dico q expectatio est eque bene ad victoriā/ ad lucrū/ ⁊ ad repellēdos inimicos sicut aggressio. Ideo eīm expectant vt vincant ⁊ reliqua oia ꝓsequant. Ad. vij. dico ꝑmo q maior videt in intelligibilis. nā q magis aliquid discedit a timore tanto magis accedit ad audaciā. ⁊ ꝯtra magis distat ab audacia tanto magis accedit ad timorē quare videt impossibile q aliqd magis distet ab vtroq extremoꝝ ꝯ aliud sed credo q arguēs intelligit de accessu ſm similitudinē aliquaꝝ ꝓprietatū. ⁊ ad minorē dico q falsa est. ⁊ ad ꝓbationē cū dicis q fortitudo magis ꝓuenit cū audacia ⁊c. dico q argumentū est ad oppositū. nā ꝑ illud nō ꝓbat aliud nisi q fortitudo expectatiua magis distet ab audacia ꝯ fortitudo aggressiua. ſz nō ꝓbat q magꝫ distet a timiditate qō fuit ꝓbādū. ¶ Cōtra quintā ꝯclusionē. arguit ꝓmo sic. Uti ē melius ꝯ possidere ſz sustinere nō est nisi possidere vires inferre autē est vti viribꝰ ergo inferre est melius ꝯ substinere. ¶ Scōo virtutis magis est bene facere ꝯ bñ pati. sed inferre est bñ facere: sustinere est bene pati. ergo inferre melius est ꝯ sustinere. ¶ Tertio bene operari maioris est virtutis ꝯ turpia nō operari. ſz inferre est bñ operari: sustinere autē nihil aliud est ꝯ nō operari turpia/ ſz nō fugere. ¶ Quarto virtuti ⁊ operatiōis eius debent laus et gloria. sed magis laudant qui bene inferunt ꝯ qui bene patiunt. ergo virtuosius est inferre ꝯ sustinere. ¶ Quinto illud est virtuosius qō est circa difficilius. sed difficilius est inferre ꝯ sustinere: cum nemo sit qui pati non possit igitur. ¶ Sexto Illud est virtuosius ⁊ melius qō maiorē ꝓbet vtilitatē rei publice sed inferre maiorē ꝓbet vtilitatē reipublice. cū inferēdo ⁊ percutiendo vincantur hostes igitur. ¶ Septimo. actus quo quis magis recedit a timore est melior ꝯ alius quo non tantus recedit a timore. quia fortitudinis est maxima timore retrahere. sed ꝑ actu inferēdi magis recedimus a timore ꝯ per actū sustinēdi. q sustinens tm habet simplicem negationem timoris. inferens autem contrariē mouetur contra timorem igitur. ¶ Octauo. fortitudo inferentis magis distat a timore/ ⁊ conuenit cū audacia ꝯ fortitudo sustinentis. ergo ipsa est melior. añs ꝓbatur. quia sustinere non est audere sed pati. inferre autē est audere. ¶ Nono sustinere siue inferre nihil ꝓdest: inferre autē siue sustinere multum ꝓdest. vt cum ad primum insultum fugiunt aduersarij. tunc eīm ꝑ inferre habetur victoria. igitur inferre melius est ꝯ sustinere. ¶ Ad primam concedo maiorem: et maxime vbi vti includit possidere: ⁊ hoc quādo vsus est bonus. alias nō esset bonum vti viribus. Et nego minorem ⁊ dico q qui sustinet vtitur primo maioribus viribus animę ceteris paribꝰ ꝯ qui infert: qꝛ est difficilior actus vt dictum est. ¶ Dico secundo q qui sustinet viribus corporalibus vtit in repellendo ictus ⁊ tuendo se a nocumētis. Simpliciter tm magis viribus vtitur qui sustinet in hoc q contra labores ictus ⁊ vulnera se immotū ⁊ perseuerantē exhibet. Ad tertiam concedo maiorem ⁊ nego minorem ⁊ dico q qui sustinet non solum nou operat turpia/ sed etiā operatur honesta operatione actꝰ interioris in hoc q inter tot incommoda ictuum ⁊ vulnerum semper perseverat. Ad quartam dico q a sapientibus plus laudatur qui bene sustinet ꝯ q bene infert vel ꝓcutit ceteris paribus: ꝯ uis tm vulgus frequenter magis laudet q̄ minus laudanda sunt. ¶ Ad quintam dico q ꝑ sustinere possumꝰ intelligere duo scz passionē exteriorem ꝓcise: ⁊ tūc hmōi passio violenta est neq exigit laborem in patiente vt suscipiatur. Aliomodo pōt dicere actus interiorem imperatiuū actualiter huiusmodi passionis ⁊ perdurationis in ea vsq ad mortē. ⁊ tūc dico q iste actus ꝓpter rationes supradictas ē multo difficilior ꝯ actus inferendi siue etiā actus inferendi dicat actum exteriorem siue interiorem/ etiam actualiter imperatiuum executionis. ¶ Ad sextam nego maiorem. Nam (vt dicit buridanus) multa pecunia est magis vtilis reipublice ꝯ vnus homo bene ꝓbus: ⁊ tamen non est melior. hec tm potius est euasio ꝯ solutio. quia pecuma nō est virtuosa hic autem agitur de comparatione duorum actuum virtuosorum quorum actuū vtilitas ⁊ defensio ⁊ salus reipublice est finis. ¶ Videtur ergo q ille actus sit melior quo melius ⁊ regularius rei publico. consequitur defensionem ⁊ salutem suam. Quicquid ergo sit de maiore nego minorem. ⁊ dico q regulariter nec per actum inferēdi sine actu sustinendi respublica cōsequitur salutem suā maxime vbi est ex vtraq parte conflictus. Neq per actū sustinendi sine actu inferendi respublica cōsequitur salutem suam. sed per vtrūq simul. et dico q regularius accidit q bene sustinendo ⁊ remisse inferendo respublica salutem suam consequitur ꝯ intense inferendo ⁊ remisse sustinendo. ¶ Ad septimam cōcedo maiorē vbi cause timendi sunt ꝑtes. sed dico q in sustinēte cause timoris sunt multo vehemētiores cū in eo sint mala belli actualiter ꝑntia ꝯ in inferente in quo non sunt huiusmodi mala belli secundum ꝯ huiusmodi: immo ſm q in eo sunt habet rationē sustinentis et non inferentis ¶ Ad octauam similiter dicit. pōt tm distingui añs: vel q magis distet a timore ꝓpter magnitudinem virtutis fortitudinis: ⁊ sic ego nego vel ꝓpter absentiam ⁊ presentiam malorum belli: ⁊ sic concedo. quia eīm mala belli non sunt presentia inferenti ſm q inferens ⁊ sunt presentia sustinenti scōm q sustinens: ideo fortitudo inferentis magis distat a timore ꝯ fortitudo sustinentis. ¶ Ad nonam dico q regulariter nec sustinere sine iferre/ nec inferre sine sustinere quicq̄ ꝓdest. Nam sicut ad ꝓmus insultus aliqñ fugiunt qui sustinere debebant: Ita etiam ad primū insultū fugiunt aliquando qui inferebant cum experiūtur aduersarios paratos ad pericula ⁊ expertos in repellēdo: secundum q ait Ari. de audacibus. Audaces quidem preuolātes ante pericula: in ipsis autem discedunt. dico ergo q vtrumq eget altero: sed tamen victoria reipublice salus magis dependet ex fortitudine tollerantia ꝯ ex forti illatione siue percussione.

Argumen. Burida. 3. ethicorū. qsto. 22.

E.

Motā.

Queritꝫ sexto. Utrū fortitudo quā Ari. politicam vocat si vera fortitudo. ¶ Arguit q sic. Omnis fortitudo q̄ fit ꝓpter virtutem est vera fortitudo. sed fortitudo politica fit ꝓpter virtutem: vt habetur in textu. ergo ipsa est vera fortitudo. ¶ In oppositum est Ari. tertio ethicorum. Notandū est q ſm Ari. ꝓprius ⁊ verus actus fortitu

dinis est sustinere ꝛ metuere terribilia vt opꝫ/ que opꝫ qñ opꝫ/ ꝛ gratia cuius opꝫ. Et similiter aude re ausibilia q̄ opꝫ/ vt/ qñ/ ꝛ/ gratia cuius opꝫ. Et hunc actū exprimit Ari. sub his verbis. Quicqđ igitur que opꝫ: ꝛ cuius gratia sustinet ꝛ timet: ꝛ vt opꝫ/ ꝛ qñ similiter aūt vt audet fortis ſm dignita- tem eīs ꝛ vt ratio/ patitur ꝛ operaꝫ fortis. Ex quo paulopost infert actus vicioꝝ oppositoꝝ fortitudi ni. Quidā eīs sunt qui superhabūdāt in nō metuē do/ ita ꝙ nō timēt quo opꝫ/ vel vt opꝫ/ vel gratia cuius opꝫ. q̄ aūt nihil oīno timēt stupidi sunt vel in sani. vt q̄ neqꝫ terremotū/ neqꝫ inūdationes timēt sicut dicīt de celis. q̄dā vero superhabūdāt in au- dendo circa terribilia. Et illi dicunt audaces. au dax aūt videt supbus eē ꝛ fictor fortitudinis. Mā audax vult videri se habere circa terribilia sicut fortis se hꝫ circa ipsa. ꝛ ideo imitaꝫ fortē in quib⁹ pōt. ꝛ inde est ꝙ multi eoꝝ sunt audaces timidi. i. vt hꝫ translatio Aretini hñt cū timore audaciaꝫ. nā in his. i. in periculis audētes. i. cū audacia ag- gredientes nō sustinent. i. nō fortiter tollerāt terri bilia. Quidē aūt superhabūdāt i timēdo qz timēt q̄ nō opꝫ timere ꝛ vt nō opꝫ timere. Et licꝫ iste sic superhabūdās in timēdo deficiat in audendo: ipse tñ magis manifestaꝫ per superhabūdantiam tristi ciaꝝ ꝛ timoris quē hꝫ ex apprehensione terribilis q̄ ex defectu audēdi. Ex quo infert ꝙ desperans ꝛ timidus ꝛ nō fortis. ꝓbat desperans non est bone spei sꝫ oia timet fortis aut in audēdo est bone spei Notandū ꝓterea ꝙ ſm Ari. capitulo sequenti du plex ē fortitudo scz vera ꝛ simlitudinaria tñ In qua diuisione extendenꝫ nomen fortitudinis nec accipiꝫ p virtute tñ. Fortitudinis similitudinarie sunt sex modi. Prima est politica. ꝛ est eorum q̄ su F. stinent pericula propter honores qui distribui so- lent viris fortibus ꝛ ppter opprobria quibus effi- ci solent timidi inde est ꝙ apud illos sunt viri for- tissimi apud quos timidi habentur in honorati et infames. fortes vero honorantꝫ. Et ideo homerus fingebat hectorē dicentem polidamas mihi primū redargutiones reponet: hoc est si non fortiter fa- ciam: ipse me redarguet: ꝛ fingit etiam diomedem dicentem: hector cū concionabitur apud troianos dicet tytides. i. diomedes filius tydei a me victꝰ ē. Expoſi. 3. capi. 2. 3. ethicorum. Aracij. Secūda fortitudo est eorum qui a principibus co guntur fortiter facere. sicut hector multos coge- bat cum dicebat. Si ego aliquē videro ꝑcul a pu gna fugientē vel formidantem: ille nō poterit eua dere. i. qz scz eum canibus deuorandum dabo. aut vt vult translatio. Aretini non sufficiet sibi ꝙ eua dat cāes id est grecos persequentes. quia eū alijs penis efficiam. Similiter perfecti cogunt ad pu gnam multos/ cum percutiunt retroducentes. Si militer illi cogunt qui collocant foueas ante mu- ros. ex quo patet ꝙ est aliqua fortitudo coacta. Tertia fortitudo est eorum qui habent experiētiā bellicarum rerum. isti enim ideo videntur fortes qz cum bellum multa inania habeat. i. multa que ha bent timorem inanem ꝛ vanum: isti hec oīa ppter experientiā cognoscūt nec formidāt. qz sciunt esse inania. Alij aūt formidāt qz nescinnt qualia sunt. ꝛ preterea isti industriam habent offendendi hostē ꝛ per cutiēdi ꝛ etiam custodiendi se ab hoste. quia sciunt vti armis: ꝛ habēt omnia que vtilia sunt ad fortiter faciendum ad tegendum siue custodien- dum: ꝛ ita pugnāt tanq̄ armati aduersus inermes ꝛ tanq̄ exercitati aduersus inexercitatos. nam in talibus certaminibus non semp fortissimi sunt pu gnacissimi sed illi sunt pugnacissimi qui sunt maxi me potētes scz in aggrediēdo/ ꝛ in se custodiendo habētes corpora optima ꝛ robusta ¶ Quarta for titudo est eoꝝ qui ppter impetuose ferunt in peri cula. sicut fere ferunt in vulnerantes. Isti autem dicunt a nōnullis fortes qz fortes habent speciam furoris ex impetu quem habent ad pericula: ad q̄ pericula furor est impetuosissimus. tñ est illud ho- meri virtutem ummitte furori. ꝛ virtutē per furorē erige: ꝛ subijt per nares impetus: et efferbuit san- guis. q̄ omnia vident significare erectionem furo ris ꝛ impetus. ¶ Quinta species est eoꝝ qui forti ter faciunt ppter fiduciā sui qz esp multotiens et multos vicerunt confidunt in periculis ꝛ isti dicun tur fortes qz pericula subeūt ꝛ audaces sunt sicut fortes. ¶ Sexta spēs est eoꝝ qui ignorant pericu la ꝛ credūt ea parua esse qz magna sunt: et ea esse ausibilia q̄ terribilia sunt: hec ex Ari. paucis ꝫbis mutatis recitata sunt: vt videaꝫ ſm quid vna q̄qꝫ istarum fortitudinum a vera fortitudine deficit.

¶ Sit igitur prima ꝯclusio. cuius fortitudo politi ca maxime assimuletur vere fortitudini: non tñ est vera fortudo. ꝓmam partem ꝓbat: quia fortitudo politica fit ppter virtutē igitur. Antecedēs ꝓba- tur. quia fit ppter verecundiam: ergo fit ppter vir tutē. Et si dicas: cū verecundia nō est virtus: ergo nō sequiꝫ ꝙ si fiat' ppter verecundiā ꝙ fiat ppter Buri. 3. ethi. qſti. 2. 4. virtutē. Ad hoc respondet buridanus ꝙ in reiveri tate hec fortitudo non fit ppter virtutē eo ꝙ vere cūdia nō est virtus. ſꝫ dicit Ari. ea fieri ppter ꝟtu tem qz si tale opus ad virtutē disponit: sicut ꝛvere cūdia. ꝛ hoc videt satis cōsonū. Eustratio dicenti Eustratiꝰ. ꝙ hic Ari. verecūdia virtutē. Notandū aūt inq̄t qñ verecundiā hic virtutem dixerit nō visum ipsi hoc/ neqꝫ in secūdo/ neqꝫ in quarto libris cōmuni hic dicēs: vel ꝛ vere erit itaqꝫ virtus bonaꝫ actio num existēs causa hec. Eustracius. vbi dicit vel ꝙ Improbaꝫ opio buri dani ꝛ eu hic Ari. accipit virtutem cōmunius q̄ in secundo vel in quarto: vel ꝙ in rei veritate verecundia est virtus quia est causa bonarum actionum. Mihi hec autem opinio non placet. Pro cuius declara- tione aduertendum est ꝙ ista ꝓña: hec fortitudo fit ppter verecundiam/ ergo hec fortitudo sit ppter virtutem non tenet virtute huius ois verecundia est virtus. nec hoc sequitur ex illa argumentione sed potius oppositū scz ꝙ verecundia nō est ꝟtus. Aliquid eīs dicīt fieri ppter aliud trplr vnomodo tanq̄ ppter ꝓncipium elicitiuū. ꝛ sic hec fortitudo fit ppter virtutē. i. actus ille elicīt ab aliq̄ ꝟtute sed nō fit hocmō ppter verecūdiā. qz nō elicꝫ actꝰ ille a passione verecūdie. cū ꝑ tpe. ꝑ q̄ qs fortiꝫ fa cit hac fortitudine: nūdū fecerit aliq̄d turpe ppt qō debeat verecūdari. q̄re adhuc ibi nulla est vere cundia. Aliomō aliq̄d dicīt fieri ppter aliud tāq̄ ppter id qō intēdimꝰ fugere fugiēdo illud: sicut ꝑ pter supplicia vitamus peccata: nō qz supplicium sic ꝓncipiuz elicitiuū actus quo vtaꝫ pctō. nec qz suppliciū sit id qō intendimus assequi ꝑ vitationē pcti. sꝫ quia vitādo pctō intēdimꝰ vitare suplicia Terciomō aliq̄d dr fieri ppter aliud tāq̄ ppter id qō intēdimꝰ assequi faciēdo illud ꝛ i hac signatio- ne ly ppter magis ꝓpe accipiꝫ. Tūc dico ꝙ actꝰ

fortitudinis istius fit propter virtutem. primomō qz elicitur a magnanimitate que est mediocritas in honoribus appetēdis z in inhonorationibus fugiendis. z fit ppter verecundiam: scōdomō qz fit vt fugiamus verecundiā. verecundia ppie accepta est timor ī gloriatiōis ex turpi actu puenīēs ideo vnusquisqz magnanimi dz fugere verecundiā q̄tū debet fugere turpē actū. qz nunq̄z verecundat pro ppie accepta verecūdia nisi ppter turpē actū propter q̄ affertur sibi dedecus. z hoc intelligo: ante turpē actum perpetratū z nō post turpē actū congruum est iuuenibus verecūdari. Et ideo hector et diomedes z alij hac politica fortitudine fortes ad vitandā verecundiā. i. tristiciā q̄ potuisz puenire ex ingloriatione z dedecore eis illato ppter turpē actū faciebāt fortiter. Et ita cū hic fortitudinis actus fiat ppter virtutē magnanimitatis z ad fugiendā verecundiā potius ꝯcludit q verecūdia nō est virtus q̄ oppositū: qz nullū ēm rectam rōnē fugiendū est virtus. q aūt verecūdia ppie accepta sit ex turpi facto. ꝑbatz ex Ari. capto de verecundia. neqz eīm (inquit) studiosi est verecūdia siquidē sit in prauis. nō eīm operant talia studiosi. ¶ Sed instatur cōtra fundamētū solutionis. ēm Ari. in quarto verecundia est laudabilis passio/z iuuenibus cōgruit: z laudamus iuuenes verecundos. ergo verecundia nō est fugiēda. Et in tertio dicit: q quidē fūt q̄ timere est bonū z honestū: z ea nō timere est malū puta mala opio. Quicquidē eīm timet/ decēs z verecūdus. q̄ aūt non timet inuerecundus: ergo verecūdia nō est fugiēda. Rñdeo q aliq̄d dicitur bonū z laudabile dupl'r. Vnomō ēm pliciter. Aliomō ex suppositionē ꝑmomō verecundia nō est laudabilis: sed ab oībus fugienda. ea q ab oibus fugiēdi sunt act⁹ turpes z inhonesti. Secundomō dico q̄ verecūdia est laudabil'. Supposito enim q quis peccauerit laudabile est q ppter peccatū timeat dedecus vel q tristet dedecore ex peccato puenīente. Et hoc ep̄ esse habet ab Ari. in loco in quo allegat. Erit aūt vtiqz (inquit) verecūdia ex suppositione studiosa. Si enim operet: verecundabitur vtiqz. Ex hoc infert q verecundia nō est virt⁹. qz nulla virtus est tm̄ ex suppositione honesta: sz simpliciter. nō autē hoc circa virtutes. Et in eodē loco cū diceret q hec passio iuuenibus congruit causam statim addidit ex (inquit) q secūdum passionem viuentes multa peccant a verecūdia aut ꝓhibentur Et si dicas q inuerecundia est mala/ ergo verecundia est bona. Respondet Ari. negando consequentiam. Si autem (inquit) inuerecundia est pauor: z non verecundari turpia operari. nihil magis talia operantem verecūdari studiosū Quibus verbis Ari. q̄ dictā ꝯnam infringit Ad id aūt allegat ex tertio q quedā sunt q̄ timere est bonū: dico q infamiā contingit timere dupliciter. Vnomō ante operationē turpis operis z sic timere infamiā est bonū bonitate virtutis: qz magnanimitatis est z iste timor ppie nō est verecundia. Aliomō post ꝑpetratiodē turpis operis z sic timere infamiā est bonum bonitate passionis z qui hoc mō timet dicit verecūdus. z hec verecūdia fugienda est ante operationē turpē licz nō post: quia honesta est ex suppositione. sicut dictū est. Secundo probat. Ari. q hec fortitudo fit ppter virtutē. qz fit propter boni desiderū. ergo fit ppter virtutem

Verecundia q̄d est.

Nō.

Nota.

Antecedens probat quia fit gracia honoris consequendi et fugiendi opprobrij ergo fit ppter virtutem. ¶ Sed non placet Buridano q hec rationa leat ad concludendū q hec fortitudo fit ppter virtutem si q actus eius proueniret ex habitu virtutis. sed tm̄ videlicet ad concludendū q ipsa z eius opinationes disponunt ad virtutē: eo q desiderū honorum inatum est ducere ad desiderium virtutis Sed hec opinio non mihi placet. Et arguēdo sicut. Nō omnia appetitus honoris est vituperabilis: ergo aliquis appetitus honoris est actus virtutis. ergo stat aliquid fieri ppter desiderium honoris z ipsum fieri propter virtutem: Maior ꝓbatur. Nō omnis appetitus pecunie aut possessionis terrene est vituperabilis. Nec omnis appetitus sanitatis est vituperabilis: ergo nec omnis appetitus honoris est vituperabilis. cōsequētia tz qz honor est appetibilior q̄ diuitie cū sit appetibilis z ppter se z ppter aliud: diuitie autē ppter aliud tm̄ Secūdo nisi honoris appetit⁹ esset laudabilis: z sīr fuga opprobrij sequeret q magnanimitas nō essz virtus ꝯtia tz. qz ipsa est moderatiua appetitus circa magnos honores/ z p ꝯis licet eos appetere scōmdictamē re cte rōis. Et ita si nō sit vicīū ex pte alicui⁹ alt̄i⁹ circūstātie. dico q ꝯtia. Aret. ē rona. sequit eīm iste actus fit ppter desideriū honoris/ z nō est ex quacūq̄z alia circunstātia viciat⁹ ergo fit ppter virtutem. qz honor bene z rōnabiliter appeti pōt. Secunda pars conclusionis ꝓbatur. quia tales nō operantur ppter finē fortitudinis ergo actus eoz nō est vera fortitudo. añs pt̄z qz nō fortiter facīūt: eo q honestū sit facere fortit̄ sz potius z honores cōsequāt z opprobria fugiāt. ¶ Scōa cōclusio: Fortitudo politice est actus virtutis. ꝓbatur. Dis act⁹ elicitus a virtutes aut generatiuus virtutis est act⁹ virtutis. sed fortitudo politica est actus elicitus a virtute aut gñatiuus virtutis: qz scōm Ari. fit ppter virtutē: ergo ipa ē actus virtutis Scōo hoc qō est agere fortiter ppter honorē ꝯsequēdū aut infamiā fugiendā nullā habet circunstātiā malam. neqz deficit sibi aliqua bona circūstātia z est actus deliberatus q̄ est act⁹ bonus moraliter ꝯña tz qz ois act⁹ deliberat⁹ bonus ex omni circūstātia cū qua debet fieri ē bon⁹ moraliter Et añs p ꝑma pte ꝓbat: qz nulla pōt ibi ee mala circūstātia nisi circūstātia finis sz hoc est falsū: qz honor est circūstātia finis in magnanimitate: et similiter fuga opprobrij. Tū etiā/ qz ille qui honorē intēdit: p hūc actū adhuc pōt referre honorē in vltiorē finē. Et si dicas q honor non pōt esse finis istius operationis q̄ est fortiter facere. Rñdeo q licet nō possit ee finis illi⁹ opationis ēm q elicita est a virtute fortitudinis qz nō est fortitudinis ponere illū finē in operatione sua pōt tm̄ esse finis eius ēm q a magnanimitate elicita est: Magnanimi eīm est p honestas opationes honorē assequi. Scōa ps añtis satis clara est: Supposito q nō ois act⁹ moraliter bonus finaliter fit ppter deū faciendus. qz si ois actus esset in deū referendus: tunc requirek q honorē illū vel etiā actū suū finaliter referret in deum: qō stat cum dictis pcēdentibus. Tertio Tu dicis q iste act⁹ fortitudinis politice non est virtus sed disponit ad virtutem ꝯtra ille actus aut est bon⁹ moraliter/ aut malus moraliter aut neuter. Nō postremum: qz est actus deli-

Buriea. 3. ethi. que. 24.

ꝯtra opini.

beratus: immo etiã si essent aliqui actus deliberati qui nec boni essent nec mali: tamen iste non esset de illis quia causa propter quã ipsi dicũt aliquos actus esse neutros non conuenit isti actui. Si bonus moraliter ergo virtuosus. Si malus ergo nõ disponit ad virtutem. ¶ Tertia conclusio. Fortitudo coacta nec vera est fortitudo/ nec virtus ꝓbaꝫ omnis actus virtutis est vel electio libera et spontanea voluntatis vel ab hmõi electione imperat9 sed actus istius fortitudinis neq; est electio libera et spontanea/ nec ab huiusmodi electione imperatus. igitur. Maior ꝓbatur per Ari. in secundo vbi ponit cõditiones virtutis: ꝛ in. iii. vbi ostendit omnẽ actũ bonũ debere esse volũtariũ. Et hanc rationem tangit Ari. in textu cũ ait. Oportet aũt non ꝓpter necessitatem fortẽ esse sed qm̃ bonus. Et dicit Ari. hanc esse deteriorem priore quia fit ꝓpter timorẽ et hoc modo operantes non fugiunt turpe sed triste. et per idẽ ꝓbatur q nõ sit virtus

¶ Quarta conclusio fortitudo experimentalis nõ est vera fortitudo et immobiliter ita q non desistit ab operatione sua q̃diu recta ratio dictat nõ esse desistendum. sed milites qui fortiter faciunt ꝓpter experientiã/ non operanꝫ firme et immobiliter. igitur. Maior est certa per quartã conditionem virtutis: que est firme et immobiliter operari. Et minor ꝓbatur: quia tales milites quando vident periculũ augmentari et vident se esse aut pauciores aut minus paratos aduersarius timere incipiunt et primi fugiunt et exponunt periculo mortis cuilem multitudinem/ que existimat turpe esse ꝛ inhonestum fugere/ ꝛ magis eligunt mori q̃ se saluare per turpem fugã: milites vero illi principio se obiectabant periculis ac si meliores ꝛ superiores essẽt aduersarius sed cũ cognoscũt aliter esse aut ibi eẽ aliqua pericula que non preuiderant fugiunt quia magis timent mortem q̃ turpem et inhonestam actionem. Et ex hoc potest formari secunda ratio. nullus fortis magis timet mortem q̃ turpez actionem. sed isti milites magis timent mortẽ q̃ turpẽ acti onem: quia magis q̃ fugam inhonestã: igr̃ nõ sunt vere fortes. ¶ Quinta conclusio. Qui fortiter faciunt ꝓpter furorem non sunt vere fortes. Probatur. fere subeunt pericula/ et audacia multa operantur ꝓpter furorem et tñ non sunt fortes ergo nec milites qui ꝓpter furorem subeunt pericula sunt vere fortes. Prima pars añtis probatur quia fere ꝓpter dolorem: aut ꝓpter vulnera/ aut ꝓpter timorem hoꝛ frequenter impelluntur in periculum/ et agunꝫ a furore in periculũ. Et huius signum est/ q si essent in pallude non inuaderent: qr non haberent causas furoris. ¶ Confirmatur ista ratio. Qui ꝓpter furorem agunt/ non preuidẽt pericula. sed omnis fortis preuidet pericula q̃ subit. alias recta ratio non dictaret ea esse aggrediẽda igitur. Et si dicas/ q fere non sunt susceptiue virtutis Ideo q̃uis impellantur a furore/ non tamẽ ꝓpter hoc sequitur q milites subeuntes pericula ꝓpter furorẽ non sint fortes/ quia ipsi sunt susceptiui virtutis/ et non fere neq; asini: de quibus est secunda ratio. Ex hoc sic arguitur. fere non susceptiue virtutis/ ergo non sunt susceptiui oim̃ causarum sufficientiũ ad virtutem. sed fere sunt susceptiue furoris et operationis qua subeunt pericula et huiusmodi quod est sic operari ꝓpter furorem. ergo operari audacia vel subire pericula ꝓpter furorẽ non sunt cause sufficientes ad virtutem. et hoc est qõ intendimus. Et si queras contra quam cõditionẽ virtutis peccant isti Respondeo. q nec operantur scientes: nec eligentes: nec eligẽtes ꝓpter hoc. et ita peccant contra tres conditiones virtutis. Secundo asini esurientes tollerant multa pericula vt satientur quia ꝓcussi non discedũt a pascuis et tamen non sunt fortes ergo nec etiaꝫ hi qui ꝓpter furorẽ subeunt pericula sunt dicendi fortes Tertio Adulteri. qui ꝓpter concupiscentiam multa audacia operãtur nõ sunt vere fortes ergo qui ꝓpter dolorẽ vel ꝓpter furorẽ impellũt in pericula nõ sunt fortes: ꝓña ista tenet. quia nec furor. nec ira/ nec tristicia sic dolor magis nata sũt causare actũ fortitudinis q̃ cõcupiscentia.

¶ Sexta cõclusio. qui ꝓpter fiduciã sui aut spẽ bonã subeunt pericula non sunt vere fortes. ꝓbaꝫ fortes subeunt pericula qr honestũ est ea subire. sz isti non subeunt pericula quia honestũ sit: sed quia estimant se esse fortiores et sibi ab aduersariis resisti non posse igitur. ¶ Secundo vere fortis ẽ terribilia sustinere etiam que prius non fuerant nota et honestũ est ea sustinere: et non sustinere ea turpe et inhonestũ sed isti milites q̃diu sperant vincere sustinent cũ aũt percipiunt pericula fugiunt: ergo ipsi nõ sunt vere fortes maiorẽ ꝓbat. qr magis ad fortem ptinet esse impauidũ et imperturbatum in repentinis et in impreuisis periculis q̃ in his q̃ preuisa sunt ꝛ precognita. Quod ꝓbat Arguitur quia pericula p̃cognita possunt subire rationeꝛ cogitatione: repentina aũt et impreuisa subimus ex habitu fortitudinis: quia ea que bene agimus sine multa p̃paratione et p̃cognitione agimus ex habitu ¶ Tertio si sic sequeretur q inebriati essent fortes tempore ebrietatis/ et cessarent esse fortes cũ cessaret ebrietas. patet ꝓña. quia tempore ebrietatis bene sperant et subeunt pericula. Quãdo aũt cessat ebrietas/ desinunt bene sperare et fugiunt.

¶ Septima conclusio. Qui ꝓpter ignorantiã periculoꝛ subeunt pericula non sunt fortes ꝓbatur. tales deteriores sunt his qui subeunt pericula ꝓpter fiduciã bonã et spem bonã vincendi. sz isti nõ sunt vere fortes ergo nec alii. añs ꝓbat quia isti audent pericula subire qui estimant et sperãt vincere. Alij aũt tantum subeũt pericula ꝓpter ignorantiam. Secundo. quia isti remanent ꝓ aliquod tempus etiã postq̃ viderunt pericula. Alii vero q̃ primũ cognoscunt q decepti sunt et q periculũ est maius q̃ credebant fugiunt. quemadmodũ fecerunt argei cũ inciderunt in lacones ꝛ sicyonios vl̃ vt dicit alia trãslatio) cũ inciderũt i lacedemonios quos putabant esse sicyonios. Ex omnibus istis patet q sunt sex species et modi non vere sed simulate fortitudinis: scilicet pollitica/ coacta experimentalis/ furibunda fortitudo bene sperantiũ et fortitudo ignaroꝛ. Qui secundũ primã agunt: non eligunt ꝓpter hoc. i. ꝓpter finem fortitudis spẽs ficte fortitudi.

¶ Qui secundũ secundã agunt nec eligunt ꝓpter hoc ne omnino eligunt/ nec firme ꝛ immobiliter operantur. Qui ẽm tertiã nec ꝓpter hoc operantur: nec firme et immobiliter operantur. Qui ẽm quartam nec scientes nec eligẽtes nec ꝓpter hoc eligentes operantur. Qui aũt ẽm quintã nõ eligũt ꝓpter hoc. i. ꝓpter debitum finem. nec firmeꝛ im

Nota.

mobiliter operantur. Qui sm sextā agunt nec sciē
tes eligunt nec firme z immobiliter operātur nec
etiā (vt plerīq;) ppter hoc eligunt. ¶ Contra p̄mā
cōclusionem arguit sic. Qui facit opus fortitudi
nis ppter bonū fortitudinis et propter honorez si
mul est vere fortis. sed potest aliquis facere opus
fortitudinis simul ppter bonum virtutis et ppter
honorem ergo aliquis est fortis qui facit opus vir
tutis ppter honorē. maior pbatur. quia qui facit
opus fortitudinis ppter vtrumq; habet omnia q̄
requiruntur ad hoc q̄ actus suus sit actus vere
fortitudinis. quia habet actum bonum circa ma
teriam fortitudinis et propter finem fortitudinis.
¶ Secundo pōt aliquis facere opus fortitudinis
immediate propter bonū honoris ergo operari p
pter honorez non impedit actum ne sit opus vere
fortitudinis. et añs pbatur quia opus fortitudis
potest referri in honorē tanq; in finem. Nam ma
gnanimus opera difficilia et ardua in bonū hono
ris tanq; in finem referre videtur. Ad primā con
cedo maiorem maxime si habeat duas volitiones
per se bonas: quarum vna sit volitio operis fortis
propter bonū fortitudinis et alia volitio opis for
tis ppter honorem consequendū vel opprobrium
fugiendum. Et cum infertur ergo aliquis est vere
fortis. zc. concedo. sed dico q̄ non dicitur vere for
tis in tali casu eo q̄ facit opus fortitudinis ppter
honorem: sed eo q̄ facit ppter bonū fortitudinis.
Fortitudo aūt politica est illa que facit opus for
titudinis propter honorē tantū et non ppter bo
num fortitudinis ita q̄ excludit bonū fortitudinis
Quod si non excludat bonum fortitudinis tūc di
co q̄ non est illa fortitudo vera fortitudo secundū
q̄ politica licet ex alia possit dici vera fortudo. Et
si dicas volo q̄ aliquis faciat opus fortitudinis tā
propter bonū virtutis q̄ propter bonum honoris/
ita q̄ neutrum sit causa finalis totalis: sed ambo
faciant vnā causam finalem totalē ita q̄ in eo nō
sit tā feruens amor boni fortitudinis nec etiam tā
feruens amor honoris q̄ vtrumq; per se sufficiat.
mouere in ratione cause finalis sed ambo simul fa
ciant: tunc iste actus est bonus. queritur vtrū per
tineat ad veram fortitudinem aut ad policiticam
fortitudinem. Dico q̄ actꝰ interior qui habz istos
duos fines pro obiecto spē distinguitur ab actibꝰ
vtriusq; fortitudinis. propter alietatem obiecti z
q̄ est actus bonus que ad nullā virtutem pertinet
formaliter. Enūate eīn sūt virtutes simplices hec
aut mixta est non formaliter sed p equiualentiam.
Ad. ii. dico q̄ vel ille intendit vtrūq; finem vno a
ctu et tunc dico q̄ cū finis ad quē omnia referūtur
sit principalior q̄tū est ex p̄stitutione operātis illō
opus erit fortitudo politica et nō vera fortitudo.
sicut qui mercatur exercet vt inde citetur et per
diuitias voluptatibꝰ suis vtatur voluptuosus est
nō auarus. Aut hec facit plurib⁹ actibus/ et non
vn⁹: z hz etiā duo dictamia prudētialia quoz vnū
dictat de opere faciendo ppter vnū finem/ z aliud
de relatione illius fims in honorē: et isti duo actus
sunt imperatiui executionis: ita tñ q̄ quilibet eoz
p se sufficiat tūc dico q̄ vnus eoz est vera fortitu
do et alius fortitudo politica. Si tamen diceretur
q̄ bonū virtutis non potest sm rectā rationē refer
ri in bonū honoris z vliter nec maius bonum ī mi
nus bonum: tunc diceretur p̄ñter q̄ ille actꝰ esset
bonus et virtuosus ppter indebitam solutionem.
¶ Contra ſam conclusionē arguitur sic. Fortitu
do politica non est conformis cuicunq; dictamini
prudentiali ergo ipsa non est actus virtutis. añs
pbatur quia nulla recta ratio dictat q̄ quis de
beat se exponere periculis bellicis ppter honorē
consequendū. quod pbatur. nullus secundū re
ctam rationem ppter aliquod bonum consequen
dum debet se exponere malo alicui quod ē magis
malum q̄ bonus illud propter quod se exponit sit
bonum. sed honor non est tantū bonum q̄tū malū
est mors. ergo nullus sm rectam rationem debz se
periculis bellicis se exponere ppter honorē con
sequendū. Secundo nulli⁹ belli subeunda sunt pe
ricula nisi sit iustum sed consecutio honoris nō fa
cit bellum esse iustum. Nā si quis in deliberatione
de bello suscipiendo deliberaret bellum esse suscipi
endum quia erit causa honoris et gl'orie ppter vi
ctoriam: ridēda esset illa deliberatio. igitur
¶ Tertio hec fortitudo nō operatur ppter bonuz
virtutis. ergo ipsa non est virtus. Añs patet quia
nulla virtus operatur ppter desideriū boni extrin
seci: sed ppter bonū ipsius operis virtuosi: hz ista
operatur ppter bonuz extrinsecū/ scz ppter hono
rem et non propter bonū ipsius virtutis. igitur.
¶ Ad primā nego maiorem. et ad pbationez dico
q̄ si in rei veritate nullū esset aliud bonum conse
quendum per opus fortitudinis nisi honor tūc nul
la recta ratio dictat q̄ sint subeūda huiusmodi pe
ricula bellica ppter honorem consequendum: sed
vbi recta ratio dictauerit suscipiendū esse bellum
pro salute et defensione reipu. potest ei qui ad hāc
rectam rationem tenetur recta ratio dictare sube
undum esse bellum p honore consequendo/ et tur
pi vitando: et dato etiā q̄ talis non teneat ad illā
rectam rationem: si tamen sit de his qui possunt p̄
bere defensionem illi reipu. sine iniuria cuiuscūq;
et sciat bellum esse iustum p tali honore consequē
do potest vel patiētius in bello sustinere vel fortiꝰ
et ꝓlius se periculis obiecere: ita q̄ aliquādo de
fensio illius reipub. ad quā defendendā non tenet
non sufficeret eū mouere ad p durandū in aliqbus
periculis: ad quoz tamen tollerantiā amor hono
ris et odiū opprobrii eū mouent. ¶ Ad secūdā cō
cedo maiorē z minorē: et cōcedo q̄ consecutio ho
noris non est vniuersaliter causam rationabilis
subeūdi. pericula belli: sed est causa tantum in bel
lo iusto et legitimo. ¶ Ad tertiā dico q̄ fortis
hac fortitudine operatur ppter bonū magnanimitatis quia scz dictat honestum esse fortiter fa
ciendo se dignum honorem facere/ et vt se dignuz
honoribus faciendo honores assequatur et oppro
bria fugiat. ¶ Contra quartam conclusionem ar
guitur sic. Experientia belli nihil habet vere forti
tudini repugnans immo ipsa est vere fortitudini
maxime consentanea. ergo fortitudo experimen
talis est vera fortitudo.
¶ Ad hanc rationem conceditur antecedens: et
negatur consequentia: quia nō vocatur fortitudo
experimentalis illa que est in habentibus experiē
tiam. quia multe tales sunt vere fortitudines. sed
illa qua aliquis aggreditur pericula belli propter
experientiā/ et non propter bonū fortitudinis. Et
ideo tales difficiūt a fine fortitudinis.

Nota.

Nota.

¶ Contra predictas conclusiones arguitur. Et primo contra primam z contra eius p̄mam partē cum intimiditate non potest quis iustificari: ergo intimiditas illo modo est vicium. Antecedens probatur per illud ecclesiastici p̄mo. Qui sine timore est non pōt iustificari. Tum etiā per illud puerbiorum. xiij. Sapiens timere vt declinet a malo. ¶ Ad hanc rationem respondet q̄ intimiditas accipitur dupliciter vno modo vt dicit vniuersaliter omnem carentiā timoris tam respectu maloz pene q̄ malorum culpe/ tam respectu dei q̄ respectu creature. z hoc mō secludit timorez filialem. Alio modo accipitur intimiditas p carentia timoris in his in quibus recta ratio dictat nō esse timenduz. De prima intimiditate intelliguntur auctoritates/ z non de secunda. ¶ Contra quartā conclusionez Arguitur sic. Omnis inclinatio fit per aliquid positiuum sed sunt carētie quedā/ intimiditas scz timoris/ et vecordia audacie igitur. Secōdo ihm apostolum ad ephe. v. Nemovnq̄ carnē suam odio habuit: ergo nullus vnq̄ pōt totaliter ab amore sui deficere Nam z illi qui se interimunt id ex amore sui facere vident/ q̄ volunt a presentib⁹ angustijs se expedire: ergo defectu amoris suis ipsius nō habent intimiditas z audacia q̄ sint peccata mortalia. Tertio ignorantia periculorum potest aliquādo esse inuincibilis: ergo in tali i casu intimiditas et audacia ex huiusmodi ignorantia causata non est peccatuz mortale. ¶ Quarto spes non est peccatum mortale: ergo nec audacia. cōsequentia tenet q̄ audacia causatur a spe. Et antecedens probatur quia spes numerat inter laudabiles passiones. ¶ Quinto audacia z intimiditas iuuāt opus fortitudinis: ergo non sunt peccata mortalia. Antecedens pbatur q̄ fortitudinis est nature consiliari z cito operari z exequi consiliata vt habetur vj. ethicorum: sed audacia et intimiditas iuuant ad cito exequēdum igitur. ¶ Sexto contingit aliquando hec inesse z efficaciter inclinare ad opus malum/ z tamen non inclinare contra iudicium recte rationis: ergo ad hoc q̄ ista sint peccata mortalia nō requiritur q̄ inclinans contra iudiciū recte rationis. Antecedēs pbatur posito casu q̄ p tempore p̄o quo inclinant ad opus malū nullum sit in ratione rectum iudiciū imo de facto sit in ratione iudiciuz erroneum cui huiusmodi inclinatio est cōformis. ¶ Ad p̄mam respondetur dupliciter. vnomodo cōcedendo maiorē z negando minorem licet eñ nos descripserimus intimiditatē z vecordiam p carentiā aut defectum non tū sunt carētie sed sunt quidā actus positiui quib⁹ nō sunt ppria nomina imposita. z ideo significantur nobis priuatius carentias oppositoz suoz significantibus Et hoc est q̄ expresse dicit. Ari. in. iij. ethicorum. Superhabundantiū autē qui quidē impauiditate innoiatus. dictū est aūt nobis in prioribus qñ multa innoiata. Aliter dicit q̄ aliquid dicit inclinare dupliciter. vnomodo positiue p causationē actus/ z hoc modo concedit maior z negatur minor. Alio modo aliquid dicitur inclinare/ q̄ est remotio eius qđ natū est phibere huiusmodi inclinationē. z hoc modo nego maiorē z concedo minorē. Dico eñ q̄ terribile natum est causare timorē z timor natus est phibere expectationē vel aggressionē terribilis. ideo intimiditas q̄ dicit carentiā timoris inclinat

Tho. vbi supra articulo. 1.

ad subeundum terribilia q̄ est remotio eius quod natū est ꝓhibere huiusmodi inclinationē in terribilia. Sed ꝓma solutio michi magis placz. quia omnis inclinatio secūdomodo dicta ꝑsupponit inclinationē primo modo dictā. Nā si aliquid inclinet quia est remotio eius quod ꝓhibet inclinationem: ideo oportet q̄ p̄cedat aliqua alia inclinatio de qua ḡritur a quo causaf̄ constat q̄ non a timore nec verecordia/ nec causatur ab audacia q̄ illa ē circa ausibilia. Tum etiā quia nec Ari. nec Thomas nec alij philosophi debuissent ponere intimiditatem distinctā ab audacia. Ideo dico q̄ hmōi inclinatio causatur ab aliquo actu positiuo quem circūloquimur per carentiā timoris. A que autez causek ille actus sue in appetitu sensitiuo/ sue in appetitu intellectiuo dictū est. ¶ Ad secundā concedo añs et nego cōsequentiā quicquid sit de consequente. Est eñ multo dificilius odire se q̄ non amare se. Ideo ex negatione primi arguere negationē secūdi est fallacia consequentis. Et cum dicis q̄ illi interimunt se ex amore sui faciunt. Dico q̄ non: sed ex odio tristiciarū vt habet Ari. in tertio ethicoz. Aliqui aūt (inquit) fugientē inopiā vel cupidinē vel aliquid triste non fortis sed magis timidi mollicies eñ fugere laboriosa. est aūt mollicies odiū tristicie. et cū infertur ergo ex defectu amoris. ꝛc. negatur cōsequentia quia q̄uis totalit excedere ab amore sui non est homini possibile deficere tñ ab amore sui bene est possibile homini. ¶ Ad terciā dico q̄ ignorātia inuincibilis est duplex. vna est inuincibilis q̄ homo per nullā inquisitionem ex naturalibus possibilē potest eā vincere/ q̄uis tamen hec habeat varios gradꝰ. ꝟz qualitatē et conditionē locoz et rerū et psonarum et tempoz/ ita q̄ aliqua dr inuincibilis respectu vniꝰ que nō est inuincibilis respectu alterius. Aliomodo aliqua ignorantia dr inuincibilis/ quia licet ex naturalibus possit vinci tamen ꝓ tunc nec tenetur nec expedit eā vincere sicut ignorātia illa qua merope occidit filiū suū stantez in acie contra se: illa eñ ꝓ tunc non tenebatur inquirere vtrū esset filiꝰ suus vel nō/ sed potuit sine peccato imputabili iudicare hostem quēcunq̄ stantē in acie contra se. Tunc dico q̄ si intelligatur aūs de ignorantia inuincibili primo modo: tunc nego consequentiā q̄ potest esse q̄ aliqua ignorantia sit inuincibilis / et tamen ille nesciat eā inuincibilem ita q̄ nec inquirat nec cōsilietur: sed omnino ꝓ impertinenti habeat q̄ sit vincibilis aut inuincabilis. Si intelligatur de ignorantia inuincibili secūdo modo. tūc dico q̄ si agat ꝓpter ignorantiā illā ita q̄ ignorātia sit sibi causa agendi que nec sit crassa nec affectata: tunc dico q̄ actus ille bene est viciū: sed nō est peccatū: quia cōmuniter peccatū accipitur pro vicio imputabili ad penam: ignorantia eñ illa excusat actū ab obligatione pene sed nō a deformitate morali vtputa si aggrederetur virū sine cōparatiōe fortiorem et magis peritū belli hoc nesciēs/ ita tamen q̄ si sciuisset non fuisset ipsum aggressus. Si aūt agat ignorans nō tamen ꝓpter ignorātiā tunc actus suus nō minus esset peccatū ꝑm doctrinam Ari. dicentis in tertio ethicoz. Aliud aūt videtur et ꝓpter ignorantiā operari ab eo q̄ ignorantem facere/ ebrius eñ et qui irascitur nonvidetur ꝓpter ignorantiam operari sed ꝓpter aliquid eoz̄ que dicta sunt scz̄ propter passionē aliquam. Dico ei q̄ audax q̄uis ignoret quid aggredik nō tñ agit ꝓpter passionē ignorātiā. ſz ꝓpter audacie inclinātē et ipellentē ipsum in illō opꝰ. ¶ Ad quartam dico q̄ aliqua spes est peccatū mortale illa. s. que inclinat in opus contra iudiciū rationis modo supradicto: sed quia spes aliqua est bona et laudabilis: nulla aūt audacia ꝓprie dicta ē bona. ideo inter vicia opposita fortitudini enumeratur audacia et non spes que spes si sit viciosa et circa materiam fortitudinis continetur sub vicio audacie vel intimiditatis. ¶ Ad quintā nego añs de intimiditate et audacia ꝓprie dictis. imo dico q̄ impediūt quia faciunt ne si statuatur deliberationi et consilio rationis. Et ad ꝓbationē dico q̄ audacia et timiditas bene faciunt scelerē executionē sed nō cōsiliatoriūs et eomodo quo consiliata sunt ſz vel impedunt consiliationē omnino vel faciūt eā non maturam vel faciunt vt nō omnino eodēmodo quo ꝓ consiliū dictatū est exequantur. ¶ Ad sextā dico q̄ timiditas et audacia non semp dicūtur inclinare contra iudiciū recte rationis quod meristit de facto sed contra iudiciū ratiōis vel quod inest vel quod si inesset esset rectū ad quod quidē habēdū tenentur anteq̄ ꝓgrediatur in actū

Aliqua spes mortale peccatū

Quere duodecio Utrū

fortitudo habeat partes integrales potētiales et subiunctiuas. Arguik q̄ non forma simplex in nullas partes est diuisibil' sed fortitudo est forma simplex: ergo fortitudo nō est diuisibilis in partes. ¶ In oppositū sunt cōmuniter morales philosophi. Tullius Macrobius et Andronicus et alij qui assignant multas partes fortitudinis quarū aliq̄ sunt subiectiue et aliq̄ integrales et aliq̄ potentiales. ¶ Notandū q̄ vt supradictum est fortitudo accipitur dupliciter: vnomodo strictissime ꝓ fortitudine bellica. Aliomodo cōmuniter ꝓ omni virtute firmante animū circa magna ardua et difficilia in quo sensu dictū est eā esse virtutem cardinalē / et continere sub se magnanimitatē et fortitudinē ꝓprie dictā et secūdum aliquos magnificentiā. ¶ Notandū est secūdo q̄ pars integralis virtutis accipitur dupliciter Vno modo ꝓprie ꝓ illo quod intrinsece componit aliud vt anima est pars integralis hominis et manus est pars integralis corporis humani. Aliomodo accipitur pars integralis ꝓ omni virtute quā necesse est concurrere ad pfectū actū illius virtutis. Partes aūt potentiales alicuius virtutis dicuntur adiuncte que ordinantur ad aliquos secūdarios actus vel materias quasi non habētes totam potentiā principalis virtutis. ¶ Tunc sit prima conclusio: fortitudo cōmuniter accepta habz partes subiectiuas. Probak quia fortitudo cōmuniter accepta continet sub se magnanimitatem et fortitudinē bellicā eomodo quo superius cōtinet inferiora et totū vniuersale suas partes subiectiuas. Nam de qualibet earū fortitudo cōmuniter dicta ꝺdicatur in quid. ¶ Secūda cōclusio cōtra thomā. Fortitudo stricte accepta habet ptes subiectiuas. ꝓbatur quia sicut dictū est in prima questione fortitudo stricte accepta cōtinet sub se multas species et ꝓbatum est ibi diffuse q̄ ibi sunt me dictates specie differentes/ et idē videtur sensisse.

Descriptio partis potentialis.

tho. 2 2. q̄ sti. 1. 2. 8. ar vmco.

Thomas questione. cxxvj. articulo. 2. vbi de medio fortitudinis loquens in respõsione ad tertium argumentũ dicit q̃ viciũ audacie opponitur fortitudini ꝑ excessum audacie/et impauiditas secũdũ defectũ timoris/et q̃ fortitudo in vtraq̃ passione mediũ ponit et q̃ non est inconueniens q̃ ꝑ diuersa media habeat diuersa extrema. Est aũt michi omnino intelligibile q̃ eadẽ fortitudo ꝑ speciem habeat diuersa media ꝑ speciem quia q̃tũcunq̃ augeatur virtus causata ex actibus circa vnũ mediũ: nunq̃ ipsa inclinabit immediate in actus circa aliud mediũ. ergo oportz dicere q̃ sunt virtutes specie distincte. Secundo fortitudo simplex/ fortitudo ꝑ gradũ cõmentie/ fortitudo fz gradũ temperantie/ et fortitudo ꝑ gradũ heroicum sunt species fortitudinis ab inuicẽ distincte. quibus et nomen fortitudinis et ratio ꝑ illud nomen est cõmunis ergo he oẽs sunt ptes subiectiue fortitudinis Ex quo ptz ꝑ se esse qõ Thomas dicit fortitudinem non habere partes subiectiuas eo q̃ non diuiditur in multas virtutes specie differẽtes ¶ Tertia conclusio Quelibet fortitudo habz partes integrales ꝓprie dictas. ꝓbatur quia nulla fortitudo est res indiuisibilis ꝑ gradus/ imo q̃libet q̃tuncunq̃ sit remissa habz multitudinẽ graduum. ¶ Quarta conclusio. nulla fortitudo habet partes integrales improprie distinctas a partibus potentialibus. q̃ conclusio posita est cõtra. Thomã ꝓbatur omnis pars ordinata ad aliquem actum alicuius virtutis non habens in se totã potestatez illius virtutis est pars potentialis eius. fz omnis pars integralis fortitudinis est ordinata ad aliquẽ actũ ipsius fortitudinis: et nulla habet totã potestatẽ ipsius virtutis principalis: ergo omnis pars integralis est pars potentialis. cõsequentia est nota et similiter maior et minor ꝓbatur. nã ꝑ eũ ad perfectum actũ fortitudinis et aliarũ virtutũ necesse est multa concurrere imo etiam concurrunt multi habitus quoz quilibet dicitur pars integralis. aut ergo primus illoz habituũ continet totaz potestatẽ fortitudinis z tunc reliqui superfluunt: aut non: et tunc habetur intentũ. tum scõo secundum eũ fiducia magnificentia/ patientia/ et perseuerantia sunt partes integrales fortitudinis et tamen fiducia non continet magnificentiã/ nec patientiã/ nec ꝑseuerantiam nec magnificentia reliquas quia si q̃libet cõtineret omnes actus aliarũ constat q̃ omnes supfluerent ꝓter vnam. Tum tertio quia ꝑ eum fiducia ptinet ad promptitudinem animi: magnificentia aũt ad executionẽ eoz que fiducialiter inchoata sunt: ergo fiducia non continet magnificentiã ergo non continet totã potestatẽ fortitudinis. Ad hanc rationẽ potest respõdere beatus Thomas q̃ negationẽ maioris. dicendo q̃ nõ ois pars potentialis que ordinata est ad aliquẽ actũ virtutis sed illa tantũ que ordinat ad aliquos secundarios actus vel materias quasi non habens totã potestatẽ principalis virtutis. hanc diffinitionem ponit beatus Thomas secũda secunde q̃stione. xlviij. cum agit de partibus prudentie Et tũc consequenter diceret q̃ fiducia et magnificentia z reliq̃ non ordinantur ad secundarios actus: fz ad actus principales. ¶ Contra hoc arguitur q̃ ꝑ eum in secunda secũde. q. xlviij. Nutritiuũ et sensituum sunt partes principales aiãe: et tñ cõstat q̃ non ordinantur ad secũdarios actũ aiãe sed ad principales. Tũ secundo q̃ secundũ eum ibidẽ eubulia et synesis et gnome sunt partes potentiales prudentie et tamen ordinant ad principales actus prudentie/ quia licet sit aliquis principalior scilicet ꝓcipere: ꝑ eum tamen (hoc non obstante) alij etiã sunt principales. Sicut licz intelligere sit nobilissimus et principalissimus actus aiãe: hoc tamen non impedit quin alij actus scz vegetare et sentire sint principales/ nec etiã impedit quin intellectum sit par potentialis. Tũ tertio quia partes iste potentiales prudentie sunt circa actꝰ magis principales q̃ partes prudentie quas ipse ibidem vocat partes integrales ergo nichil restat p quod partes potentiales distinguant ab integralibus. antecedens ꝓbatur nã eubulia est bene consiliatiua: et synesis et gnome bene iudicatiue qui sunt actus cognitiui ad prudentiã principalissime ptinentes. Sed ꝑ eum ibidẽ ratio memoria intellectus et sollertia sunt partes integrales et pertinent ad prudentiã ꝑ q̃ cognitiua est: aut igit eubulia et synesis z gnome ordinant ad memoriã rationem intellectũ et sollertiã. aut econtra. nõ primum vt cõstat. ergo ꝑ et p cõsequens eubulia synesis et gnome quas dicit partes potentiales ordinantur ad actus principaliores q̃ alie quas dicit partes integrales certũ est eñ q̃ memoria intellectus et ratio sollertia non ordinantur nisi ad faciendũ rectitudinẽ consilij et iudicij prudẽtialis qđ ꝓbatur sic. si sine memoria intellectũ sollertia et ratione semper posset haberi rectitudo consilij et iudicij prudentialis. ista non pertinerent ad prudentiã neq̃ essent partes prudentie sed eubulia synesis et gnome sunt partes prudentie esto q̃ ꝓria possint haberi sine istis. ergo prima ordinantur ad ista. et si dicatur q̃ eubulia synesis et gnome sunt partes potentiales prudentie ꝓprissime accepte ꝑ scilicet q̃ ipsa est ꝓceptiua et ideo actus eorũ sunt secundarij ad actum prudentie. ¶ Contra q̃ ꝑ hoc adhuc partes que dicte sunt ab eo integrales essent adhuc circa actus magis secũdarios z immotiores ab actu ꝓcipiendi et ita p hoc nõ euitatur argumentũ. Secundo quia tunc nutritiuz et sensitiuũ ꝑ hoc dicerentur partes potẽtiales actus intelligendi quia actus intelligendi est actꝰ perfectissimus inter actus aiãe et alij actus minus principales et in ipsum ordinati. Ad videndũ tamen vtrũ concedendũ sit q̃ fortitudinis sunt alique partes integrales. Aduertendũ est q̃ fortitudo accipitur tripliciter. et hoc siue accipiat cõmuniter siue specialiter: vnomõ ꝓ omni habituvel actu bono moraliter circa materiã fortitudis pertinẽte ad genus fortitudinis. secũdo modo ꝓ principalissimo actu vel habitu et principalius intento inter hos habitus. Tertio modo ꝓ aggregato ex omnibus habitibus vel actibus quoz vnus scz est principalissimus et alij in ipsũ principaliorẽ ordinati. Tunc sit quinta conclusio accipiendo fortitudinem primo mõ vel secundo modo fortitudo nullas habet partes integrales specie distinctas ꝓbatur quia quelibet fortitudo ẽ qualitas sic ꝑ

Thom. vbi supra.

Ꝑ sanctũ in integrales nõ dicit potentialibus.

Contra thomam.

plex q non est composita ex partibus diuersarum rationum. Et dixi specie distinctas ꝓpter partes graduales habituū vel actuum de quibus dictum est in secunda conclusione. ¶ Sexta conclusio ea piendo fortitudinē tertiomodo: tunc fortitudo habet partes integrales. ꝓbaꝫ omnis multitudo habet partes integrales sed fortitudo hoc modo accepta est multitudo actuū vel habituū quoꝝ vn⁹ est principalioꝛ et alij omnes ordinati in ipsum. ergo fortitudo hoc modo accepta habet partes integrales. ¶ Ad videndū aūt que sunt hmōi ptes Partes fortitudinis. Est notandū q Ari. nullas enumerat licet ponat quinq modos vere fortitudinis. Sed Tullius in rethoꝛica sua ponit quatuoꝛ. scz fiduciā/ magnificentiā/ patientiā/ et perseuerantiā. Macrobi⁹ ponit septem magnanimitatē/ fiduciā/ securitatē/ magnificentiā/ constantiā/ tollerantiā/ firmitatē. Andronicus ponit etiā septem/ leniā/ epuleyam/ magnanimitatē/ virilitatē/ perseuerantiā/ andragrachiam. vnde in fortitudine reperimus tres actus. volitio fortiū operum. imperiū fortium operum et factio vel executio fortiū operū. per imperiū aūt non intelligo actū ꝓudentialē sed actū volūtatis imperatiuū executionis quē imperiū ꝓudentiale ꝑcedit: istoꝝ trium actuū vltimus est princip aliter intentus et principalioꝛ ad hūc sensum/ licet in eo non sit bonitas vel malicia nisi ꝓpter actus interioꝛes qui sunt primo et per se boni. tūc dico q fortis habituatus omni habitu fortitudinis requisito ad fortium operū factionez habet vnū habitū quo sperat se fortiter facere: et tunc habitū vocāt Tullius et Macrobius fiduciā. fiducia aūt est volitio et desiderium magnoꝝ arduoꝝ et difficilium operum et honestoꝝ et connotat estimationē certā q possumus ardua z difficilia administrare sed quia Macrobius fiducie addit magnanimitatē z securitatem: ideo Macrobius ꝓ fiduciā non significauit nisi estimationē ꝓbabilem et p securitatē certitudinē circa illā estimationē adiecit. per magnanimitatem aūt significauit desideriū magnoꝝ arduoꝝ et difficiliū. Ex quo patet q Tullius per fiduciā significauit omnia illa que Macrobius significauit per illa tria. Nam Tullius fiduciā esse dicit per quā magnis et multū honestis reb⁹ multum ipse animus in se fiducie certa cū hec collocauit. Que diffinitio licet sit multū impꝛopꝛia qz fiduciam per fiduciā diffinit q̄uis etiā sit plus tradita oratorio more/ q̄ fm veras regulas diffinitionum: tamen cōstat q per eā exprimitur estimatio de honestoꝝ z arduoꝝ administratione non tantū ꝓbabilis sed certa certitudine que reperitur in moralibus. Et inde est q dicit multū z exprimitur etiam desideriū illoꝝ honestoꝝ et arduoꝝ in noie spei. Et ista eadē tria expressit. Macrobius i illis tribus scz in fiducia estimationem ꝓbabilē: in securitate certitudinē: in magnanimitate que fm eum importat appetitū magnoꝝ/ significauit desiderium honestoꝝ et arduoꝝ. Andronicus vero p magnanimitatē intelligit desideriū arduoꝝ operum: per eupuliā ꝓmptitudinē exequendi quotiēs necesse fuerit: et p leuitam que fm eū est bona animo sitas siue robur animę/ intelligit estimationez illā quam diximus connotatā esse per fiduciā. In hoc em q estimamus nobis inesse robur animę: confidimus nos posse difficilia administrare. Et ista tria Concordā tia tullij et macrobij. Explicant dicta tullij macrobij significauit Tullius per fiduciā. Actū aūt imperatiuum executionis et etiā executionē significauit Tullius per magnificentiā. quod patz p diffinitionem quā dat de magnificentia. Magnificentia est magnarū z excelsarū rerū ex animi quodā amplo ac splendido ꝓposito ꝓfecta administratio. ac cōfectio: vbi per amplū ac splendidū ꝓpositū actuz voluntatis imperatiuū executionis significat: z p administrationē/ executionē ipsam. Consilat autē q Tullius nō accipit magnificentiā eomodo quo Ari. in. iiij. ethicoꝝ sed ꝓ magnoꝝ ac difficiliuz operatione. Ad hanc reducitur firmitas q: ꝓpositum non esset amplū et splendidū nisi esset firmū Ad hanc reducitur constantia: quia etiā ꝓpositū non esset amplū ac splendidū/ nisi esset constāsita scz q p nullis cōmodis consequendis velit desistere ab administratione hoꝝ difficiliū que iam ꝓposuit administrare et conficere. Ad hanc etiā reducitur magnificentia verilitas z audagrachia. Ad hoc em q executio illa sit magnifica: exigitur q sit virilis et strennua. Audagrachia em idem ē q strennuitas virilis: vt non remissis et quasi effeminatis viribus: sed toto roboꝛe ac conatu negocio incūbamus strennue vt scz solicitudine cura z studio plena sit. Circa executionem exigitur volitio qua velim⁹ insistere operi q̄ diu recta ratio dictabit esse insistendū et p nullo quod est contra rectā rationez ab eo desistere: ita q nec p cōmodis nec p incōmodis desereret opus. Incōmoda nos aūt retrahentia ab opere sunt duplicia/ quedā sunt q̄ ipsum opus ex se habet annexa sicut laboꝛ periculum moꝛtis vulnera doloꝛes et hmōi. Alia sunt extrinseca et non de se annexa operi vt cōminatiōes potentū odia ꝓuationes facultatū. Et licet aliquando eadē incōmoda sint annexa operi extrinseca. alia tamen ratione dicūtur extrinseca z alia annexa operi. et cū eis conuenit ista duplex ratio habet vim duplicis incōmodi/ vt fortitudo habet annexū periculum vulnerū et moꝛtis ex se. Cōtingit etiā q hoc idem habet ab extrinseco vt cū michi aggressuro bellū aliquis ꝓnceps magnus cōminatur moꝛtē vel exilium/ etiā quicquid acciderit in bello si illud bellū aggrediar. cōmoda autez retrahentia ab opere arduo sunt pollicitationes et ꝓmissiones magnoꝝ munerum/ vel etiā munera que tribuuntur hoc opus aggressuris vt non aggrediantur illud. Tūc dico q volitio qua volo nullo modo desistere ab opere ꝓ quibuscūq incōmodis extrisecis significatur a Tullio per patientiā et executio etiā conformis. volitio aūt z executio qua volo nec p quibuscūq cōmodis nec p quibuscūq incommodis operi ex se annexis desistere ab opere significatur a Tullio per perseuerantiam. Macrobius patientiā et ꝑseuerantiā /respectu incommodoꝝ appellauit constantiā. Andronic⁹ vero et patientiā et perseuerantiā. Sub qua etiā cōtinetur (vt dictum est) cōstantia que a Macrobio ponitur Ari. aūt has partes aliter assignaret/ poneret em̄ fiduciam/ magnificentiā/ continentiam/ temperantiā/ et heroicā fortitudinē. q ponat fiduciam patz per illud quod habet in tertio. secundo tractatu capitulo scdo. Desperās vtiq quia timidus omnia em̄ timet. Fortis autē cōtrarius in audendo enim bone spei vbi trāslatio Aretini ita habet ꝓter em̄ fiduciam bonā spem habet, q autem Dupplicia commoda.

ponere magnificentiã non in illa significatione in qua accipit magnificentiã in quarto: sed in significatione qua vtitur Tullius. ℘patet ꝙ diffinitionẽ magnanimitatis quã primo rethorice ponit cũ dicit/ ꝙ magnanimitas est virtus magnoꝝ operum factiua. ℘per continentiã intelligit volitionẽ qua volo psistere in opere fortitudinis/ nec ꝙ quocũq; delectabili vel quomodo quod est contra rectam rationẽ desistere ℘per pseuerantiam aũt intelligit volitionẽ qua volo insistere operi et ꝙ nullo incõmodo siue extrinseco siue extrinseco cuius tollerãtia non excedit cõmunem facultatem hominũ ab opere desistere. ℘per fortitudinem heroicã intelligit volitionẽ qua ꝙ nullo cõmodo vel incõmodo/ cuius etiã tollerantia est supra cõmunem hominũ facultatem/ volo ab opere desistere. Esset aũt fortitudo sm temperantiã quando omnes passiones que possunt retrahere ab opere fortẽ vel administratione arduoꝝ essent ita cohibiti ꝛ refrenatevt non plus notabiliter insurgerent ad impediendũ opus contra iudiciũ rationis. Et iste modus Ari. videtur esse clarior et magis doctrinalis. Cũ aũt vltimo locutus sum de volitione intelligo hec eadem de executione conformi illi volitioni Ex q̃bus patet ꝙ sm Ari. ponerentur quatuor partes fortitudinis/ scz fiducia/ magnificentia/ continentia perseuerantia. respectu aũt fortitudinis excellentis communẽ facultatem hominum adderetur heroica fortitudo: sed quia illa rara est: ideo nõ enumerat eam cõmuniter auctores. ¶ Septima conclusio. Iste partes non solũ sunt partes fortitudinis sed etiam multarũ aliarum virtutũ. ꝓbatur quia in nullo genere virtutis contingit ꝙ diffidẽs vel desperans nec ꝙ ille qui ꝓpter cõmoda vel incõmoda vtplurimũ desistit ab opere habeat omnis habitus morales requisitos ad perfectũ opus illi⁹ virtutis. ¶ Octaua conclusio. he partes magis necessarie sunt in fortitudine q̃ in alijs. ꝓbat quia vbi pl⁹ difficultatis inest: ibi magis necessarij sunt habitus promptitudinẽ in nobis contra hmõi difficultates facientes: sed fortitudo est circa ardua ꝛ difficilima tanq̃ circa ꝓpriam materiã. Et huius sententie est beatus Thomas. q. cxxviij. articulo vnico in responsione ad tertiũ argumentũ/ vbi dicit ꝙ aggredi quascũq; magnas res videtur esse periculosum quia in his deficere est valde nociuum vnde etiã si magnificentia et fiducia circa quecũ q̃ alia magna opera vel aggredienda ponatur tamen habent quendã affinitatem cum fortitudine ratione periculi imminentis. ¶ Nona conclusio. Omnes iste partes sunt partes fortitudinis subiective siue ꝓmomodo accepte/ patet quia q̃libet hmõi pars significat actus vel habitus alicuius virtutis et nõ nisi fortitudinis igit. hoc tamẽ intellectũ volo de terminis significãtibus et nõ de reb⁹ significatis quia esse totũ vel partẽ hoc modo non conuenit nisi rebus q̃ non sunt signa. Si q̃ras vtrum fortitudo habeat aliquas partes potẽtiales: ℘respondeo ꝙ pars potentialis accipitur tripliciter. vnomodo ꝓ vna qualitatũ actiuarũ vel passiuarũ q̃ dicitur potentia realiter in exẽte rei cuius ẽ potentia. Sicut si intellectus esset res distincta ab anima mediãtẽ qua anima intelligeret: intellect⁹ vel intellectiuũ diceret potentia anime Similiter de potẽtia sensitiua et vegetatiua. Et hoc modo dico ꝙ nec fortitudinis nec virtutis nec rei cuiꝰ cũq; sunt alique partes potentiales. quia nulla penitus necessitas nec ex auctoritate/ nec ex ratione/ nec ex experientia cogit ponere hmõi potentias tanq̃ qualitates superadditas exẽtie rei. Secundo modo accipit potentia ꝓ re sm ꝙ põt aliquid agere ve lpati: et pars potentialis ꝓ re sm ꝙ põt agere vel pati vnũ de multis q̃ potest agere vel pati/ sicut anima sm ꝙ potest agere vel pati est potẽtia/ sm vero ꝙ potest intelligere qõ est vnũ de his que põt agere vel pati pars potentialis/ et sm ꝙ potest sentire dicitur etiã pars potentialis/ et sm ꝙ potest vegetare dicit pars potentialis. Et hoc modo vnus habitus fortitudinis qui potest ĩ multos actus: sm ꝙ potest in actũ dicitur esse potẽtia sm ꝙ potest in vnũ eoꝝ dicitur pars potentialis: verbi gratia fortitudo sm gradũ perseuerãtie sm ꝙ potest inclinare ad agendũ vel patiendũ fortia dicitur potentia: sm ꝙ potest inclinare ad desiderium magnoꝝ dicitur vna pars potetialis: sm ꝙ potest inclinare ad imperandũ magna ardua dicitur alia pars potentialis sm ꝙ potest inclinare ad exequendũ ꝛ operandũ magna dicit alia pars potentialis. Tertio modo accipitur pars potẽtialis scõdo intentionaliter ꝛ similiter potentia. ꝛ tũc potentia non est aliud q̃ signũ significans rem aliquã sm ꝙ potest agere vel pati. ℘pars vero potentialis est terminus significans rem illã sm ꝙ põt vnũ de multis agere vel pati. Et hoc modo partes potentiales cõmuniter sunt termini inferiores ad potẽtiã vt vegetatiuũ sensitiuũ ꝛ intellectiuũ sunt partes potentiales. Et istud tertiũ membrũ vtile est ad intelligendũ multas sententias doctoꝝ antiquoꝝ qui ꝓpter modũ loquendi eoꝝ nõ possunt aliter inueritate saluari. ꝙ hoc esset aperte saluatur quomodo vnius rei sunt multe potentie ꝛ distincte sm ꝙ dicit cancellarius parisien. iohãnes de gersono. ℘potentie anime sunt multe non re sed nominibus distincte. Secundũ hunc modum dicimus ꝙ fortitudo habet partes potentiales hoc tertiomõ Mã accipiatur habitus fortitudinis sm gradũ perseuerantie cõstat ꝙ iste habitus põt esse principiũ eliciendi volitionẽ operũ fortiũ et imperioꝝ operꝝ fortium. et potest facere inclinationẽ ad psistẽdum in actu inter duros labores et graues penas ꝛ varias passiones doloꝝ. ideo partes eius potentiales possunt esse iste volitionũ operũ fortium/ imperiuum operũ fortium/ pseueratiuũ in operibus fortibus. et similia si quos alios actus ille habit⁹ habeat. ¶ Contra secundã conclusionẽ arguitur sic Fortitudo ꝓprie dicta est circa materiã valde specialẽ: ergo fortitudo ꝓprie dicta non continet sub se plures fortitudines specie differentes: ergo fortitudo non habet partes subiectiuas. Ad hanc rationẽ respõdeo. concedẽdo añs/ ꝛ negando ꝓñam quia circa eandẽ materiã q̃tuncũq; sit specialis possunt esse actus moraliter boni specie distincti: quare et habitus moraliter boni specie distincti. Antecedens ꝓbatur ex dictis eiusdem doctoris. Fiducia magnificentia patiẽtia ꝛ pseuerantia circa materiã fortitudis act⁹ bonos specie distinctos alias vtiã frequẽt dictũ est tres coꝝ superfluerẽt. ¶ Secundo circa materiã fortitudinis reperiunt̃ ista quatuor et sunt habitus boni et specie distincti et continentur sub fortitudine sicut sua inferiora

Continentia qd sit.

℘perseuerãtia qd sit.

Heroica fortitudo qd sit

Nota.

Tho. 2. 2. q̃sti. 1. 2. 3

sub superiore qui fiducia i materia fortitudinis est distincta specie a fiducia in materia iusticie aut tẽperantie ergo sunt partes subiective fortitudinis ¶Quod sint boni habitus constat. Quod sint specie distincti patet/ quia aliter non essẽt diuerse partes integrales. quod est contra eundẽ doctorem. Thomas cũ nõ assignat eas diuersas tanq̃ ptes integrales/ nec tanq̃ partes vnigeneas: sed tãq̃ partes etherogeneas ad actus etherogeneos inclinantes. q̃ aũt cõtineantur sub hoc cõmuni fortitudo/ tanq̃ inferiora sub superiore ꝓbatur. continentur tanq̃ inferiora sub hoc cõmuni virtus: ꝛ nõ immediate vt cõstat: ergo continentur sub vno genere virtutis vel sub diuersis: sed non cõtinent sub diuersis quia loquor de fiducia magnificentia et hmõi non qbuscũq̃ sed de hisque sunt circa materiã fortitudinis: ergo cõtinentur subvno genere virtutis et non sub alio a fortitudine. ergo cõtinẽtur sub fortitudine sicut inferiora sub superiore. Me q̃ mireris de hoc modo loquendi quẽ hic obseruo quia in hoc cõformo me modo loquendi doctoris illius cuius opinionẽ improbo. quia vt iam dictus est cõtinere vel contineri per modũ superioris aut inferioris non conuenit nisi rebus que sunt signa. Et confirmatur hec ratio ex dicto eiusdem doctoris. q. cxxviij. qui de istis quatuor dicit q̃ si coartẽtur ad ꝓpria materiã fortitudinis scz ad pericula mortis sunt quasi partes integrales. Si aũt referantur ad alias materias sunt virtutes adiuncte fortitudini distincte ab ea fm speciẽ. Ex quib9 verbis arguo sic iste quattuor virtutes coartate ad materiaz fortitudinis non sunt virtutes adiuncte fortitudini. hoc eĩ licet non dicat cõstat tñ apud omnẽ recte inteligentẽ q̃ ipse illud intelligit/ nec sunt virtutes omnino separate a fortitudine: quia tunc nullomodo deberent dici partes integrales eius. ergo sunt virtutes sub fortitudine contente. ¶Preterea quecũq̃ sunt distincta inter se specie et non sunt distincta specie a fortitudine sunt diuerse species contente sub fortitudine. Sicut quecunq̃ sunt inter se distincta specie ꝛ nõ sunt distincta specie ab alijs sunt sic q̃ nec ambo nec alterum eorũ specie distinctũ sit ab alijs/ illa pertinent ad diuersas species sub alijs cõtentas. sed ista quatuor distinguntur specie inter se vt constat et iam ꝓbatũ est/ ꝛ nõ distinguntur specie a fortitudine vt innuit cũ dicit q̃ quando sunt circa aliã materiã tunc distinguntur specie a fortitudine. Me q̃ tamen tico consequentiã illã/ quia hec ex dicto eius infert bona esse sed in hoc sensu dicta sua a legentibus accipi. ¶Preterea ista quatuor nec sunt eadem specie cũ fortitudine/ nec distincta specie a fortitudine/ ꝛ ipsa sunt species. ergo fortitudo nõ est species specialissima. ergo fortitudo est genus istor q̃ nõ sint eadẽ specialissima cũ fortitudine ꝓbatur non sunt eadem specie specialissima inter se. ergo non sunt eadẽ specie specialissima cũ fortitudine. da q̃ positum cõsequentis. sunt eadẽ specie specialissima cum fortitudine statim sequit oppositũ antecedẽtis. ergo sunt eadẽ specie specialissima inter se. ergo non sunt distincta specie a fortitudine ꝓbatur quia quecũq̃ sunt distincta specie a fortitudine cõtinẽtur sub iusticia vel sub temperãtia ꝛ sic ꝺ alijs generibus virtutũ: sed fiducia magnificentia. ꝛc. que sunt circa materiã fortitudinis (q̃ de alijs nõ loqnor) non continentur sub iusticia nec sub temperantia. ꝛ sic de alijs virtutibus a fortitudine. ergo non sunt distincta a fortitudine. et ita patet ꝓbatio añtis ꝑ vtraq̃ parte. consequentia aũt ꝓbatur. quecũq̃ multa quor quodlibz est species vel sunt eadẽ specie vel distincta specie secũda cõsequentia ꝓbatur. q̃ fortitudo. et ista quatuor sub eodem genere cõtinentur scz sub virtute: et nõ eq̃ immediate quia fortitudo / nec genere/ nec specie ab eis distinguitur. ergo vel fortitudo cõtinetur immediatius q̃ ista quatuor vel ista quattuor aut aliquod eor̃ immediati9 continetur subvirtute q̃ fortitudo. sed nec ista quatuor nec aliquod eor̃ cõtinetur immediatius subvirtute q̃ fortitudo. quia tunc fortitudo esset pars subiectiua aliquor̃ istor̃ quatuor vel cuiuslibet eor̃. ergo fortitudo immediatius cõtinetur. sed inter omnia genera et spẽs contenta sub aliquo cõmuni illud est cõmuni9 qđ est illi cõmuni ꝓpinquius et immediati9. ergo fortitudo est cõmune genus ad ista quatuor: et cõtinentur ista quatuor sub fortitudine sicut spẽs sub genere. Contra nonã conclusionẽ arguitur sic. fiducia non est aliud q̃ spes. sed spes non ptinet ad fortitudinẽ sed ponitur ꝑ se virtus. igit. Secundo fortitudo facit hominẽ bene se habere circa pericula. sed magnificentia ꝛ fiducia non importãt aliquam habitudinẽ ad pericula ergo magnificẽtia et fiducia non species fortitudinis. Tertio patientia est omnino eadẽ fortitudini: ergo non est spẽs fortitudinis. añs patz quia importat difficiliũ per pessionem. fm tullium hoc aũt importat fortitudo ¶Quarto illud quod reperitur in qualibet virtute non debet poni pars alicuius specialis virtutis. scz pseuerantia reperitur in qualibet virtute dicit eĩm Mat hei. xxiiij. qui pseuerauerit vsq̃ in finem hic saluus erit. Ad primã respondeo q̃ spes q̃tũ nunc sufficit quadrupliciter accipit. vnomodo ꝑ desiderio vite eterne cũ estimatione habẽdi eã ex gratia et meritis. et ista est virtus theologica. secundomodo ꝑ desiderio circa difficilia cũ estimatiõe bene se habendi circa ea. ꝛ sic est omni virtuti morali cõmunis. Tertio modo ꝑ desiderio circa administrationẽ arduissimor̃ et difficilimor̃. ꝛ sic est pars subiectiua fortitudinis communiter dicte. ¶Quarto modo ꝑ desiderio circa pericula bellica cũ estimatione bene se habẽdi circa ea ꝛ sic est ps fortitudinis stricte accepte quam nomine fiducie tullius appellauit. cũ aũt dixi in secundo membro q̃ est omni virtuti morali communis. ergo hoc sic non intelligo q̃ ipsa tanq̃ cõmune quoddã ꝓdicte dicitur de quahbet virtute cõmuni: sed q̃ ipsa in illa significatione cõtinet multas species et ad quãlibz virtutem earũ aliqua ptinet ꝓportionabiliter intelligendũ est quod dictũ est in tertio mẽbro. Ad secundã concedo maiorẽ: ꝛ nego minorẽ si intelligatur vniuersaliter. aliqua eĩm magnificẽtia puta illa que est factiua magnor̃ circa materiã fortitudinis et similiter aliqua fiducia importat habitudinem ad pericula bellica cũ quo tamen stat q̃ aliqua magnificentia puta illa que est circa materiã liberalitatis non importat habitudinẽ ad pericula nisi esset in grsdu pseuerantie constituta. sicut postea dicetur. Ad tertio nego antecedens/ q̃ nõ sunt eadez conuertibiliter non volo tamen facere vim in sermone quia argumentũ petit aliam diffi-

Excusatio auctoris de inepto modo loquẽdi

Cõtra thomã ex propijs di. af.

¶Resolutio. auctoritas

M.

cultatem. et ad probationem dico q̄ patientia ītm portat difficiliū extrinsecoꝝ ppulsionem. sed fortitudo p̄ter hoc importat actū sperandi actum magna faciendi/ et actū pseuerandi quos non importat patientia. Ad quartā dico q̄ pseuerantia accipitur triplicitur. vnomodo accipitur p̄ continuatione actꝰ bonī q̄ diu recta ratio dictat ipz eē cōtinuandū: et ipsa reperitur in omni virtute mo ēt requiritur volitio hmōi continuationis. secundoō accipitur pseuerātia p̄ pstētia in bono ope z nolitione cessandi ab eo p̄ quacūq; molestia vel incō modo/ p̄ quo recta ratio dictat non desistendū/ et hoc modo in omni virtu morali reperitur perseuerantia. Tertio modo accipitur pseuerantia p̄ persistentia in operibus arduis cū nolitione desistēdi p̄ quocūq; incōmodo actui itrinseco vel actui de se annexo/ et hoc modo est species fortitudinis communiter dicte. quarto modo accipitur p̄ pstētia in operibus bellicis cū nolitione desistendi p̄ quocūq; incōmodo intrinseco operi et sic est spēs fortitudinis bellice. ¶ Ad rationē ante oppositū cōcedo maiorem de forma simplici q̄ est vna numero et de diuisione in partes diuersarū rationū: sed nego de forma q̄ est vna tantū vnitate aggregatiōis z de forma vna simpliciter z de diuisione in partes eiusdē rationis: et ista patuerūt in cōclusionibus.

Dost̄ q̄ tractauimus de

prima specie fortitudinis cōiter accepte scz de fortitudine stricte accepte communiter cōsequenter tractandū est de secunda scz de magnanimitate. Et primo quidē de eaz speciebus eius. secūdo de vicijs oppositis. ¶ Circa primum igitur magnanimitatē. ¶ Queritur primo. Vtrū magnanitas sit circa magnos honores. aī q̄ non magnanimꝰ magis cōtēpnit honores q̄ appetit. q̄ magnanitas nō est circa magnos honores. In oppositum est qđ dicit Ari. iij. ethicoꝝ q̄ magnanimitas est circa magnos honores. ℞ro rñsione ad q̄stionem. Notandū est q̄ p̄ honorem nos possumus tria intelligere vnomodo administrationez laudabilem negociorum arduoꝝ et difficiliū. Secundo modo possumus intelligere p̄ honorez aliq̄d quod exhibetur in signū hm̄i virtuose administratiōis Tertio modo accipitur p̄ opinione laudabili que ex huiusmodi signis virtutū exhibetur generatur et nascitur. secūdomodo accipitur ppie honor. Et primo rethorice distinguit Aristote. honorem hoc modo acceptum a bona opinione. et vtrumq; enumerat inter partes felicitatis. Magne administrationis et ardue sunt honorabiles dupliciter. vnomodo quia non cōmittuntur a prudentibus viris nisi his qui estimantur magnis honoribus digni. aliomodo quia harū rerum virtuosa administratio reddit hominem magnis honoribus dignū Econtrario eīm huiusmodi administratio pōt dici vituperabilis si viciose et imperite gesta sit hmōi aūt res honorabiles sunt duplices: quedaz sunt q̄ habent magnas vtilitates adiūctas: aut alia magna commoda sicut sunt officia dignitates potentatus regna domina diuina. alia sunt nō sunt huiusmodi cōmoda aduncta sed bene et virtuose gerentibus debetur honor. Item rerū honorabilium alie sunt p̄ se honorabiles/ et tales sunt opera virtutum. Alie vero sunt honorabiles non p̄ se. sz ex operatiōe administrantis. honor ſcūdomodo diffinitur ab Aristo. sic. Honor est benefactive opinionis signum/ que diffinitio dupliciter potest exponi vnomodo sic. honor est signum p̄ quod honorans ostendit se opmari q̄ ille cui honorē impendit est benefactiuus. Aliomodo sic. honor est signuz quo honorans ostendit q̄ ille quē honorat habet opinionem benefactiuā eo q̄ habeat voluptatē z sciē tiam bene faciendi. Est tamen aduertendū q̄ beneficentia accipitur dupliciter. vnomodo generaliter p̄ quacūq; impensione beneficij siue p̄ actu virtuosum siue per actū vitiosum. Aliomodo accipitur beneficentia p̄ impensione beneficij virtuosa et laudabili. et ita honor accipitur dupliciter. vnomodo p̄ signo benefactiue opinionis primo modo et hocmodo tyranni et multi p̄lati aut p̄incipes iniqui honorantur: quia multi tales p̄stant multis magna beneficia et etiam p̄stare possunt. aliomodo accipitur honor q̄ signo benefactiue opinionis secūdomodo. et hoc ppter solū actum virtutis impenditur honor z solū impenditur eis q̄ beneficia vel p̄stiterunt vel p̄stare possunt. Scdm illud Ari. Honorātur aūt iuste quidē maxime qui beneficia p̄stiterunt non solū sed honorat etiā qui pōt beneficiare Et docet consequenter quid p̄ beneficentia intelligat. Beneficentia aūt que ad salutem z quascūq; causas essēdi ad diuitias aut ad aliquid alioꝝ bonoꝝ quoꝝ non est facilis possessio aut taliter aut hic aut tunc Multi eīm ppterea q̄ vidētur parua honorem adipiscūtur sed modi et tēpora sunt cause. Ex quo patet q̄ beneficentia est impensio bonoꝝ que magna sunt vel fm se vel ex circunstantia modi loci vel temporis. Nā etiam qs dicitur aliquando beneficus qui tamen impendit parua. sed vt dicit Ari. circūstantia modi loci vel temporis sunt causa q̄ illud quod in se ē paruū reputetur magnum. q̄ aūt honor ppie dictus soluz debeatur beneficentie virtuose p̄bat Buridanus ppter beneficiū impensum debetur honor: sed ad hoc q̄ aliquid sit beneficiū nō sufficit q̄ bonū fiat sed requiritur q̄ benefiat/ quia beneficiū componitur ex bene et facere et non ex bono z facere ergo malus inquantū malus non est benefactiuus: nec beneficij impensiuus. Probat secundo auctoritate Senece dicentis. Non potest beneficiuz manu tangi. sed animo geritur: multū interest inter materiam beneficij et beneficiū. Non eīm aurū vel argentum beneficium est/ sed ipsa tribuentis voluntas. Itaq; non quid detur aut quid fiat refert: sed qua mēte beneficium non in eo quod fit/ aut quod datur consistit: sed in ipso dantis aut faciētis animo. Hec tamen Senece p̄ba multipliciter exponi possunt vno modo q̄ aurū et argentum nullo modo sunt beneficia: et sic non videtur michi verū q̄cquid est bene tributū vel impensum alteri/ vt sit sibi causa salutis vel causa essendi/ vel auferendi ab eo paupertatem/ aut est de numero eoꝝ quoꝝ possessio est difficilis/ illud est beneficium siue beneficentia. sed aurū et argentū sunt huiusmodi/ ergo sunt beneficiū. Secundo actus est ipse voluntatis non est id quod alteri cōfertur nec̄ est id quo alteri succurritur: ergo non est beneficentia ¶ Tertio posito solo actu voluntatis et quolibet alio remoto non est beneficentia: ergo actus voluntatis nō est beneficentia. beneficentia eīm videtur actū ex-

Differunt fortitudo z patientia.

Triplex honoris acceptio.

teriozem importare. Alicmodo possunt intelligiq aurū ⁊ argentū nō habēt ex se q sint bñficētia: sz habēt ex ato. i. est actu voluntatis ipius dātis. Et in hoc sensu concedo. Aurum esn ⁊ argentū aliqñ sunt mutuū. Aliqñ sunt donatio ⁊ beneficentia aliqñ nullū hoz/ vt cū vel retinenf apud possidentē/ vel transferimus cā emptionis alicuius: ⁊ ita cum traditiō eoz subordinaf volitioni benefice vel datiue: sunt bñficentia: cū subordinaf volitioni mutuatiue: sunt mutuū: cū volitiom solutiue sunt solutio. q ergo sint bñficiū vel bñficentia nō hñt ex se: sed hñt hanc denoiationē a volitione dātis. Et aliqñ sunt virtuosa bñficentia ⁊ laudabilis: qñ vōlitio dantis est virtuosa. Aliqñ vero viciosa/ qñ scz hmōi volitio est viciosa ꝓpter aliquā circūstantiā q aūt sunt magnū bñficiū pōt intelligi dupliciter. Vnomō sm denoiationem intrinsecā ⁊ hoc mō qñ hmōi data sunt: sm se magna dicunf esse magnum beneficiū. Scōomō sm denominationē extrinsecā. Et hoc tripliciter. Vnomō qñ sumitur denominatio ab effectu quē circa eum cui tribuif beneficius faciunt/ sicut cū q id sibi multū bene est aut a multa ⁊ graui miseria releuatur. Scōo qñ sumif denominatio ab aliqua circunstātia ꝓpter quā vel erat multum difficile/ vel erat multum necessariū illud prestare. Tertiomō qñ sumitur denominatio a magnitudine actus voluntatis/ quia scilz ex actu voluntatis multū magno hoc tributū est. Et sm hanc distinctionem exponende sunt multe auctoritates veterū q sibimuicem contrarie videntur. Actus tamē volūtatis dicitur magnus dupliciter Vnomō ꝓpter multitudinem partium intrinsecarum. Et hoc modo actum esse magnū nō est aliud q ipsum: esse multum intensum. Aliomō actus dicitur magnus ratione obiecti nō cuiuscūq sed illius gratia cuius imediate ⁊ per se nata est fieri beneficētia. hoc aūt obiectum est bene esse illius cui aliquid tribuitur/ qui enim beneficijs est in alium primo vult sibi bene esse/ et vt sibi bene sit tribuit sibi aurum vel argentum vel aliquid aliud. volitio ergo dicif magna qua ego volo sibi multū bene eē parua aūt ecōtrario. hec aūt distinctio necessaria est q⁹ auarus amico suo in necessitate posito actu voluntatis intensioze bñfacit in paruo q in multo ⁊ tñ nō ꝓpter hoc dicitur beneficentior imo minus beneficcs. Pauper autē ⁊ dives interdū volūt bene esse alicui sed pauper vult sibi melius esse q dives: non tñ tm tribuit q tum dives: in tali casu adhuc pauper est beneficentior q⁹ beneficiū suum ꝓcedit ex maioze. i. intensioze actu volūtatis mō supra expositio. ⁊ licet nō plus tribuat denominatione sumpta ex magnitudine rei tribute plus tñ tribuit denoiatione sumpta ex difficultate tribuendi pueniente ex circunstantia personaꝝ: est em̄ pauperi difficilius tribuere decē: quam diuiti tribuere centū: ⁊ q⁹ facit dationē difficiliozē q dives. ideo verisimile est q aut vult illi melius esse aut intensiozi affectu vult sibi bene esse q dives. Et quertendū vlterius q⁹ dat̄ alia diffinitio honozis. honoz est exhibitio reuerētie in signū virtutis. de qua diffinitione dicit buridanus q⁹ si differat ista diffinitio a diffinitione Ari. illa que est Ari. est melior ꝓbabat quia per diffinitionē Ari. diffinitur ipse honoz per istam verō non diffinitur ipse honoz sed honoratio. ꝓpo quo notat q⁹ duplex est honozatio quedam est posq nihil in remanet quod sit signū virtutis vt genuflexio capitis inclinatio. ⁊ in illa nō differt honoratio realiter ab honoze. Alia est honozatio postq aliquid permanet qō est signū virtutis. vt cōstructio templi imaginis ⁊ in istis differt honoratio ab honoze. post enim constructionē tēpli remanet templū constructū: ⁊ post compositionem imaginis remanet imago. Conclusio Buridani bene mihi placet sed nō ratio q⁹ qui contradicere vellet diceret q⁹ exhibitio non est aliud q res exhibita/ ⁊ ita dicerēt q⁹ ibi post actum nihil remanet in re q ille actus est honoz: vbi vero post actū aliquid remanet in re: ipsi dicerent q⁹ illud quod remanet est honoz ⁊ q⁹ exhibitio nō est nisi res exhibita ⁊ constructio templi nō est aliud q templum cōstructum aut pars templi constructa cui alia succedit construenda ⁊ hoc cum constructio verificatur de templo ꝓo mensura aliqua ꝓ qua esse non verificatur de eo/ quia si simul per aliquam potentiam construeretur tunc constructio templi esset ipsa res ꝓstructa ꝓo ꝓmo instanti ꝓo quo nō est. Videtur tamē mihi q⁹ diffinitio Ari. sit melior ⁊ q⁹ ista ratio diffini per genus illud qō Ari. diffinit q spēm ita tñ q⁹ per hoc diffinitio ista secunda est magis q diffinitum. ꝓpo quo est notādū q⁹ sm Ari. non cuilibet virtuti debetur honoz sed tm̄ virtuti benefactiue: nam homini castissimo vel temperatissimo non impendif ꝓpter castitatē honoz. Sed si impenditur sibi: hoc est quia speramus q⁹ pcibꝰ nos ⁊ orationibus apud deū iuuabit qō sit per virtutem benefactuam/ ⁊ apud antiquos cōstructiones tēploz imagines ꝓnoz̄ditas sedis nō instituebanf alicui ꝓpter virtutē quanlibet sed tm̄ ꝓpter bñficia impēsa vel populo vel toti rei, vel alijs indigentibus. nō dico tñ q⁹ ꝓpter hmōi virtutes qui sunt ad se nō debeaf honoz: sed dico q⁹ cōmuniter nō impendebaf ⁊ quod si aliquid fuisset impensum ꝓpter talē virtutē non fuisset ab Ari. appellatum honoz: sed tm̄ ea que impendebanf ꝓpter virtutē benefactiuam. ptz per diffinitionē honozis quam ipse ponit. honoz inquit est benefactiue opinionis signū. Sed dicif q⁹ Ari. hic appellat benefactiuā virtutem oēm illaz virtutē que est bene ꝓpatiua. Cōtra hoc arguif per illud qō immediate sequif. Honorant aūt quidē iuste maxime qui bñficia prestiterūt: sed honorant etiam qui potest beneficiare. Et sequif etiā beneficentia autē q ad salutem ⁊c. Ex his formatur iste sillogismus/ omnis honoz est exhibitus in signum virtutis bñfactiue sed nō oīe exhibitū in signū virtutis est exhibitū in signū virtutis bñfactiue. ergo nō oē exhibitū in signū virtutis est honoz. ⁊ per ꝓns diffinitio illa est cōmunior q⁹ diffinitū. Scōo ꝓbo q⁹ nō sit eq bona q⁹ sm Ari. honoz nō est signū virtutis bñfactiue sz est signū estimatiōis ⁊ opiniōis quā hñt hoīes de virtute bñfactiua alterius. alias honoz frequētissime eēt falsi signū cū ꝓpīm aliquis significaref eē virtuosus q tñ esset multum viciosus vicio opposito illi virtuti ꝓpter cuius estimationē sibi impenditur honoz. Et cum in rei veritate nesciunt homines communiter de alio a se an sit vere virtuosus an non: cum non habeant noticiam secretoruin cordis a quibus dependet bonitas actus exteriori.

¶ Si honoz deberet esse signum virtutis frequentissime contingeret vel q⁹ honoz esset signū falsum

Beneficiū quōdicitur magnum.

Actus voluntatis q̄liter dr esse magnus.

Burl. q̄r to ethi. q̄stiōe nona

Nota.

Moncilz operatio ꝓtuose de bek honoz.

tutes puta magnanimitas ⁊ modestia ⁊ similit magnificentia et liberalitas sunt vna aliqua vnitate generis subalterni qua non sunt vna liberalitas ⁊ iusticia aut magnificentia et tēperantia.Patz qz obiecta magnanimitatis et modestie in aliquo cō muni obiecto conueniunt in quo nō conueniūt obiecta magnanimtatis ⁊ temperantie.Ex his ptz falsitas opinionis Buridam dicentis q magnū et paruū bene constituunt diuersos modos sub eadē specie virtutis:sed non cōsistunt diuersas species et q magnanimitas ⁊ modestia non differunt specie sed tantū p diuersos modos.et q magnificentia nō est aliud q̄ liberalitas cōtracta ad magnū sumptum.et magnanimitas est modestia cōtracta ad magnos honores. Nam isti modi quibus vna differt ab alia aut sunt differentie essentiales aut accidentales. Si essentiales. ergo vna ab altera specie differt. Si accidētales aut significant accidentia intrinseca ipsi virtuti aut extrinseca:nō intrinseca quia forma simplex accidentalis non pōt esse subiectū accidentis. Non vr em q albedo aut dulcedo aut scientia sit cuiuscūq accidētis subiectum:tū etiā quia illa accidētia aut essent eiusdē speciei aut diuersarū Si eiusdē speciei ergo q̄cūq contractionē facit vnū illoz et aliud. Si diuersarum specierū:tunc qua ratione obiecta illa potuerunt causare diuersitatē specificā In accidentibus habituum etiā potuerunt diuersitatē specificam causare in ipsis habitibus.tū etiam qz illa accidentia sunt aut actus/aut potentie/aut passiones/aut habitus.nen passiones nec actus:qz sunt pmanentia.nec potentie quia noninsunt a natura ergo sunt habitus ⁊ non mali ergo bni.⁊ nō intellectuales.ergo morales.sed omnis bonus habit⁹ moralis est virtus.ergo oīa talia accidentia sunt virtutes et differunt specie:ergo sunt virtutes differentes specie.Preterea faciunt inclinationē ad aliquos actus.nā sm eum p illum modū fit q liberalitas inclinet ad magnos sumptus.Si aūt dicatur q sunt accidentia extrinseca.queritur vbi sunt et a quibus causant et quicqd dicatur .arguit sic sint due liberalitates in duobus subiectis/et i vno sit contracta p tale accidens extrinsecū et in alio non.Arguo sic liberalitas prima non inclinat ad magnos sumptus/ergo nec secunda cōsequentia tenet quia iste liberalitates sunt eiusdē speciei et nichil est intrisecū vni quin illud aut simile sm speciem sit intrinsecum alteri ergo qualitercūq vna inclinat ⁊ alia.Secūdo impossibile est esse transitum de contradictorio in contradictoriū sine aliqua mutatione in aliquo ptinēte ad extrema illi⁹ cōtradictionis/⁊ maxie cū ad talē cōtradictionē verificandā non sufficit transitus tēporis:sed ante hmōi contractionem habitus liberalitatis non inclinabat ad magnos sumptus/et post cōtractionem inclinat et ad verificandā successiue hanc cōtradictionem non sufficit transitus temporis:ergo oportet q sit aliqua mutatio:sed non est mutatio in habitu inclinante cū nichil habeat quod non prius habuerit.aut deperditerit quod prius habuit:neq est mutatio in eo ad quod inclinat vt similiter probaretur.ergo nulla est mutatio.ergo nec transitus huius liberalitatis de contradictorio in contradictorium. ¶ Item queritur quomodo fit talis contractio et per quid/quia vel fit per nouos actus vel sine quibuscūq nouis actib⁹.Si per nouos actus:aut sunt omnino similes prioribus aut non:si sunt omnino similes:ergo sequit q habitus non plus contrahitur p istos q̄ p p̄cedentes.Si non sint omnino similes tunc queri vtruz differant essentialiter et specifice et tunc habitus inde genitus erit specie dīs.vel accidentaliter ⁊ tunc queritur vtrū p aliquid intrinsecū aut p aliquid extriasecum.et arguetur omnino vt prius. ¶ Item q̄ritur a quo causatur ista differentia siue essentialis siue accidentalis in actibus.Preterea cum liberalitate stat vicū oppositum magnificētie.cum magnificentia non stat vicium oppositum magnificentie.ergo liberalitas et magnificentia differunt sm speciem.cōsequentia tenet quia quā docūq aliqua sunt eiusdē speciei.q̄cqd repugnat vni illud repugnat alteri. Hec eadem argumēta possunt formari de magnanimitate et modestia. ¶ Ad quartā nego maiorem/quia māsuetudo sic est circa iras q est circa omnes/quia excedit communem facultatē hominū:sed magnanimitas non est circa omnes honores:sed circa eos qui cōmunem facultatē hominū excedunt. ¶ Ad quintā cōcedo antecedens et nego cōsequentiā quia interdum ea que magis distant cadunt sub eadē scientia/et sub eadē virtute sicut materia et forma magis distant q̄ materia phisica et materia transcēdens:et tamen sm ponentes tales materias/materia phisica et transcendens non ptinent ad eandez scientiā ptinent.similiter pecunia est instrumētum subueniendi indigenti/et pecunia sm q est instrumentū mutui magis cōueniunt q̄ pecunia sm q est instrumentū subueniendi indigēti/⁊ pecunia sm q est materia superflue consumptionis:⁊ tamē duo postrema ad eandez virtutem ptinent/et non duo prima. ¶ Contra quartā conclusionē arguit sic honor non est premiū virtutis .ergo magnanimitas nō ē circa honorē tanq̄ circa p̄miū. antecedens ꝓbatur quia vel esset p̄mium condignum et sufficiens:vel non. Non potest dici primum vt ptz per Ari.dicentem q virtuti pfecte non fiet dign⁹ honor.Tum secundo quia tunc aliquis virtuosus fieret non virtuosus ipso tantū operante virtuose et patet cōsequentia.ponat q aliquis honor esset condignus sorti ⁊ sortes potest dignificare se illo et q sortes de facto non se dignificet illo.tunc arguitur sic.sortes non dignificando se honorib⁹ magnis quibus est dignus nō est virtuosus ⁊ insipiēs ergo sortes non dignificando se illo non est dign⁹ illo et vltra ergo non dignificando se illo virtuose agit/ego sortes p̄cise operando virtuose de virtuoso fit non virtuosus. Nec potest dici q sit non sufficiens p̄mium quod ꝓbatur sic.iste honor est dign⁹ iste honor est p̄mium ergo istud p̄mium est dignus. ¶ Secundo nō ē possibile q magnanimus dignificet se honoribus sibi dignis. igitur honor non est p̄mium magnanimi.antecedens ꝓbatur. quia ponatur q magnanimus dignus sit aliquibus certis honoribus tunc sic dignificando se illis operat ex habitu circa materiā magnanimitatis.ergo magnanimitas eius maior fit. ergo sortes dignus est maioribus honoribus his quibus se dignificat.ergo non dignificat se honoribus sibi dignis.

Buridan⁹ iij. ethico. questione.7

Contra buridanum.

Rota.

Magnanimitas ē virtus heroica

Duplex ⁊ materia.

Hec argu. bona sunt. et in parte sophistica.

¶ Cõfirmatur primo quia seqretur q̃ quilibz magnanimus in non dignificando se scienter honorib⁹ sibi dignus peccaret/ z remitteret magnanimitatem suã/ quia quilibet talis scienter recederet a medio. sed cõsequens est falsum/ et ptz cõsequentia quia si dignificet se maioribus honoribus q̃ sit dignus fit caimus. Si equalibus scz illis quib⁹ est dignus/ tunc intendit magnanimitatem suã in eodem gradu. Non eñ videf aliter quomodo potest conseruare magnanimitatẽ suã in equali gradu.

Tertio si magnãnimitas esset circa honorẽ tanq̃ circa p̃mium sequeref q̃ aliquis posset recipere in duplo vel in triplo plus de honore q̃ sit dignus: scz cõsequens est falsum. et ptz cõsequentia qz ponaf q̃ aliquis meruit aliquẽ honorẽ sibi inferri ab aliquo. Tunc arguif sic. iste meruit hunc honorẽ sibi inferri ab aliquo/ et non plus ab vno q̃ ab omnib⁹ ergo qua ratione sibi meruit inferri ab vno meruit ab omnibus. ergo poterit recipere plus in duplo: in triplo de honore q̃ meruit q̃ si de facto esset infiniti homines qui oẽs essent equalis conditionis respectu illi⁹: sequeretur q̃ iste meruisset infinitos honores qui equiualerent vni honori infinito

¶ Confirmatur honoratus equaliter a duobus recipit plus de honore q̃ honoratus ab vno: z honoratus a tribus q̃ honoratus a duobus et sic consequenter: ergo honoratus ab infinitis recipit honorem infinitũ. ¶ Quarto. si honor esset p̃mium magnanimitatis: aut ergo esset p̃mium soli⁹ magnanimitatis: aut etiã liberalitatis z magnificẽtie nõ fm quia liberalitas non versatur immediate circa honores/ nec iusticia nec magnificentia. Nec p̃mũ quia idẽ non est materia alicuius operationis: et primũ: sed honor est materia magnanimitatis: ergo non p̃mium. cõsequentia tenet quia oportz materiam operationis et p̃mium esse diuersarũ spẽz quia si magnanimus haberet operationẽ circa honorem q̃ est p̃mium: tunc ratione illius deberetur sibi alius honor p premio z iterum vteref illo tãq̃ materia/ et sic deberetur sibi alius p̃mio z si eẽt p̃cessus in infinitũ. Tũ secundo quia magnanimitas fm Ari. in quarto est ornatus omniũ aliarum virtutum/ et non fit sine illis: ergo magnanimitati sine alijs virtutibus non debetur honor tanq̃ premium. et cũ alie virtutes possint fieri sine magnanimitate sequitur q̃ alijs virtutibus sine magnanimitate potest reddit honor p̃mo. Tũ tertio qz magnanimus non est talis nisi p alias virtutes ergo nõ debetur sibi honor p̃ primo nisi ꝓpter alias virtutes. ¶ Ad primã istarũ dicitur q̃ honor non est sufficiẽs primũ magnanimitatis vt dicit ari. in quarto ethicoz: sed magnanimus recipit ipsuz ab alijs p primo/ quia illi non habent aliquid maius quod sibi tribuãt. et hoc idem ꝓbant aliqui ex hoc quod hz Ari. in quinto q̃ merces exhibẽda est hec aũt honor et gloria: quibus non sufficiunt hec isti fiunt tiranni Ratio tamen tamen posita arguẽdo non sufficit. negatur cõsequentia et ad ꝓbationem cum dicitur ponaf aliquis honor qui esset dignus virtute fortis/ si fortes dignificaret se illo. dico ad hoc q̃ fortez esse dignũ aliquo honore nõ dependet ex hoc q̃ fortes se dignificat illo: sed fortes rationabiliter se dignificat aliquo honore si sit dignus illo. Et cũ dicis ponatur q̃ non se dignificet illo admitto. et cũ vlterius arguitur. fortes nõ dignificans se. ꝛc. dico q̃ si honor accipiatur p̃o administratione honorabili non dignificare accipiatur mere negatiue: tunc illa est falsa. dormiendo ei aut cũ nõ offertur sibi aliqua administratio honorabilis/ non dignificando se non peccat. Si autez accipiatur contrarie/ tunc hoc est dupliciter. vno modo vt non dignificare sit idem q̃ indignũ se estimare: et tunc non dignificando se est insipiens z maxime si sciat se dignũ vel faciliter scire possit: z hoc modo concedo q̃ remittit magnanimitatem suã: et habet actũ pusillanimitatis: sed in hoc nõ operatur virtuose. Si aũt non dignificare se contrarie sit idem q̃ recusare: tunc assignate sunt cãe ꝓpter quas põt rationabiliter recusare et tunc si recuset ꝓpter causam rationabilẽ: nõ remittit suũ magnanimitatẽ Si aũt sine causa rationabili tũc eam remittit et viciose agit. Posset fieri eadẽ distinctio de honore accepto p signo benefactiue opinionis. sed quia hoc longũ esset: dico q̃ si se non dignificet cũ tenetur se dignificare: peccat z diminuit magnanimitatẽ suam: si aũt non se dignificet cũ non tenetur se dignificare: nec peccat nec magnanimitatem suã remittit. Et si dicas ad probationem p̃me partis ponatur casus q̃ fortis paruz desit ad hoc q̃ sit dignus aliquo honore et q̃ dignificando se illo augebit magnanimitatem suã z tũc erit eo dignus: dico q̃ si parum desit non est eo dignus et dignificando se diminuit et non auget magnanimitatem suã. ¶ Ad rationes aũt que ꝓbãt q̃ honor sit sufficiens p̃mium. dico q̃ non concludunt et ad sillogismũ expositoriũ dico q̃ nõ est bonus quia in maiore dignũ dicit dignitatem adiacere huic rei fm q̃ honor/ z in cõclusione dicit dignitatem adiacere eidem rei fm q̃ p̃mium. licet enim iste honor sit maior honor qui sibi debeaf: nõ tamẽ est maius p̃mium quod sibi debef/ et in simili non vz consequentia: non eñ seqtur iste honor est maximus: iste honor est p̃mium/ ergo hoc premiuz est maximũ. Omnes eñ iste ꝓñe incudũt cõsequẽtiã ab inferiori ad superius cũ distributione superioris putã istã hoc honore nõ est maior honor ergo hoc honore non est maius p̃mium. ¶ Ad secundã probationẽ nego antecedẽs/ et ad ꝓbationẽ admitto assumptuz siue accipiatur honor p administratione honorabili: siue accipiatur p signo benefactiue opinionis. et cũ vltra dicis/ dignificãdo se illis honoribus operatur ex habitu: si operari dicat operationem exteriorẽ: cõsequentia non valet qz põt se dignificare p actum interiorẽ tantũ: z tunc dico q̃ ẽ tunc cũq̃ augeat magnanimitatem suã p actus interiores non ꝓpter hoc est dignus maioribus honoribus quia honor non respondet nisi operatiõi benefactiue qua scz de facto quis impẽdit vel saltem ꝓviribus impendere conaf beneficentiã imo aliquando non sufficit conari: sicut triumphus nõ debetur cuilibet volenti vincere hostes/ neq̃ etiaz cuilibet conanti vincere: sed ei qui de facto debellauit et subiugauit. et similiter posset dici de ymaginibus primo ditate sedis orationibus laudatis que ex instituto publico fiebant in laudẽ alicuius Dico ergo q̃ si operef operatione exteriori scõm magnanimitatem suã puta gerendo aliquã administrationem grauẽ et difficilẽ: tunc hac gesta ipe erit dignus nouo honore et poterit se illo dignificare. ¶ Ad confirmationẽ dico q̃ aliquando non dignificare se honorib⁹ dignis importat oppositũ fiducie/ scz diffidentiam capiendo scz fiduciam vt

honor non est sufficiẽs virtutis p̃e

duplr quis se nõ dignificat honõ.

logica sit mea hec.

Magnanimus ob actus interiores non est dignus honoribus.

est actus opinionis vel estimationis. Aliquando vero importat actū voluntatis puta nolitionē vel forte negationē actus puta non velle. Aliomō vero importat negationē executionis. tūc dico si accipiatur primo modo: antecedēs illud implicat qz significat qnon estimat se dignū honoribus q̄bus scit se dignū. Si secūdomodo tunc dico q̄ si habeat iustā causam nō dignificandi se / aut quia alius est qui melius potest hanc administrationē gerere aut quia hec administratio impediret eū a maioribus et magis necessariis administrationib⁹: tunc dico q̄ non peccat. Et ad p̄bationē dico q̄ non recedit a medio quia recta ratio nō dictat sibi hmōi honores esse sibi subeundos. z cū additur si dignificet se. zc. Dico q̄ potest conseruare magnanimitatem suā in eodē gradu non agendo ꝺm eam pro tempore p quo recta ratio dictat non esse agēdū nec agendo etiā contra inclinationē qz si agat intendet vel minuet. ¶ Ad tertiā nego consequētiā et ad p̄bationem dico q̄ dignitas magnanimi nō nascitur ex operationibus priuatis sed publicis p quas fit beneficentia non vni tm̄ sed multis. ideo dico q̄ p̄nam magnā beneficentiā merek magnanimus sibi honorem debitū inferri ab omnib⁹ qui sūt illius bñficentie participes nō tantū a p̄sentib⁹ sed etiam a futuris / et inde instituebantur imagines et alia ꝓpetua signa benefactue opinionis et dico q̄ si essent infiniti participes: ab infinitis deberetur sibi honor / et honesta recordatio quia sicut honor exhibetur sibi ab infinitis ita etiā beneficētia sua extensa est ad infinitos. Dico vltra q̄ ab aliis q̄ non sunt participes illius bñficentie pōt si bi exhiberi honor non qz ad id teneantur: sed quia honestum est eos viros beneficos honorare nec in hoc dignificabit se maioribus honoribus q̄ dign⁹ sit quia hmōi honores recipit ab aliquibus tanq̄ debitos: ab alis tanq̄ ex sola honestate liberalit oblatos. Tū etiam qz cum Ari. dicit aliquē dignificare se honoribus maioribus q̄ dignus sit / nō intelligit de maioritate secūdum gradum in eadem specie. sed de maioritate secundū ꝺ̄speciē. Neq̄ est imaginandū q̄ q̄ aliquis p opera virtutū mereat certū numerum genuflexionū et si recipiat plures fit caymus sed intelligendū est ad sensum supradictum. ¶ Ad secundā concedo antecedēs et nego consequentiā sed bene recipit infinitā multitudinē honor eiusdem speciei qui nullū vnum honorē faciunt et dato q̄ constituerent aliquē honorem infinitum ꝺm multitudinē partium eiusdē rationis non tamen recipit aliquē honorem infinitū ꝺm pfectionē specificam et primū quidē est possibile casu aliquo p potentiā diuinā possibili posito puta posita infinitate recipientiū beneficentiā vel honorē deferentium sed ꝺm non est possibile p consimilē positionem non dico tamen simpliciter esse impossibile quia de hoc alias. ¶ Ad quartam dico q̄ honor magnus est premiū operū elicitor a magnanimitate vel ab ea imperator. Et ad p̄bationem dico q̄ licet idem non sit materia et premiū eiusdē operationis. Idem tñ est materia et p̄miū eiusdē virtutis ꝺm diuersas eius operationes. honor est premium magnanimitatis ꝺm operationes q̄bus magna geruntur et est materia magnanimitatis ꝺm operationes quibus cupiditas honoris moderat Et hoc modo intelligendū est q̄ oportet materiā et p̄mium esse diuersarū specierū: et cuz dicitur: si magnanim⁹ haberet operationē circa honorē. zc nego assumptū illa eñ operatio non est benefacti ua ideo ratiōe illius non debetur sibi honor p premio. ¶ Ad secundā p̄bationem cōceditur antecedens / et distinguitur ꝯñs. quia vel est sensus q̄ magnanimitati exñti sine aliis virtutibus non debet honor et sic cōcedo quia nulla de facto est magnanimitas sine aliis virtutibus vel est sensus q̄ magnanimitati non debet honor nisi debeat aliis virtutibus: et sic distinguo. vel nisi debeatur eos p se et ex se z sic ego nego. vel ꝺm q̄ operationes earum sunt imperate a magnanimitate: et sic concedo semp intelligendo de magno honore. ¶ Ad tertiam p̄bationem cōcedo antecedēs z distinguo cōsequens. vel q̄ non debeatur sibi honor nisi ꝓpter alias virtutes id est nisi quia debetur primo aliis virtutibus: z sic nego. vel quod nō debetur sibi honor nisi ad imperiū eius alie virtutes operentur. z sic concedo. imperat tamen aliquando non virtutibus ipsis sed voluntati vt velit et mediante voluntate et viribus executiuis operationē aliarum virtutū excedentē inclinationem et gradū talium virtutū erit. ¶ Contra quintā conclusionē arguit sic. quod in vnaquaq̄ virtute magnū est ad quālibet aliā virtutem p̄tinet: ergo non ad magnanimitatem. Antecedens p̄batur quia actus magn⁹ iusticie p̄tinet ad iusticiam: et actus magnus liberalitatis ad liberalitatem. ergo nō est magnanimitatem. ¶ Secundo actus magni iusticie sunt generatiui iusticie et nō magnanimitatis / z actus magni magnificentie sunt generatiui magnificentie z nō magnanimitatis: ergo non p̄tinet ad magnanimitatem quod est in vnaquaq̄ virtute magnū. ¶ Tertio si sic loqueretur q̄ magnanimitas non esset virtus a ceteris distincta. sed consequens est falsum. igitur. et p̄z consequētia quia ad eā pertinent omnū aliarū virtutum opera magna. ¶ Ad rationes istas respōdetur. Ad p̄mā nego consequentiā quia idem potest p̄tinere ad diuersas virtutes: ad vnā casualiter / et ad aliam regulariter. Dico eñ q̄ opus magnū iusticie regulariter pertinet ad iusticiā: casualiter tamen siue in casu p̄tinz ad magnanimitatem saltē imperatiue et inclinatiue: et hoc vel immediate vel mediante actu suo elicito. ¶ Ꝑzo quo est aduertendū q̄ si sit aliquis magnanimus qui gerat aliquā administrationem grauā et non possit eā bene gerere nisi mediante aliquo magno opere iusticie: tunc q̄tum virt⁹ sua magnanimitatis inclinat eū ad gerendū magnaz administrationē tantum etiā inclinat ipsum ad faciendū magnū opus iusticie. quia si non faciat tūc necesse est q̄ deserat arduā illā administrationem et ad actum illū iusticie cōcurrunt actus magnanimitatis habitus iusticie et voluntas. ¶ Ad secūdam cōcedo antecedens z nego cōsequentiā quia licet non p̄tineat ad eā regulariter p̄tinent tamen casualiter: quod intelligo de operationibus exteribus et actibus interioribus imperatiuis executionis circa aliquā particularē materiā: qz actus interiores quibus quis vult esse excellenter iustus p se et regulariter p̄tinet ad magnanimitatē. Et idem est iudicium de excellentia in alijs virtutib⁹. ¶ Ad tertiam nego cōsequentiā: quia licet cadez opera alio tamen z alio modo p̄tineant ad magna

Materia virtutis et p̄mium dfit esse diuersa

Argumenta tho. z. 2. q. 129. a. 4.

nota idem op⁹ ad multas virtutes p̄tinē.

nimitatem que ptinent aliis virtutibus: multa tamen ptinent virtutibus que nō ptinent ad magnanimitatem: vt parua in vnaquaq; virtute, z multa ptinent magnanimitati q̄ non ptinent aliis virtutibus: vt magnoꝝ bonoꝝ moderatio et difficiliuꝫ administrationū gestio. ¶ Contra sextā cōclusionem arguit sic. Si sic. sequeretur q̄ habens fortunas potentatus z diuitias magis deberet se dignificare honoribus cū non habens eas: sed cōsequēs est falsum, igit cōsequentia est nota. z minor pbat quia p potentatuz diuitiis nullus honor debet. qō pbatur quia si sic tunc esset dabilis aliqua virtus p qua non deberetur tantus honor cūt9 deberetur p diuitiis: ponatur em̄ q̄ p virtute aliqua debeat honor vt decem/ z p diuitiis vt tria. Tūc sic p hac virtute debetur honor vt decē ergo p medietate eius non debetur honor nisi vt quinq;/ et iterum p̄o mediate illius medietatis non debetur honor nisi vt duo cum dimidio: sed hec secunda medietas est virtus/ quia q̄libet pars virtutis est virtus ergo ē aliqua virtus p qua debetur minor honor cū p diuitiis. ¶ Secūdo sic. Si virtuoso diuiti debeatur honor maior quā virtuoso non diuiti: sequit q̄ aliquis honor debeatur p̄o solis diuitijs. sed consequens est falsum vt constat et patet consequentia huic qui est virtuosus et dives debetur honor vt decem Ille qui est eque virtuosus et non dives nō debetur honor nisi vt octo: ergo cū iste sit eque virtuosus z minus honoratus: sequit quod illi virtuoso diuiti ratione diuitiarū tribuit honor vt duo Falsitas aūt cōsequentis pbatur. quia tunc tant9 honor deberetur p diuitijs sicut p virtute. nam si in isto minuatur habitus virtutis. et crescant velociter bona fortune. tunc cōtinue crescet honor debitus p diuitijs/ et decrescet honor debitus p virtute: ergo tandē adequabitur honor debitus virtuti et debitus diuitiis imo si tandē crescentibus diuitijs corrumpatur tota virtus. sibi debebitur honor magnus sine virtute. Tertio bona fortune nō augent virtutē. ergo magnanimitas non est circa bona fortune. antecedens pbatur. Tum primo q; tunc virtus in aliquo augentur sine operatiōe qō falsum est. Tū secundo quia tunc virtus in aliquo diminuentur eo inuito quod etiā falsum est: z patz cōsequentia quia si bona fortune augent virtutez eoꝝ ablatio etiā virtutem diminuit. sed ablatio etiam potest fieri inuito dño. igitur. ¶ Quarto sic seq̄retur q̄ magnanimus libenter reciperet bonas fortunas: sed hoc est falsum igr̄. et patz minor per Ari. dicentē q̄ magnanimus beneficiatus verecundatur. ¶ Ad primā istarū rationū respōdet q̄ si honor capiatur ꝓprie p signo benefactiue virtis: nego cōsequentiā quia nullus sit hoc modo dignus honoribus nisi ꝓpter aliquas operationes beneficas Si aūt honor capiatur p administratione graui et difficili: tunc dico q̄ si talis administratio sit de his que ad eas gerendas requirunt potētatus vel diuitias: ille qui habet nec debet magis se dignificare illis honoribus. id est debet se existimare magis potentē ad gerendū eas ceteris paribus quā qui non habet. Si aūt non sit de illis administrationibus que hmōi bona fortune req̄runt tunc non debet magis se dignificare qui habet bona fortune cū qui non habet ceteris paribus. Et ad pbationem concedo assumptū, Dico tamen p operatione per bona ortune tancū per instrumenta gesta debetur honor. ¶ Ad secundā nego cōsequentiā accepto nomine honoris p graui z difficili administratione diuiti em̄ virtuoso debetur aliqua administratio que non debetur nō diuiti eque tamen virtuoso quando scz illa exigit diuitias ad hoc q̄ bene geratur: et tñ nihil honoris debetur p diuitiis. Et ad pbationē admitto casum p vtraq; parte accipiendo semp honorē p administratione et nego cōsequentiā: sed dico q̄ virtuoso diuiti debetur honor vt decem non quia illa sit vt decē sed quia illa ad hoc q̄ recte geratur virtutē et diuitias. Alteri vero non diuiti debetur honor vt octo: non quia est vt octo: sed q; ad recte gerendā eam sufficit virtus quā habet iste et non exigūtur diuitie. Si aūt fiat sermo de honore qui est signū: tūc dico q̄ debetur honor vel vt decem vel vt octo/ nō ꝓpter diuitias nec ꝓpter habitū sed ꝓpter operationes virtutis benefactiue. Ex qua solutione ptz q̄ nec augmentū diuitiarū crescit honor tam debitus licet talis in quo decrescit honor/ nec etiaz ad decrementū earū decrescit minus sit operatiuus operationū benefactiuarū quibus debetur honor ¶ Ad tertiā dico q̄ licz bona fortune non augeāt virtutem: sunt tamen instrumenta operationū quibus augetur virtus. ¶ Ad quartā concedo q̄ magnanimus libēter recipit bonas fortunas necessarias ad aliquā arduā et difficilem administrationem gerendā: non quomodocūq; tamen eas libenter recipit: quia non illo modo quo fit superexcellentia alterius ad ipsum a quo indecens putat excelli. Si tamen non putaret indecens excelli ab illo: non credo q̄ recipiendo beneficiū ab eo tristaretur. vt miles magnanimus non tristatur recipiēdo magnū beneficiū a rege sed tristaretur si reciperet illud ab equali sibi a quo excelli reputaz indecens nec diligit magnanimus bonas fortunas: sim q̄ bone fortune sunt: sed sim q̄ sunt vel esse pñt instrumenta gerendarū grauiū et arduarū administrationum. ¶ Ad rationē ante oppositaz satis patet qd sit dicendū et dicetur post hoc diffusius.

Queritur scdo Utrum

magnanimitas sit specialis virt9. Arguitur q̄ nō. magnanimitas operatur in oīi virtute: ergo magnanimitas nō est specialis virtus. ¶ In oppositū est Ari. in. iiij. ethicoꝝ vbi eam a ceteris virtutibus distinguit. ¶ Ad decisionē huius q̄stionis sit prima conclusio. Magnanimitas est virtus. ¶ Probat. omnis habitus per quē inclinamur ad nosbene habendum in his in quibus possumus deficere et superabundare et medio modo nos habere est virtus. sed magnanimitas est hmōi. igitur. maior pbatur quia omnis talis habitus est habitus electiuus immediate cōsistens ꝓut recta ratio determinabit. Et mior pbatur. quia in appetendis vel reiiciendis magnis honoribus (quomodocūq; capiat honor siue p administratione virtuosa siue p signo virtutis benefactiue) nos possumus deficere non dignificando: scz nos quibus digni sumus. ¶ Possumus etiā superabundare dignificando scz nos maioribus cū digni sumus et medio modo nos habere: habit9 autē huius medietatis electiuus est magnanimitas (vt suppono) nos inclinans ad habēdū nos conformi

ter ad dictamē recte rationis in his subeundis vel reiiciendis igitur. ¶ Secunda cōclusio. Magnanimitas est virtus specialis. ꝓbatur oīs virtus cuius sunt ꝓpria materia z ꝓpij actus est virtus specialis. sz magnanimitatis sunt ꝓpria materia scz magne administrationes et magni honores et ꝓpij actus scz volitiones z nolitiones magnanime circa hmōi materiam/ z etiā operationes exteriores ab his actibus voluntatis imperate. ergo magnanimitas est virtus specialis. Tertia cōclusio. Magnanimitas est excellentissima virtus moralis. ꝓbatur virtus illa que facit animū excellentem z humana cōtempnentem z defigit totum affectum hominis in excellentiss.imis virtutum omniū operationibus est virtus excellentissima: magnanimitas est huiusmodi vt patet ex his que supra dicta sunt igitur Secundo homo maxime magnanimus est optimus ergo magnanimitas est excellentissima virtus. Antecedens ꝓbatur per Aristotelem quarto ethicorum dicentē Magnanimus autem si quidem maximis dignus: optimus vtiq; erit maiori enim semper meliori dignus/ z maximus optimus. ¶ Quarta conclusio magnanimitas est virtus cōmunis per coexistentiam hoc est nunq; sola existit sed semper presupponit cōmuniter omnes alias virtutes ꝓbatur magnanimitas non fit sine aliis virtutibus vt habet Ari. in quarto ergo coexistit semper aliis virtutibus. ¶ Quinta cōclusio magnanimitas est virtus cōmuuis per adornationem z argumentationem. patet quia ipsa est ornatus omnium aliarum virtutum et eas adauget igitur. Antecedens ꝓbatur per Ari. in quarto dicētem Videbitur quidem igitur magnanimitas vt ornat⁹ quidem esse virtutū/ maioresem ipsas facit z non fit sine illis. Sexta cōclusio magnanimitas est virtus communis per imperium et elicitionem actuum oīm virtutum ꝓbatur quia nulla ē virtus moralis quia aliquis actus eius magnus z excellens saltem causaliter possit elici imperari a magnanimitate igitur. Antecedens ꝓbatur per Ari. in quarto dicētē: videbit autem magnanimi/ quod in vnaquaq; virtute magnū. Et si dicat q; illud magnum non est magnanimitatis tanq; elicitis/ sed tanq; imperantis. ¶ Contra oīe inclinās ad aliquē actum est elicitiuum eius q; inclinare ad actum nō est nisi ꝓducere actum: sed magnanimitas inclinat ad actum magnū iusticie vel liberalitatis z sic de aliis. igitur est elicitiua. minor ꝓbat: q; quicquid inclinat ad aliquē actum: inclinat ad omnē alium quo nō posito necesse est ꝑmū actū deserere: sed frequēter magnanimus in ea cōditione positus est q; si non sit positus actus magnus iusticie vel liberalitatis necesse erit ipsum desererere actum magnanimitatis. ergo magnanimitas inclinat ad talem actū. Ad actum tñ illum cōcurrunt multa scz determinatio medij iusticie et hec fit per prudentiam ipsius iusticie z magnanimitatis. Est ibi etiam volitio actus iusticie et hec elicitur tam ab habitu iusticieq; ab habitu magnanimitatis in casu dicto. Est etiā executio siue operatio exterior iusticie/ z hec in casu imperat ab vtroq; habitu et elicit a potētijs executuis mediātibus aliquibus promptitudinibus ad iustitiam pertinētibus si alique tales exigātur. Secūdo ꝓbatur eadē cōclusio nā si possibile esset q; aliquis haberet magnanimitatem z non iusticiam z per magnanimitatez gereret aliquē administrationē in qua opus esset ope iusticie magnanimitas ista inclinaret ad op⁹ iusticie z iste magnanimus sentiret et experiret se inclinatum ad opus iusticie etiaz tñ ꝓptum sentit se inclinatum ad non deserendū opus magnanimitatis sed ista inclinatio nō fit per habitū iusticie/ q; per casum non habet illum: ergo ista inclinatio ad opud iusticie z volitio operis iusti est elicita ab habitu magnanimitatis. ¶ Contra primam conclusionem arguitur multipliciter. Primo sic oīs virtus consistit in medio magnanimitas non consistit in medio/ quia est circa magnos honores. ergo magnanimitas non est virtus. ¶ Secundo nulla virtus moralis est dispositio corporalis: sed magnanimitas est dispositio corporalis: ergo non est virtus moralis. minor ꝓbatur per Ari. in quarto dicentē q; motus magnanimi est lentus et vox grauis z locutio stabilis. ¶ Tertio magnanimus habet multas conditiones vitiosas. ergo magnanimitas non est virtus. añs ꝓbatur. Tum primo q; magnanimi ẽm Aristo. sunt despectores z contemptui/ z videntur superbi/ z volunt videri excellere quod est contra humilitatem. Tum secundo quia magnanimus beneficiatus verecundatur. verecūdia autē nō est viri virtuosi vt dicitur in fine quarti. Tum tertio quia non habet in memoria eos a quibus bene passus est: quod est ingratitudinis. Tum quarto quia est ociosus tardus et piger. Tū quinto quia non bene potest ad alium viuere quod est contra politicam cōmunicationez. Tum sexto q; non est memor mali: quod est cōtra prudentiam ẽm illud Senece libro de quatuor virtutibus cardinalibus. Si prudēs fueris preterita recordare. Tum septimo magis vult possidere infructuosa fructuosis: quod iterum est contra prudentiam. Tum octauo quia nō curat laudari: quod est virtuti sue repugnans. Tum nono quia nō est humanloquus quod est contra eutrapeliam. Tum decimo quia ē manifestus oditor quod est contra amicitiam imo et cōtra iusticiam Tum vndecimo quia vtitur ironia ad multos: ergo magnanimitas nō est virtus. Tertio magnanimitas inclinat ad actus oppositos felicitati: ergo non est virtus. Antecedens patet quia inclinat ad nō gaudendum in prosperis/ et non tristandum in infortunijs: vt patet per Aristotelem in quarto dicentem. Neq; bene fortunatus vtiq; gaudiosus erit neq; infortunatus tristis: sed hoc est contrariū felicitati: quia vt dicit Ari. i ꝑmo magna infortunia tribulapt z cōturbāt btm. igitur. ¶ Quarto qui habet vnā virtutē habet omnes: sed potest quis habere multas virtutes non habendo magnanimitatē/ vt ptz per Ari. in quarto dicentem q; qui est paruis dignus z his dignificat seipsum temperatus est magnanimus autem non. ergo magnanimitas non est virtus. Ad primam respondeo distinguendo antecedēs vel in medio mediatione materie vel in medio mediatione rationis: concedo q; omnis virtus consistit in medio mediatione rationis: id est in eo quod ratio iudicat nec esse superhabundantiam neq; defectū sed medium inter hec. Sed non in medio mediatione materie vel obiecti. honores enim illi vel ille administrationes quas virtuose cupimus non sunt medij inter honores sed excellentes.

Magnanimitas virtꝰ moralis potissima.

Magnanimitas multipharian ꝓtus cōis.

Magnanimitas ē circa magnū in vnaquaq; virtute licitiue.

Argumenta buridani. 4. ethi. qstione. 11.

Arg. tho. scda scde quest. 129. art. tertio.

Duplex est medium.

Sed sunt mediam per comparationem ad facultatem nostram quos ratio iudicat esse mediocres quo ad nos. et hoc est quod dicit Arist. in quarto. ¶ Est autem magnanimus magnitudine quidem extremus eo autē q̄ vt oportet medius. eo em̄ q̄ em̄ dignitatem se dignificant hi autem superhabūdāt et deficiunt. ¶ Ad secundam concedo maiorem et nego minorem licet enim magnanimo ista conueniant: tamen ipsa non sunt magnanimitas/ sed vel causantur a magnanimitate mediate vel immediate: vel ipsa magnanimitas et ipsa accidentia ex eisdem qualitatibus corporalibus causantur saltem dispositiue. Secundū enim Ari. in eodem loco/ acumꝫ vocis ꝫ velocitas motus causantur ex hoc q̄ quis circa multa studet q̄ magna existimat ex primo enim contingit q̄ sit festinus/ ꝫ ex secundo q̄ sit contensiosus: sed magnanimus circa pauca studet et nihil magnum existimat: ideo est ei motus lentus et vox grauis et stabilis. ¶ Et hanc rationem assignat Ari. ibidem cum ait. Non enim festinus qui circa parua studet nec contensiosus/ cum nihil magnum existimet: acumen autem vocis et velocitas per hoc. ¶ Ad tertiam nego antecedens. ¶ Et ad primam probationem dico primo q̄ magnanimi non sunt superbi nec quicq̄ contra verā humilitatem operant. ¶ Est em̄ differētia inter magnanimum ꝫ superbum in hoc q̄ magnanimus dignificat se ex virtute et eo modo quo recta ratio dictat se debere dignificare. Superbus vero dignificat ꝫ existimat se excellere alios sine virtute. ¶ Et inde est q̄ tales sunt iniuriatores nec possūt moderare ferre ꝓsperas fortunas ꝫ contempnunt alios qui virtuosiores sunt: nec operant sm̄ virtutem et ideo cū sint dissimiles magnanimo imitant ipsum ¶ Et hoc habet Ari. in quarto cum ait. ¶ Qui autem sine virtute bona talia habent (de bonis fortune loquitur) neq̄ iuste magnis se ipsos dignificat: neq̄ enim recte magnanimi dicunt: sine virtute em̄ perfecta nō sunt hec. Despectores autē ꝫ iniuriatores et talia (scz bona fortune) habentes mali efficiūtur sine ꝟtute em̄ nō facile ferre moderare bonas fortunas non potētes autē ferre ꝫ existimantes alios superexcellere/ illos quidē contempnunt ipsi autē quicquid continget operant: imitant enim magnanimum nō similes existentes. ¶ Ex quib⁹ verbis ptz q̄ superbi sunt qui ꝓpter bona fortune hijs se dignificant quibus magnanimus se ꝓpter virtutem dignificat. ¶ Et cū dicis q̄ sūt despectores/ vbi etiā Aretinus habet superbi. Respondeo q̄ Arist. non habet q̄ sunt despectores sed q̄ vident Cui autez inquit honor paruum est: huic ꝫ alia. ꝓpter q̄ ꝫ despectores videntur esse. ¶ Eodē tamen capitulo vbi ponit differentiam inter superbum ꝫ magnanimuz dicit q̄ magnanimus iuste contempnit quod nō repugnat humilitati vere. Ille em̄ iuste cōtēpnit qui alium se magis dignificantē q̄ oportet nō tm̄ existimat neq̄ tm̄ dignificat/ qz iudicat vere magnus de vno quoq̄ sm̄ veritatem glorificat enim vere vt habet Ari. vbi translatio Aretini habet nam iudicatiū veritatem; quia ergo magnanimus iudicat secūdū veritatem ideo cōtempnit eum. i. minus estimat eum qui magis dignificat se q̄ oportz. Ex quo patet q̄ magnanimitas non est contraria humilitati: non enim humilitatis est q̄ homo de minus estimet aut se min⁹ dignificet q̄ sit dignus cū humilitas non hebetet iudicium: sed humilitatis non est plus se existimare q̄ dignus sit/ neq̄ ex bonis fortune sed ex veris virtutibus hanc estimationem sumere: et huiusmodi virtutes in auctorē suū referre/ et cognoscere se ab eo accepisse et sine eo conseruare non posse que omnia sunt vere magna nimi cum iudicet semper secundum veritatē. Neq̄ enim placet mihi solutio Thome dicētis q̄ magnanimitatis est q̄ secundum conditionem bonorum/ que a deo possidet se magnis dignificet et q̄ si habet virtutem magnam ad magna opera tendat sz humilitas facit quod homo seipsum paruipendat secundum considerationem defectuum Similiter magnanimitas contempnit alios secundum q̄ deficiunt a donis dei: sed humilitas alios honorat et superiores estimat inq̄tum in eis inspicit aliquid de donis dei. ¶ Contra istam solutionem arguitur sic. humilitas facit q̄ homo secundum conditionē magnorum bonorum que a deo possidet se magnis dignificet et ad magna opa cōformia illis bonis tē dat ꝫ magnanimitas facit q̄ secundum conditionem defectuum suorum se parupendat: ergo nulla penitus est differentia in se dignificando et non dignificando magnis bonis inter magnanimum ꝫ humilem. Antecedens ꝓ prima parte probatur. Tum ꝓmo quia per beatum Thomam humilitas facit q̄ honoret alios et dignificet inq̄tum in eis inspicit aliquid de donis dei: ergo etiaz humilitas facit q̄ si similia vel maiora dona dei in se inspiciat q̄ se per hanc considerationem magnis bonis dignificet. Tum secundo quia vel humilitas impedit ne humilis cognoscat dona dei esse in se que in rei veritate sunt. vel non. Non primum: quia humilitas non hebetat sensum nec intellectum. Si primum: ergo humilis cognoscit bona dei etiam magna/ aut ergo secundum ea magnis bonis/ hoc est claris et arduis operibus quibus est dignus se dignificat: aut non: si sic ergo humilitas eodem modo inclinat sicut magnanimitas. Si non: ergo cōtrarietas et repugnantia est inter magnanimitatem et humilitatem; quia magnanimitas inclinat ad hoc q̄ propter hec magna bona dei se magnis dignificet: humilitas vero ad hoc q̄ non se dignificet his magnis bonis propter magna bona dei/ que humilis scit in se esse. ¶ Probatur secunda pars antecedentis: quia magnanimus iudicat secundū veritatem: ergo si sint aliqui defectus in eo magnanimitas sua inclinat eum ad minus estimandū de se tantuz q̄tum illi defectus sunt impeditiui virtuosarum operationum: alius ipse nonvere iudicaret. ¶ Et eodē modo posset reprobari illō quod dicit Thomas de magnanimitate et humilitate respectu aliorum a se. Secūdo ad principale arguitur volo q̄ sit aliqua ardua administratio committenda alicui et sit aliquis maxime magnanimus ꝫ maxime humilis quem cues existimēt dignum ista administratione: et q̄ in rei veritate sit. dignus: aut ergo iste per habitum magnanimitatis et humilitatis simul suscipiet istam administrationem et se dignum existimabit: aut per vtramq̄ se indignum existimabit et reiciet: aut per magnanimitatez se dignum existimabit ꝫ per humilitatem se existimabit indignum. Si primum et secundum sequitur q̄ magnanimitas et humilitas habet pares inclinationes. et etiam habetur intentum scilicet q̄ per

Superbꝰ ꝫ magnanimus dr̄ñt.

Magnanimus nō est despector.

Tho. scda. 2. q̄sti. 129. arti. 2. illi. sol. ad. 4.

Contra Thomam.

Tho. vbi supra.

Bonuz' argumentuz

humilitatem quis dignus magis se magnis dignificat maxime si detur primum membrum & si detur secundum sequitur q magnanimitas per coexistētiam humilitatis habebit inclinationem pusillanimitatis. si detur tertiū sequitur q aliquis se simul et semel dignum existimabit magnis & existimabit se indignum magnis. et tunc vel vere vel falsē Si vere: sequitur q duo contradictoria simul sunt vera. Si falsē ergo vel magnanimitas vel humilitas inclinat ad falsa iudicia quod non videtur virtuti conuenire. Tum secundo quia tunc erunt simul in eodē duo iudicia contraria et per consequens duo contradictoria. Tum tertio quia vel suscipiet illā administrationem: et tunc aget contra dictamen humilitatis quo dictatur q nō est suscipienda. vel reiiciet: et tunc aget contra dictamen magnanimitatis quo dictatur q non est reiicienda sed suscipienda. vel neq reiiciet neq suscipiet & tunc aget contra vtrumq dictamē. Neq potest dici q simul suscipiet & reiiciet: propter implicationem contradictionis. Sed forte respondebitur q secūdum cōsiderationem bonorum dei que habet iudicat se dignum: & secundum considerationem defectuum iudicat se indignum. ¶ Cōtra implicat cōtradictionem q iste simul sit dignus & indignus: ergo implicat contradictionē q secundum quascunq diuersas considerationes vere & simul iudicet se esse dignum & se esse indignum. cōsequētia tenet quia bene sequitur: iste secundū hanc considerationem vere iudicat se esse dignum hac administratiōe. ergo est dignus/ et secundum hanc cōsiderationem vere iudicat se esse indignus ea. ¶ Tūc arguitur sic quorumcūq consequentia repugnant et antecedētia. sed hec consequentia iste eū dignus hac administratione et iste eū nō est dignus hac administratione repugnant. ergo et antecedentia. sed antecedentia sunt ista: iste ſm conditiones bonorum que habet a deo vere iudicat q est dignus hac administratione & iuste secundum defectꝰ quos habet vere iudicat q non est dignus hac eadem administratione: ergo ista duo antecedentia repugnant. Secundo quia vel defectꝰ quos iste magnanimus habet impediunt ne virtuose et ad vtilitatem publicam etiam mediantibus bonis magnis que habet ad eo gerere hanc administrationem vel non. Si sic ergo cum magnanimo isti defectus sunt impediti ne hec administratio ab eo bene et laudabiliter geri possit sint cogniti: sequitur q secundum magnanimitatem suam cūtumcūq etiam consideret bona que sunt in eo que in rei veritate sunt impedita ipse non dignificat se illa ardua administratione. Si autem non sint impeditiua: ergo secundum rei veritatē huiusmodi defectus non ita eum indignificant q sit hac administratione indignus ergo humilitas per hanc considerationem defectuum non inclinat ad non dignificandum se hec administratione qua bonis et defectibus pensatis ipse adhuc manet dignus. ex quo patet q inter humilitatē et magnanimitatē est multum consona inclinatio si sint virtutes distincte. quod tamen non puto. Ideo videtur mihi vel q humilitas est cadē omnino magnanimitati vel quod est species magnanimitatis.

¶ Ad secundam probationem dico q verecundia accipitur dupliciter vnomodo p timore ingloriationis ex turpi actu: et sic magnanimus non verecundatur. aliomodo pro omni timore ingloriationis vel minoris glorationis et excellentie: et hoc modo bene verecundatur quia cum ipse sciat maiorem dignitatem esse in beneficiando quam in beneficiari ideo recusat beneficiari et magis cupit beneficiare hic ergo timor prouenit ex appetitu excellentie in virtuosis operibus quod laudabile est & in deest q si beneficiatus sit ab aliquo conatur cōtra tuz potest retribuere etiam plura cū accepit. et ideo statim subiungit Arz. Et retributinus pluriuz ita enim erit debitor qui incipit et erit bene passus. Acceptiō verecūdie.

¶ Ad tertiam probationem dico q habere aliquos in memoria contingit tripliciter, vnomodo idem est q eos mente tenere/ et non habere eos in memoria idem est quod eorum oblitus/ et hoc dupliciter vnomodo ante retributionem beneficij: aliomodo post retributionem beneficij. tertiomodo contingit aliquos in memoria habere id est de eis & de eorum beneficentia sermonem facere. Et hoc modo adhuc dupliciter vnomodo simpliciter aliomodo per comparationem ad eos quibus benefecerunt. dico ergo magnanimus delectatur in bonis virtuosis et excellentibus operationibus. Ideo libentius et frequentius memoratur & sermonem facit de ijs quibus benefecit cū de ijs a quibus benepassus est ceteris paribus: quia si honor vel vtilitas eorū a quibus beneficia suscepit exigeret & nō ducito q vere magnanimus de eorum beneficentia sermonem faceret. dico vltra q benefacientes eis nō excidunt a memoria eorum ante retributionem bñficij et hoc concludit illud Arz. allegatum & retributinus plurium &c. Dico preterea q post retributionem facilius excidūt a memoria/ cū ij quibus benefecerunt/ quia operationes virtutis propie scilicet quas exercuerunt sunt eis delectabiliores cū operationes virtutis aliene: ideo tenacius herent memorie.

¶ Ad quartam probationem dico q magnanimꝰ in rebus arduis et sibi commissis est diligentissimꝰ neq quicq omittit quod sit viri probi et virtuosi: in rebus autem paruis quos multi minores recte possunt gerere est tardus et piger quia non libenter ingerit se earuz administrationi eo q excellere in illis non existimet venerabile imo reputet graue et onerosum venerari in illis sicut onerosum est fortem esse id est exercere fortitudinem suam in imbecilles. et hoc est quos dicit Arz & ad honorabliorē nō ire vel vbi p̄cellūt alij & ociosum esse & tardum & pigrū sed vel vbi honor magnus vel opus. Et sequit/ & paucoz quidē operatiuū magnoz autē & notabiliū. ¶ Ad quintā probationē dico q intelligat cū nullꝰ possit viuere fz est se itelligat q nō possit vnū ad aliū. i. ad eos q sunt a virtutibꝰ suis alieni/ qles nō sunt hijs qs fecit sibi amicos ppter vtutes eoz sic procedo qz ad euidēdū istis opz hominē esse blanditorē siue adulatorē et laudes eos frequēter in hijs in quibus reprehendēdi sunt hoc aūt facere nō pōt magnanimus/ qz hoc est seruile Et hoc est quod dicit Arz & ad alium nō posse viuere fz vel ad amicum. seruile ēſm ppter qō & oēs blanditores: seruiles et humiles blanditores. vbi humiles pro obsequiosis & seruilibus accipit.

¶ Ad sextam probationē dico q nō esse memorē mali id est eoz que solent causare odium veltiram ad- Esse immemor mali laudabile &

Nota.

uersus offendentem laudabile est/ꝛ nō est imprudē
tie licet memoria preteritoꝝ fm q valent ad cauē
dum de futuris sit laudabilis. vt vult Seneca lo-
co allegato.ꝛ q ita Ari.intellexerit magnanimuꝫ
nō esse memorē mali cū ait in quarto/ neq; memor
mali:patet ex translatione Aretini.qui loco huius
habet neq; tenax odij.ꝛ sequitur nō em̄ magnanim-
mi est recordari aliqualiter ꝛ mala sed magis de-
spicere:si em̄ parui pēsus sit vel offensus magis est
animi magni ꝛ excelsi hoc despicere q̄ hui⁹ recor-
dari vt vlciscatur. ¶ Ad septimam concedo añs:
sed nego q hoc sit contra prudentiā qm̄ in fructuo
sa honestiora fructuosis ꝛ maxime si in his sit ma-
ius exercitiuꝫ virtutis. ¶ Ad octauam cōcedo q
non multū curat laudari/ sed bene curat vt sit lau
datione dignus.nec hoc est ꝓtra virtutem magna
nimitatis quia laudatio que solo sermone priuato
agitur(de qua hoc intelligit)est de paruis ꝛ nō de
magnis honoribus et ideo non multū curat de ea.

Buri.iiij. ethi.q̄sti. vndecima.

¶ Ad nonam dico q non est humani loquus id est
non multum loquitur de hominibus in cōmuni ser-
mone.licet si aliqua grauis administratio exigat
hoc non refugiat neq; hoc est contra eutrapeliam
cum neminem in cōmunicatione humana quam se
quitur offendat.aut fm Buridanum. dicitur non
esse humani loquus nō simpliciter sed fm reputa-
tionem vulgi qui solos loquaces reputat humani
loquos.videtur tm̄ mihi q humaniloquum si perti
net ad eutrapeliam non tamen dicit aliquam ex-
cellentiam actus in illa virtute ad rerum grādium
administrationem multum vtilē:ideo non videtur
mihi magnanimus ad illud ex virtute sua inclina-
tus/nec etiam virtus sua inclinat ad vitiū eutra-

A

Tho. sc̄da sc̄e quest. 29.arti.3.i solutiōe ad quintum.

pelie locutioni contrarium. ¶ Ad decimam proba
tionem concedo añs ꝛ nego cōsequentiam q licet
odire que amanda sunt sit contra rationem amici
cie odire tamen que odienda sunt puta vitia homi
num ꝛ homines secundum q vicioſi sunt ꝛ aduersi
siue contrarij publicarum administrationum vtili
tatibus/ boni zeli esse videtur. ¶ Ad vndecimam
probationem conecdo antecedens et nego conse-
quentiam.ironia enim necveritati nec cuicūq; vir
tuti opponitur:imo frequentissime valet adverita
tem cognoscendam et moꝝ hominum deprehen-
dendos. Secundum enim Thomam magnani-
mus vtitur ironia ad multos id est ad vulgares.
non quia dicat aliqua vilia de se aut neget magna
que sibi insunt inesse: sed quia non totam magnitu
dinem suam monstrat multitudini quia secundum
Ari.ad magnanimū pertinet magnum esse ad eos
qui in dignitate ꝛ bonis fortunis cōstituti sunt ad
alios autem moderatum/et hec ironia consistit in
occultatione veritatis vel vt alij dicunt vtitur iro
nia in reprehensione alienorum vitiorum cum scilꝫ
verbis contrarium significantibus vicium alicui⁹
reprehendit.vt si male operāti dicat q̄ bene agis.

Cōtra tho mām̄ eustra cium.

opimom Thome videtur satis conformis.Eustra
cius q totum illum locum Ari.de ironia magnani
mi exponit de occultatioue proprioꝝ bonorum
ad multos.hec tamen expositio non videtur mihi
sufficere ad intensionem Ari.ait enim sic Arist.de
magnanimo loquēs.ꝛ veridicus veruntamen que
cunq; non ꝓpter ironiam huius sensus est magna
nimus est veridicus. Hec est generalis sententia/
quomō statim limitat ꝛ restringit/ ac si diceret/ nō
dico q in omnibus sit veridicus:sed in omnibus q̄
non dicit per ironiam. Ex quo textu patet q a ma
gnanimo aliqua dicuntur ironice que non sunt ve
ra ergo cum sint dicta et enuntiationes sunt falsa
et subiungit q hac ironia vtitur ad multos. Secū
dus modus exponendi non videtur mihi satis di-
gnus magnanimo huiusmodi em̄ reprehensione tā
vulgata raro vtitur. Est igitur aduertendum q se
cundum Quintilianum duplex est ironia verboꝝ
scz et sententiarum. ironia verborum tropus est q̄
licet aliud dicat q̄ sentit non tm̄ simulat vt cum di-
co ironice tu bene agis ego dico vnū scilicet te be
ne agere/ et aliud sentio scilicet te male agere sed
non aliud simulo q; ꝓpter modum ꝓferēdi omnes
audiētes iudicāt me sentire q ille male agit. Iro-
nia sententiarum est totius voluntatis fictio qua
quis vnum sentit ꝛ aliud simulat huius multe sunt
species: vna dicitur antifrasis a negando cum scz
negamus nos facere q̄, maxime facimus. vt quid
ego istius decreta/ quid rapinas cōmemorē: ꝛ mit
to illam p̄mā libidinis iniuriā altera est cū simile
imperantibus vt permittentibus sumus: vt seque
re italiam vētis.altera cū ea q̄ volumus videri in
nobis in aduersariis esse concedimus vtillud neq;
timoris argue q̄m̄ tot cedis aceruos teucrorum le
to tua dextera dedit.idem in contrarium valet cū
scilicet ea que in aduersariis esse videri volumus
nobis inesse dicimus:vt me duce dardanius spar-
tam expugnauit adulter:nec in personis tantum
sed et in rebus versatur tam dicendi q̄ intelligen-
di verbis ratio.vt totum pro quinto ligario prohe
mium/ quod incipit nouum crimen.g.cesar/ꝛ ante
hoc tempus inauditum ꝛc.et ille eleuationes vide
Ari. in septio ethicoꝝ. pseuerantia gradus ē gradus virtutis p quā fit vt non deseramus opus virtutis ꝓpter tristicias et molestias intercurrentes Et hec hꝫ duas species vnā cū hoc modo firmat animus cōtra tristicias maloꝝ extrinsecoꝝ. Aliā cū firmatur animus cōtra tristicias maloꝝ intrinsecoꝝ. ¶ Tertia conclusio. ℙatiētia tertio modo dicta est virtus mozalis. ꝓbatur ois habitus quo nos recte habemus et cōformiter ad rectū rationis iudiciū in tollerandis aduersitatibus moze et cōsuetudine acquisitus est virtus mozalis sed patientia est hmōi. igr. maioz est certa qz oīs talis habitus est habitus electiuꝰ immediate cōsistens determinata recte rōne ꝑut sapiēs determinabit et minoz relinquit nota ex qd nominis patiētie ab omnibus cōcesso. Ōēs enī cōcedunt patientiā esse qua aduersa equanimiter tolleramus. Scōo ꝓbatur p augu. in libzo de patiētia virtus animi (inqt) q̄ patientia dr tā magnū dei donū est vt etiā ipsius q̄ nobis eā largit patientia ꝑdicetur. et ibidē etiā hꝫ q̄ patientia hois est qua mala equo animo tolleramus. aliā rationē ponit beatus T ho. sub hīs verbis. virtutes mozales inquit ordinātur ad bonum inq̄tū conseruāt bonū rōnis cōtra impetus passionū. inter alias aūt passiones tristicia efficax est ad impediendū bonū rōnis sm illud ad cozint. vij. scī tristitia mozte operat. z eccle. xxx. multos occidit tristitia et nō est vtilitas in illa. vñ necesse est habere aliquē virtutē p quā bonū rationis conseruet contra tristicias hoc aūt facit patientia vñ dicit Aug. in libzo de patientia. q̄ patientia hois est qua mala equo animo tolleramus. i. sine pturbatione tristicie ne animo iniquo bona deseramus per q̄ ad meliora pueniamus. hec ratio intellecta vt iacet nimis pplexa est qđ enī primo cōcludit videtur falsum z cōsequentia multū obscura. arguit enī sic inter alias passiones tristicia efficax est ad impediēdū bonū rationis ḡ necesse est haber e aliquā virtutē q̄ bonū rōnis cōtra tristicias cōseruet voluntas enī ex libertate sua et iudicio recte rōis sine quocūq̄ habitu mozali pōt cōseruare bonum rōnis cōtra tristicias. Alias runcꝫ exire posset in primū actū in quā tamen multi pōpte et faciliter exeunt. Secundo dicet q̄ fortitudo conseruat bonū rōnis contra tristicias z magnanimitas et māsuetudoz iusticia et tēperantiaz generaliter ois virtꝰ et ita p hoc medīū p̄cise non pōt cōcludi q̄ preter alias virtutes sit ponenda patientia. Tertio quia nō assignat n nisi vnā passionē quā moderet. s. tristiciam et tñ ois virtus mozalis q̄ est inter passiones videtur esse duarū passionū medietas aut saltem dupliciter circa eandē passionē sicut mansuetudo est medietas inter defectū z excessum ire et aliqua fortitudo est medietas inter defectū et excessum timoris. Quarto qz ois virtus pugnat cōtra tristiciam impedientē bonū rōnis sui directiue vt patebit cū de gradibus virtutū aut de pseuerātia agem. Quinto qz dato q̄ mala nullā sint tristiciam inducturā in aliquo tñ hꝫ sanctos adhuc vtilis esset patientia vt tolleret insensibilitatē z induceret tristiciam quā recta ratio decerneret esse suscipiendaz sicut etiā de facto tristiciā susceperat xp̄s cū dicebat. Tristis est anima mea vsqz ad mortē. Et ideo p declaratione huius rōnis et intellectu sit quarta cōclusio. ℙatientia non solū cohibitiua est tristiciarū excedentiū sed etiā excitatiua deficientiū ꝓbatur cōclusio sicut se hꝫ māsuetudo ad iras ita patientia ad tristicias ex malis aduersis puenientes sed māsuetudo nō solū cohibet iras excedētes sed etiā excitat deficientes nā sm T ri. irascibilis vituperat eo dicēte. Defectꝰ aūt siue irascibilitas quedā est siue quodcūq̄ vituperat. Nō irasci enī in quibꝰ opz insipientis videt et multa alia addit in eandē sententiā ḡ et patientia. ꝛc. Scōo ois virtus mozalis mediat inter duo extrema: sed patiētia est virtꝰ mozalis ḡ mediat inter duo extrema: sed nulla extrema assignari pōt nisi suppabūdantia tristicie defectꝰ tristicie ex aduersitatibꝰ puenientes. igr. Et ne hec opinio noua dicat cuiusmodi dicunt hoies nostri tp̄is eas esse quas vel nō legerunt vel etiā nō approbant adducā ad hāc cōclusionē exp̄ssam sententiā grego. in mozal. hoc multis verbis dicētis. Nonnulli inqt magne phie cōstantiā putant: si discipline asperitate correpti ictus ꝙboꝝq̄ dolozes nō sentiāt nōnulli vero nimis pcussionū flagella nō sentiūt ita vt immoderato dolore cōmoti in excessum lingue labant. Sed q̄squis verā phiam tenere nitit necesse est vt inter vtrūq̄ gradiat. nō est enī pondus vere virtutis in sensibilitas cordis qz valde insana p stupozē mēbra sunt q̄ incisa dolere nō possunt: rursus virtutꝫ custodiā deserit q̄ dolorē vulnerū vltra cꝫ necesse est sentit. Cōtra insensibilitatē pcussoꝝ dr ꝓpheta. ℙercussisti eos nec doluerunt atteruisti eos z noluerūt accipere disciplinā. Cōtra pusillanimitatem aūt illoꝝ pcussoꝝ dr in miseriis nō subsistant in miseriis nāq̄ subsisterēt si aduersa equanimiter tollerarēt btūs Job qz vere phīc regulā tenuit cōtra vtraq̄ mira se equanimitatis arte suauit/ vt dolorē nō sentiēs flagella spneret nec rursus ꝓtra iudiciū flagellātis insaniret. Ubi surrexit scidit ve stimēta suaz tōso capite corruit in terra adorauit qvestimēta scidit q̄ tōso capite corruit in terram mōstrat q̄ dolorē flagelli sensit q̄ adorauit ostendit q̄ in dolore posit cōtra iudiciū flagellātis nō excessit nec oīno ergo nō motꝰ est ne deū ipa insensibilitate contēpneret nec rursum oīno est motꝰ nimis dolendo peccaret. Ex q̄bus ꝓbis apparet patiētiā esse medietatē quādā inter ipaciētiā et insensibilitatē cordis. Et ex eadem auctoritate pōt assumi rōnes efficaces ad ꝓbationē cōclusionis z etiā autoritates manifeste. Quarto sic insensibilitas opponit impaciētie vt cōstat z nō tanꝫ virtꝰ vitio qzvt ex dicta auctoritate habet insēsibilitas cordis est vituperabilis qz insensibiles corde sunt q̄ cū pcutiunt nō dolēt nec cū atterūt recipiūt disciplinā ergo opponit impaciētie tanꝫ vitiū vitio ergo inter hec mediat aliqua medietas laudabil. hec aūt dr patientia. igr. Quinto ꝓbatur exēplo Job q̄ laudat ex eo qz nō fuit insensibilis corde hꝫ pcussus scidit vestimenta suaz tōso capite in terrā corruit Sexto ex insensibilitate cordis sit vt quis nec culpā flagellis emendet nec p flagella ad meliora prouocetur ergo insēsibilitas cordis vitiosa est. añs ꝓbat ex auctoritate supradicta ¶ Quinta cōclusio patiētia nō est in patria operationes laudabiles habitura. ꝓbatur vbi nulla incidit aduersitas ibi nullus est actꝰ patientie sed in patria nulla incidit aduersitas ḡ in patria non est actus patientie. minoꝝ ꝓbatur per illud esaie. xlix. Nō

augustiniꝰ.

tho. 2. 2. q. 136. arti. i.

3. thomam

confirmat opinio do. Grego.

Patientia non est in patria.

esurient neq; sitient neq; pcutiet eos estus neq; sol
Confirmatur auctoritate Au. xiii. de ciuitate dei
dicentis. videtur inquit q; in patria non erit ipsa
patientia que necessaria nō est nisi vbi tolleranda
sunt mala sed eternū erit illud quo p patientiā per
uenitur. Secūdo si esset ibi actus patiētie aut eēt
moderatiuus tristicie aut ppulsiuus siue impedi-
tiuus nō moderatiu⁹ quia ibi nulla est tristicia nō
ppulsiuus vel impeditiuus q; aut ppulsaret tristi
ciam q; esset infutura nisi haberet hmōi actus pa-
tientie aut q; verisimiliter timeret infutura / aut q;
nec infutura esset nec timeret infutura non primū
nec secundū q; in patria nec potest inesse tristicia
neq; formidatur infutura: neq; tertiū q; quod non
ineſt nec potest inesse non est p aliquod opus virtu
tis ppulsandū vel impediendū: neq; potest dici si-
Tho. 2. 2. cut dicit beatus Thomas q; actus patientie non
q. 136. ar. 1. erit in patria in sustinendo aliqua sed in fruitione
in solutiōe eoz bonoz ad que puenire volebamus patiendo.
ad primum Est em̄ omnino abuti vocabulo patientie dicere
q; fruitio bonoz eternoz que vel est summa dele-
ctatio vel summe delectationi cōiuncta sit patien
tia vel sit actus patientie. Esset em̄ multo ratio-
nabilius dicere albū esse nigrū / et calidū esse frigi
dum / cū he postreme qualitates se fim aliquos in
aliquib⁹ gradibus cōpatiant. summa aūt delecta
tio nullāsecū naturaliter z regulariter cōpatitur
triūiciā. Secundo actus ille q; habet in patria ab
omni actu specie differt qui eliciebat in via a pa-
tientia etiā cuiuscūq; speciei esset in illa patientia
ergo talis actus q; habet in patria nullo modo est
actus patientie. ¶ Tertio omni patientia agim⁹
vel patimur quod nō libet. sed in patria nil agim⁹
vel patimur qō non libet ergo in patria non rema
net actus patientie. maior pbatur p Bernardum
in epistolis. ¶ Patiētia est pati vel contra qō libeat
sed non pter quod liceat. ¶ Quartus actus ille q;
est fruitio eoz bonoz ad que tendim⁹ p patientiā
nec quicūq; similis vnq; in via dictus est patiētia
ergo nec in patria dicendus est' patiētia. Neq; vz
exemplū quod adducit de iusticia sicut iquit iusti-
cia non erit in patria circa emptiones z venditio-
nes et alia q; ptinent ad vitaz psentem / sed in hoc
quod est subditū esse deo. Nā in via est vna speci-
esiusticie q; est circa emptiones zvēditiones z alia
species iusticie circa subiectionē diuinaz q; dicitur
religio fm Tullium aut fm allā opinionē vna z eadē
iusticia habet omnes istos actus invia ideonō est
mirū si actus quis se subiscit deo dicitur actus iu
sticie in patria sed non est sic de patientia q; null⁹
actus patiente in via est circa fruitionē bonoruz
eternoz pcise. Et pcise q; dici potest rationabili
ter q; actus quo tollero aduersa ppter deū est frui
tio dei et vsus aduersitatis pteeea dato q; nullus
iusticie in via esset esse subditū: tamen isti actui in
patria vere cōuenit diffinitio iusticie. s. reddere al
teri quod suū est: ergo est vere act⁹ iusticie: sz frui
tioni diuinoz non cōuenit diffinitio patiētie act⁹
ideo talis actus nō potest dici patiētia. ¶ Sexta
eōclusio. ¶ Patientia est virtus specialis pbatur q;
habet obiectū speciale scz aduersitatē et hz actū
ppium nulli alteri virtuti conuenientē scz tolle-
rantiam equanimē habz etiā extrema p pria sicut
iam in parte visum et diffusius z ost hac videbitur
igitur. ¶ Contra tertiā conclusionē arguit. Vir-
tutes morales remanent in patria: sed patientia
non remanet in patria vt habet quinta conclusio
ergo patientia non est virtus moralis. maio pbat
quia aliter aliqua pfectio deesset btō quod implicat
quia tunc status eius non esset oīm bonoz aggre
gatione pfectus. ¶ Secundo nulla virtus reperi
tur in malis sed patientia in malis inuenitur ergo Argumen-
patientia non est virtus. maior est manifesta quia ta tho. vbi
virtus est q; facit hominē bonū et minor pbatur. su. eod art.
Tū quia inuenitur in auaris cum ipsi multa mala
tollerent vt pecunias congregent: fm illud eccle-
siastici. v. Lūctis diebus vite sue comedit in tene
bris / et in curis multis et crumpna atq; tristicia.
¶ Tertio patientia est fructus et enumerat inter
eos. ad gal. v. ergo patientia non est virtus
¶ Quarto nichil est virtus quod ordinatur advti
le tanq; ad finē / sed patiētia ordinat ad vtile tāq;
ad finem. igit. maior pbatur. q; omgis virtus est
de hiis q; pter se expetūtur. Tū etiā quia dato q;
ppter aliud expetat virtus nō tamen ppter vtile
sed ppter honestū. Alias maius bonū ordinaret
ad minus tanq; ad finē: minor pbatur p Tullium
qui diffiniens patientiā dicit. Patientia est hone
statis ac vtilitatis causa rerū arduarū ac difficī-
lium voluntaria ac diuturna ppessio. ¶ Quinto
equanimis tollerantia duroz ac difficiliū non est
virtus sed patientia est equanimis tollerantia du
roz: ergo patientia non est virtus. maior pbatur.
quia alias patientia defuisset xpo cū dura et diffi
cilia non equanimiter tulerit: sed ppterea sit vsq;
ad mortē contristatus fm illud. Tristis est anima
mea vsq; ad mortē. ¶ Ad primā nego maiorē vni- Virtutes q̄
uersaliter intellectā et maxime de remanētia quo ad act⁹ no
ad actus vt ptz de mansuetudine et eutrapelia et remanēt in
affabilitate et liberalitate z magnificentia: immo patria. ☞
pauciſſime remanent q̄tū ad actus. Est autē alia
difficultas vtrū remaneāt q̄tū ad habitus vt sint
in ornamentum pciosum anime et non vt aliquos
actus principient sed de hoc alias. Et ad pbatio
nem dico q; dupliciter potest intelligi nullā perfe-
ctionem deesse btō. Vnomodo q; nulla est pfectio
cōpetens fm gradū sue beatitudinis quiu habeat
eā aut in se aut formaliter / aut in suo equiualenti:
et sic concedo. aut q; nulla sit quin habeat eam in
se et formaliter et sic nego. Dico ergo q; actus pa
tientie nulli gradui beatitudinis est competens.
Dico secundo q; bonū quod habet beatus p equi-
ualentiā continet omne bonū quod haberi potest
habendo actū non solū patientie sed etiā peniten
tie comestionis potationis calefactionis. ꝛc
¶ Ad secundā nego maiorē. nam cū virtutes non
sint cōnexe pōt aliquis esse bonus fmvnā virtutē
et malus p vitiū alteri virtuti oppositū. concedo
tamen eā in hoc sensu q; virtutes non conueniunt
malis. i. hiis qui carēt bonitate z ad minorē nego
eā licet eni multa dura tollerēt vt cupiditatē suā
expleāt nō tñ hoc p patiētiā faciūt. z hoc habet.
Aug. libro de patiētia Patiētes inqd ppie dicūt
qui mala malūt nō committēdo ferre q; nō ferēdo
cōmittere sed in illis q; mala sustinent vt mala tol
lerent nec miranda nec laudanda patiētia q; nulla
est. ¶ Ad tertiā negat consequentia ppter aliud
esse et aliud dicitur fructus et virtus: sed idem pōt
esse fructus z virtus. sed de hoc alias. ¶ Ad quar
tam dico primo q; arguentū cōcludit tm̄ de pa-

tientia primomodo dicta quã ipse ponit partẽ magnanimitatis et nõ de patiẽtia tertio modo dicta que est tantũ causa honestatis et nõ causa vtilitatis cõsequende nisi respectu ꝑmij eterni. Dicitur secũdo q Tullius nõ dicit q ꝑ patientiã tollẽtur dura gratia honestatis aut vtilitat; ita q vtilitas sit causa sufficiens sed gratia honestatis ac vtilitatis. Dico tertio q duplex est vtilitas vna q̃ seũcta est ab honestate vt cũ quis patiꝯ duravt lucrũ reportet alia cõiuncta honestati vt cũ quis patiꝯ dura ꝓpter deũ vt sibi sit eterna merces q̃ in actibus honestis et bonis cõsistit. Et ꝓpter hanc vtilitatem licet ꝓferre dura/ vtrũ aũt ꝓpter merãvtilitatem q̃stio est. et videꝯ satis ꝓbabile q sic dum tamen cetere circũstantie cõsentiant scz duz ꝑter hmõi vtilitatem actus etiã ille habeat finẽ actuũ moraliter bonoꝝ vt cũ quis ad tuendũ pecuniam quã habet ꝑferat grauẽ et durũ ꝑdonum insultuz aut si quis patiatur graues torturas vt celet thesaurum suũ quẽ alicubi recondidit. ¶ Ad quintaz nego maiorẽ. et ad ꝓbationem dico q xp̃o bene infuit patientia primoz secũdo modis scz duroꝝ tollerantiã ne opus excellentissimarũ virtutũ desereret et forte etiã tertio modo q; nonvideꝯ sibi ꝓposita fuisse conditio q si desisteret ab; hijs q̃ incepe rat q tã dura non sibi infligere ir quod videꝯ esse de patientia primo et secũdo modis dicta sz ideo hec inflicta sunt q; vitia acriter reprehenderat et legẽ veritatis et libertatis ꝑdicare non cessabat. Et dicꝯ vlterius q dura equanimiter tollerauit: quia lz optauerit hũc a se transire calicẽ: oĩa tamen absolute voluntati diuine apposuit. fiat inq̃t voluntas tua. Et cũ dicitur q fuit tristis vsq; ad mortẽ. ℟espondetur q duplex est tristicia vna deliberata et sic negaꝯ. Alia ex apprehensione penarum et cruciatuũ et aliorꝝ malorꝝ ex naturali nolitione eorꝝ causata et de illa loq̃batur xp̃s cũ dicebat animã suam vsq; ad mortẽ tristã et hec tristicia potest dici naturalis q; nolitio q̃ concurrebat ad eã causandã non erat voluntaria nec deliberata sed naturaliter causata. volitio aũt quam post habuit deliberata fuit; multũ diminuit de tristicia quã apprehẽsio et naturalis illa volitio causabãt ¶ Contra quartã conclusionẽ arguiꝯ sic q̃ omnia sustinet detrumenta sine quacũq; tristicia deliberata dicꝯ patiens. ergo patientia solũ habet extremũ in suphabundando et nullũ in deficiendo. añs ꝓbatur cũ insunt aduersa et ferũtur cũ parua tristicia illa tollerantia est actus patientie. sed hmõi tristicia cũ non sit de se bona non facit opus bonũ ergo ꝑ carentiã hmõi parue tristicie non redditur opus malũ et ꝑ consequẽs tollerantia aduersoꝝ sine omnimoda tristicia est opus patientie.

¶ Secũdo patientie tantũ opponiꝯ impatientia/ sed insensibilitas nõ est impatientia ergo insensibilitas cozdis non opponiꝯ patientie. maioz patz quia patiẽtia et impatiẽtia opponunꝯ contradictozie sicut patientia; nõ patientia sed tm̃ vnum opponiꝯ vm contradictozie. igitur. ¶ Tertio si sic seq̃retur q aliquis actus ꝑ aliquid mere naturale de non virtuoso fieret virtuosus qõ falsum est. et ꝓz cõsequẽtia Sit aliquis qui ferat dura sine qua cũq; tristicia: ; tunc ꝑ aliquod tẽpus postea aduenit aliqua tristicia naturaliter causata ex apprehensione hmõi duroꝝ: tunc iste actus nunc est virtuosus qui ꝓius erat non virtuosus ea non adue nit aliquid nisi mere naturale sed tristicia naturaliter causata igiꝯ. ¶ Quarto hmõi aduersitates vt dãpna rerũ et cruciatus sunt aviris sanctis desiderate et affectate. legimus em̃ de multis qui incitabant tirannos ad acerbioza supplicia inferenda ergo in talibus tollerantia est sine omni tristitia. et tamen hmõi tollerantia est opus patientie ergo põt esse patientia sine omnimoda tristicia.

¶ Quinto virtus oĩs moralis facit operari ꝓmpte et delectabiliter sed patiẽtia est virtus moral ergo eius est operari delectabiliter et ꝑ cõsequẽs sine tristicia. ¶ Sexto aduersitas et tollerantia eius aut est volita aut nolita. Si nolita ergo non eã patienter tolleramus. Si volita ergo nõ tristamur in tollerãdo eã. ¶ Ad primã negatur antecedens vniuersaliter intellectũ; consequentia. nã q̃ patiũtur flagella ꝓpter peccata ꝑterita et hocveriſimiliter existimant debẽt tristari q illa cõmiserunt ꝓpter q̃ tam duriter castigant. negatur etiã cõsequentia q; licet in talibus nõ sit deliberata tristicia est tamen sensus doloris ex quo naturaliter causatur tristicia. Et ad ꝓbationẽ antecedẽt; isdico q lz tristicia ipa naturaliter causata vel sensus doloris non sit de se bona tamen ipsa posita ponũtur aliqui bom actus involũtate qui faciunt actũ patientie esse bonum vt patebit in solutione tertie rationis. ¶ Ad secundã dico q ex vsu loquẽdi nomen impatiẽtie restrictũ est ad significandũ actꝰ quibus ad indignationem; ꝓturbationem mentis mouemur ꝓpter ꝑsentiã aduersoꝝ; ad ꝓbationẽ dico q ly in additum ꝑ cõpositionẽ in hoc nomine impatientia accipi põt negatiue. ; hoc mõ nunq̃ accipitur a philosophis moralibus nec a theologis q; tunc omne qõ non est patientia est impatiẽtia; iustitia est impatientia; liberalitas; equus et lapis. Alio modo accipitur cõtrarie; tunc ſm primã significationẽ nominis est commune vteroꝝ extremoꝝ sed ex vsu auctoꝝ moraliũ et theologorum restringitur ad aliã impatientiã que est cũ superhabundantia tristicie ꝓpter pñtiam aduersoꝝ. ¶ Ad tertiã nego consequentiã; maxime si ly perdicat causam p̃cisam et totalẽ et ad ꝓbationẽ dico q si adueniat p̃cise tristicia naturaliter causata vel si aduenat p̃cise doloz tũc dico q ꝓpt̃ hoc actus ferendi aduersa nõ fit de nõ virtuoso virtuosus vtputa actus ille ferendi aduersa non est virtuosus ꝑ mensura illa ꝑ qua tristicia illa p̃cise causatur ꝑ qua mẽsura non acceptaꝯ libere a voluntate nec formaliter nec interpretatiue. Et do exẽplũ satis clarũ volo q ꝑ mẽsura in qua vir sanctꝰ admouetur igni ꝑ aliqua parte sui corporis pars illa careat sensu tactus tũc constat q nullus sũt doloz/ statim post ꝑ miraculũ reperietur sensus tactꝰ ꝑ illa parte; sentiat vim ignis et ꝑ vtraq; mensura iste vir sanctus habuerit volitionẽ actualẽ tollerandi hanc adustionẽ ꝑ nomine xp̃i tunc stat q sic volitio ꝑ prima parte non fuit actus patientie ꝑ secunda aũt parte fuit actus patientie q; ꝑ prima parte non inferebaꝯ nocumentũ vt suppono/ potest em̃ ita explicari casus taliter. vt admotio illa nõ sit sibi detrimentũ sed postq̃ in eo est renouatus sensus doloris tũc ponũtur nolitiones que dã; tristicie sine quib? tollerantia illa nõ esset actus patiẽtie. Et si dicas aut posito sensu doloris

ꝑ

Xp̃s habuit patiẽtiã.

Duplex tristicia

Contra. 4 cõclusionẽ

Ad rõm

in duplici capitur.

Exempl

possunt non poni hmõi nolitiones et tristicie aut non. Si nõ possunt non poni sequitur q̃ per aliqd mere naturale de non virtuoso actu fiet actus virtuosus. Si possit non poni tunc adhuc videt q̃ tã actus qui nõ erat virtuosus p̃ positionem doloris vl tristicie naturalr causate nat virtuosꝰ ꝛ ita per aliqd mere naturale. Ad hoc rñdeo q̃ nolitiones iste deliberate possunt nõ poni q̃ si nõ ponãr actꝰ non fiet virtuosus ꝓpter positionẽ doloris aut tristicie vt patet in demente exponente brachiũ suũ igni qui dolet et tristatur nõ tamen videtur habere nolitiones illas quas diximus ad patientiã requiri. Et si queras q̃ sunt ille nolitiones. ¶Respondeo q̃ in aliis et aliis sunt actibus alie ꝛ alie. verbi gratia flagellatur ds egritudine ꝓpter peccata p̃terita tunc ad hoc q̃ actus suꝰ tollerãdi equanimiter egritudinẽ sit actus patientie exigitur nolitio cõditionalis huius egritudinis vtputa nollẽ egritudinẽ hanc si non esset in flagellũ iniquitatis mee aut si non esset in cohibitionẽ intemperantie mee aut in exercitiũ virtutis aut si nõ esset in augmentum ꝑmiꝭ mihi futura. oportꝫ em̃ q̃ nõ sit simpliciter nolita sed magis nolita sim modũ loquendi Ari. in tercio ethicoꝝ cũ ait volũtaria aũt ꝓpter hec q̃ talia sunt simpliciter aũt inuoluntaria vbi distinctionẽ innuit. Voluntariorꝝ quedam em̃ sunt voluntaria ꝓpter hec alia volũtaria simpliciter. illa dicũtur voluntaria ꝓpter hec q̃ sunt volita a nobis p̃cise ꝓpter aliqua que p̃ ea ꝓsequimur vel fugimus vt egritudo est a nobis volita quia p̃ eam consequimur temperantiam vite aut exercitium virtutis aut cumulationẽ mercedẽ et fugim9 luxũ aut intemperantiã aliã aut superbiã/ aut vitia alia aut penas p̃ peccatꝰ nostris debitas. Alia vero dicũtur volũtaria simpliciter q̃ ita sunt a nobis volita vt licet talia p̃ hec non essemus vel consecuturi vel fugituri tamen adhuc ea vellem9. Et conformiter ad hanc doctrinã Ari. dico q̃ vere patiens circa obiectũ patientie debet haberevolitionem ꝓpter hec et nolitionem simpliciter. Sed aduerte bene q̃ per nolitionẽ simpliciter non intelligo nolitionẽ actualẽ non conditionatã. sed p̃ nolitionẽ simpliciter intelligo tantũ quãtũ p̃ hãc orationem hoc esset nolitũ a me: nisi p̃ ipsum tale vel tale cõsequeremur aut fugeremur. nã in patiente debet esse actualis et absoluta volitio aduersitatis et nolitio conditionata eiusdez que sufficit ad causandũ tristiciã quã dicimus ad patientiam requiri. Dico ꝑterea in casu argumẽti q̃ ẽ nouus actus volũtatis qui habet hanc volitionẽ cõditionatam ꝓ obiectio sicut alias in simili plixius declarabitur. nã vere patiens vult volitione ꝓpter hoc tollerare hanc aduersitatẽ quã tamen simpliciter vult esse nolitã. ¶ Ad quartã dico vt prius q̃ huiusmodi aduersitates sunt desiderate et affectate a sanctis desiderio ꝓpter hec. sed nõ desiderio simpliciter/ immo sunt odio oppositio nolite.

Duplex desiderium.

¶Ad quintã nego maiorẽ sunt ei alique virtutes que inclinant ad operandũ cũ tristicia sed de hoc diffusius supra cum de fortitudine agebat dictum est. ¶Ad sextã responsum est q̃ aduersitas est volita volitione ꝓpter hec et actuali tamen et absoluta sede nolita simpliciter. sed nolitio tamen illa non est nisi conditionata/ ipsa tamen dicit nolita simpliciter qz si auferrentur omnia extrinseca ꝓpter que ipsa est volita ipsa actualiter et absoluta nolitione esset nolita.

Queritur sedo: Utrum patientia sit species magnanimitatis

¶Arguit q̃ non. patiẽtia in omni virtute reperitur ergo patientia non est species magnanimitatis. añs ꝓbatur qz ꝓ actu arduo cuiuscũq; virtutis possum dura pati virtuose et laudabiliter/ sed hmõi tollerantia est patientia igitur. ¶In oppositũ est Tullius q̃ ponit patientiã inter partes fortitudinis. ¶ Ꝓ questiõe ista primo videndũ est quid sit patientia. ¶Ꝓ quo notandũ est q̃ vt habitũ est in ꝑcedenti questione cõtingit pati dura virtuose tripliciter. vno modo ne deseramus opus aliquod ardue administrationis ꝛ hec patientia sine dubio ptinet ad magnanimitatẽ vel fortitudinẽ sim illã speciẽ que est arduorum ac difficiliũ administratio. Secũdo modo cõtingit pati dura ne deseramus opus aliquod difficile et honestũ vt iusticie vel mansuetudinis ꝛ hoc modo patientia in omni virtute reperitur.

Acceptiones patiẽtie

¶Tertio modo cõtingit pati dura et aduersa nõ qz nisi tolleremus deseremus opus alicuius alterius virtutis cui prius incũbebamus aut forte intẽ debamus incũbere: sed qz honestũ est et laudabile aduersa tollerare cũ incũbunt. inhonestũ autem ꝛ turpe ꝓpter hec deiici et quasi cõsterni animo: vt cũ egritudinẽ patimur aut depdationẽ aut cõsumptionẽ bonorum aut alias quasuis aduersitates.

¶Quarto modo cõtingit pati aduersa equanimiter quia estimamus nobis immissa esse aut ad castigationẽ ꝛ emendationẽ nostrã aut ad exercitiũ virtutis: aut ad ꝓbationẽ: aut ad manifestandaz dei gloriã de quibus postea videbimus. tertiꝰ modus est ꝓprissimus modus patiẽtie virtutis eius scz que est in ꝑfecte patiẽtibus qz in quarto modo non videt diligi patientia ꝓpter se/ hoc est ꝓpter honestatẽ operis sed ꝓpter vtilitatẽ vel spiritualem vel temporalẽ quã ex eo consequimur.

Nota.

¶Aduertendũ est vlterius q̃ in quarto modo patientie aduersitas aliqñ est volitas immo viri sancti leguntur frequenter eã desiderasse vel ne insolescant in prosperis vel vt redimant a penis quas peccando cõtraxerunt vel vt merces eoꝝ ampliꝰ augeatur hmõi volitio tamen sicut prius dictũ est non dicit volitio simpliciter sed volitio ꝓpter hec scz ꝓpter aliud volitum vel nolitũ cõcedendũ vel fugiendũ. Est tamen dubiũ vtrũ in patiẽtia tertij generis reqratur volitio ipsius aduersitatis ꝛ etiã inpatientia quarti generis maxime cũ aduersitas ipsa non est p̃desiderata argumentum ꝓbabile q̃ non est qz illud non est volitũ a nobis quod q̃tum in nobis est repellimus et excutimus sed vir patiens patiẽtia tertij generis quantũ in se est repellit et excutit aduersitatẽ suã vt eger egritudinem pauper inopiã depdatus spoliationẽ nec põt dici q̃ aduersitas ipsa est nolita sed tollerantia ipa est volita eadẽ em̃ ratio ꝓcedit contra tollerantiam que fiebat contra aduersitatẽ. nã qui p̃ viribꝰ depellit egritudinẽ ꝓviribus nititur ne tolleret egritudinem qz impossibile est sine egritudine egritudinem tollerare ꝛ sine pauptate tallerare pauperatẽ ergo non est hmõi tollerantia volita. neq; potest dici q̃ patiens vult tollerare egritudinem vel

alias aduersitates ꝯ diu deo placebit. Cōtra hoc arguit. tollerare hmōi aduersa ꝯ diu deo placuerit nō est in potestate nostra qz velimꝰ aut nolimꝰ tollerabimꝰ ꝯ diu deo placuerit ergo circa hmōi tollerantiā nō est ponendū vnum genus virtutis. Secundo qz nitimur ꝯtū possumus z ꝯ citissime possumus expellere aduersitatē hmōi modo tñ honesto et rōnabili: et tñ nescimus ꝯ diu deus velit nos eā tollerare cū frequenter nitamur eā auferri anteꝯ placeat deo eā esse auferēdā. Isti ꝓnter dicunt q patiēs patiētia tertij modi nō hz circa aduersitatē neq; circa tollerantiā eius nisi actū nolitionis et circa ablationē eius actū volitiōis quo vult et cupit eā a se auferri z ꝯtū pōt nitī ad ablationē eiꝰ et ad hūc sensum exponūt verba Bernardi dicētis. patiētia est pati z agere cōtra qđ libeat. i. pati z agere qđ displicet z p ꝓfis qđ nolitū est. q si hec opinio vera sit difficile est vt videtur assignare actū patiētie Ad hoc rñdeo q sm hanc opinionē actꝰ interior patiētie tertij generis est velle suare animū in sua magnitudine z dignitate tollerādo aduersa aut nolle deiici a sua magnitudine et dignitate tollerādo aduersa: qđ auctores moralis phie significauerūt p hoc qđ est velle equanimiter tollerare aduersa nō quidē q p patientiā veli tollerare aduersa sed qz p patiētiā tollerādo aduersa volo aīm meū equanimē esse. q si qs dicat q ille q alio deiicit inter aduersa hz patiāt nō tamē tollerat q sic arguit vim facit in noie z vult q tollerare idē sit q equanimiter pati z tūc cū diffinitur actus patiētie nō dz addi equanimiter huic qđ est tollerare quicqd sit aūt de significatione nominū hec opinio accipit tollerare p pati. q si acciperet tollerare in hac restricta significatione qua dicit q tollerare est equanimiter pati tūc ista concedit volo tollerare aduersa ad sensum suprādictū volo patiendo aduersa equanimē esse nec puto eos qui suadent afflictos ad patientiā intēdere suadere q patiātur aduersitatē qz velint nolint opz pati cū non possint eā reiicere a se sed intēdunt suadere q ferēdo z patiendo nō deiciētur animo sz animus eoꝝ semp maneat in sua dignitate ac magnitudie pbatur hoc auctoritate Augu. libro de patientia dicentis. Nō sicut oēs qui sciunt participes sunt sciētie ita nec oēs qui patiūtur participes sunt patienti sed q passione recte vtūtur hi patientie virtute laudātur hi patientie munere coronātur. Ex quibus satis elici pōt q suadere ad patientiā nō est suadere aliquē vt patiatur nisi in casu q statim dabit. Sed est suadere vt passiōe recte vtat vt. s. in patiēdo seruet equanimitatē animi. Actus aūt exterior patientie est tenere vel seruare equanimitatem animi in patiēdo qđ intellexerūt auctores p hoc qđ est equanimiter aduersa tollerare vel nō deiici aut nō frangi animo tollerādo aduersa hūc actū patientie expressit cassianus collatiōe sexta cū ait paucis mutatis. Per hec eīm eadē quibus impugnatur vir iustus dimicans velut arcu z gladio scutoq; validissimo contra illos qui hec ingerunt cōminutus pfectum sue patientie ac virtus acquirat et gloriosissimū constantie triumphū ex hostiū telis capiens nec psperis efferatur nec deiciatur aduersis sed via regia et itinere plano sp incidens a trāquillo statu et dexterā elationis et sinistrā deiectionis deuitet. ecce vbi assignat non deisci aduersis p actu patientie. Eadē collatione vbi pbat p vir sanctus inter prospera et aduersa constitutus debet esse ambidexter vult q vir sanctus sic vti debet psperis vt non vanitatis gloria efferatur/ sic aduersis vt nulla desperatione concidat et tunc faciet tā pspera ꝯ aduersa ad dexteram spiritualē ptinere et ex vtroq; statu palmam victoriāq; reportabit z vniuersaliter fere in tota collatione explicat actū patientie p non deiici nō concidere non desperare p bene ferre et bene patique eadē superioribus sunt. ¶ Sed q̄ret aliquis: quid est deiici vel cōcidere animo aut deserere dignitatē vel magnitatē animi? Respōdeo q deiici animo propter aduersa est ppter tristiciā aduersorum incūbentiū deserere vel remittere illustres et claras affectiones animi q̄bus prius incumbebat aut incūbere intendebat sicut si quis incūbat cultui diuino aut studio sapiētie et sic incūbendo accidant aduersa ppter q̄ vel deseratvel remittat cultū diuinū vel studiū sapientie vt animo deiectꝰ p impatientiā et ita ppie impatientie est nolle incūbere bonis operibus q̄bus incūbebatur aut cessare a malis quibus cessabatur aut cessare intendebatur propter aduersor incūbentiū tristiciā et displicentiā. ¶ Sed obiicit contra illud qđ dictū est q aduersitas non est volita in tertio modo patientie nec volitione simpliciter dicta nec volitione ppter hec/ qz qui propter violentiam fiunt sm Aristo. sunt volita volitione ppter hec. sed aduersitas non est michi volita minus ꝯ ea que ppter violentiā fiunt igitur. Respōdeo cōcedendo maiorem et negando minorē. Nā cū quis ppter violentiam facit aliquid ipse in hac cōditione ponitur vt vel hoc faciat vel aliud forte deterius patiatur vt patet de eo qui piscit merces in mare et de eo qui per tormenta cogit aliquid cōfiteri talis em̄ inter duoꝝ malorꝝ electionē positus ꝓponit vnū alteri mouet potentias executiuas ad vnū eorꝝ operandum. Ex quo cōcludit Aristo. q volitione actuali ipse vult illud qz principiū mouēdi potētias organicas in illis operationibus est in potestate operātis sed in patientia tertij generis non est patiens sic inter duo mala posit?/ nec aliquid operatur ad positionem illius mali quod est aduersitas immo quantū potest repugnat positioni illius. Et ideo ibi non potest saluari distinctio de volito simpliciter et de volito propter hec cū respectu positiōis talis mali patiens non se habeat nisi passiue et repugnatiue quia contra nititur. In patientia vero primi et secundi generis saluatur distinctio illa de volito. In patientia autem quarti generis etiam saluatur cum huiusmodi aduersitas est desiderata et preconcupita propter aliquam predictarum causarum. Ex quibus patet q patientia pōt multismodis diffiniri. potest enim diffiniri diffinitione communi secundum omnes modos eius. Et hoc modo diffinit eam Tullius cum dicit. Patientia est honestatis autvtilitatis causa rerum arduarū ac difficilium voluntaria ac diuturna perpessio. Si autem pro coniunctione disiunctiua ponam copulatiuam ita q dicamus patientia est honestatis ac vtilitatis causa rerum arduarum. ꝛc. tunc conuenit duobus primis modis et quarto. nā qui patiuntur istis modis patiuntur causa honestatis quia honestum est ita pati et causa vtilitatis: quia

Oppinio quorūdem

Augustinꝰ

Cassianus

Questi

Multiplex patiētie descriptio.

qui patiūtur primo aut secūdo mō consequuntur perſistentiam in opere virtutis qui patiunt quarto modo consequuntur vel emendationem vel maiorem mercedē vel exercitiū virtutis aut manifestationem glorie diuine. Si autem dicatur patientia est equanimis tollerantio arduoꝝ ac difficilū causa honestatis ipsius operis gratia hoc eſt patiētie genus nō hz aliquid extrinsecum creatum p fine sicut contingit in alijs in quibus omnibus aliquid reperit quo i sit consequendū vel fugiendum tollerādo dura equanimiter. Dixi autē extrinsecū creatumq; non volo secludere finem increatū qui secundum multos est omnis actionis moraliter bone finis inter hos autem modos tertius mihi videtur habere perfectissimā rationē patientie deinde quartus cum aduersitas non est affectata ꝓpter causas in eo expressas sed tm̄ equanimiter tollerata cum vero est affectata aduersitas cum quanto magis est volita tanto minus de ratione patientie habet eius equanimis tollerantia. Sed ꝓtra diffinitionem patientie arguitur sic huiusmodi diffinitio que data est cōuenit mansuetudini nam mānsuetus tollerat equanimiter aduersa z dura causa honestatis operis tollerat eſt cōuincia dāpna z paui pensiones altas equanimiter q; nec per hec irascitur nec petit vindictā. ¶Preterea omnis virtus cohibitiua ire est mansuetudo aliqua patiētia est cohibitiua ire puta patiētia qua ego equanimiter fero paruipensiones illatas a maximo q; si ego ꝓpter has moueret ad iram constat q ego nō essem patiens nec ferrē hmōi aduersa equanimiter Nec valet dicere q non omnis patientia iras moderatur illa scz qua tolleramus aduersitatē cuius auctorem nec vere nec cōiectualiter scimus q; iravt vult Ari. scdo rethoꝛice semp est cōtra personam particularem puta cōtra sociatā vel platonicmet nō cōtra hominē in cōmuni. z in hoc dicit eā differre ab odio quod est aliqſi cōtra aliquid ſm totum genus suū vt quis odit oēs superbos. Ex hoc eñ nō potest inferri nisi q patientia z mansuetudo nō sunt idem adequate z cōuertibiliter sed cū hoc stabit q ois mansuetudo erit patiētia sed nō econtra sed mansuetudo se habebit ad speciē sicut species ad genus. ¶Ad dissolutionē huius est aduertēdū q multi sancti viri et philosophi frequenter attribuerunt actū vnius virtutis alteri virtuti ꝓpter cōnexionem q̄ cōmuniter reperit inter actus illarum virtutū. z interdū tanta est cōnexio q nisi qs studiose ꝓsideret nō pōt distinguere inter hmōi actus. et inde est q multi sancti cum locuti sunt de actibus patientie posuerūt inter actus eius actū mānsuetudinis caritatis z liberalitatis. vnde Egezonus super Ezechielem. Patientia vera est que ipm̄ amat quem portat. nam tollerare z odisse mō est virtus mansuetudinis sed velamentum furoris vbi opera mansuetudinis dicit amare z nō odisse z nomen patientie mutat in nomen mansuetudinis. Et Crisostomus super Mattheum inter patientie gradꝰ numerat nō vindicare nōa facere vexāti hoc quod passus est nō habere eum odio diligere eum benefacere sibi ꝓ eo orare. Et Haymo super apocalipsim vult q patientia vera est que z mala proximorum equanimiter tollerat: et eos quos male agentes portat sincere amat. Et ideo notandum est diligenter q cum malū aliquod nobis infertur a proximo aliquo sicut connexas est actus patientie actui mansuetudinis q ipossibile est habere actum patientie simul habendo actum vicij oppositi mansuetudini in superhabundantia puta iracūdie quia si superhabundanter irascatur z appetat vindicta discedet animus ꝓpter aduersitatem a sua dignitate ac magnitudine: nec; erit equanimis tollerantia huius aduersitatis. et ideo ꝓpter istam connexionem patientia circa huiusmodi aduersitatem vel incōmodum illatum per se z primo et immediate inclinat in actum suum proprium sci licet ad seruandum animū in sua magnitudine ve ad seruandum equanimitatem eius ad non deiſc, animo et mediante isto actu elicito a patientia cum recta ratione dictante q non est possibile non deiſ a magnitudine animi appetendo vindictā inclinat ad nolendum vindictam de iniurijs illatis qui actus est primus actus mansuetudinis in eo q̄ non habet adhuc mansuetudinem nec habuit primus nec secundum actum nec secundū habitū. z per hunc modum verificat illud quod nōnulli doctissimi morales dicūt q vna virtus mediante actu suo inclinat ad actū alterius virtutis cū scz actu vicij oppositi repugnat seu incōpossibilis est actui illi⁹ virtutis q̄ dicitur inclinare ad actum alterius. Et tunc ad rationes que sunt in oppositum facte respondetur. ¶Ad primam negat q̄ diffinitio patiētie cōueniat mansuetudini. z ad ꝓbationē cōcedo afis particulariter z indefinite sumptū/si tamē intelligat vniuersaliter nego. Est eñ aliquis mānsuetus qui ꝓpter paruipensionē non irascit ita q̄ nullam appetit vltionem ita tamen animo conturbatur z deiscitur vt nō equanimiter tolleret iniuriam vt cōstat per experientiā experimur eñ q quis ob iniuriam susceptam licet nō repetat penas ab iniuriante deserit tamen benefacere sibi vel ita apud seipsum perturbatur vt non bene sit cōpos sui. De mansuetudo aūt qui patiēter tollerat iniuriam dico q habet duarum virtutū actus: vnū patientie per quē seruat equanimitatē mentis. alter; mānsuetudinis per quē nullam vindictā ob iniuriam reposcit sed ventam ꝓestat iniurianti/talis ergo mansuetus bene patiens est tamē mansuetudo eius nō est patientia vt licet iustus aliquis sit fortis/non ꝓpter hoc tamen aliqua iusticia est fortitudo. ¶Ad secūdā dico q aliq virt⁹ dicit cohibitiua ire dupliciter. Vnomō p se z imediate ita q̄ cohibitio ire sit ꝑm⁹ act⁹ eius z imediate z sic cōcedo maiorē z nego minorē. Aliomō mediate z p aliud scz pactū suū elicitū z sic nego maiorē z ꝓcedo minorē. Patientia eñ nō cohibet imediate iram sed primo elicit actum suum elicitū z actus ille cū iudicio rationis dictantis animū non esse equanimē si exurgat in iram cohibet iram nolendo scz poscere vindictā ob iniuriam. Sed est aliud dubium q; licet hec saluari possint de actu mansuetudinis quo quis non vult repoſcere iniuriam vt seruet equanimitatem animi nō tñ videtur saluari posse de actu dilectionis z beneficentie. Tum quia licet repoſcere vindictam repugnet magnanimitati animi tamen nō diligere ad bonum temporalem ꝓximū iniuriantem nō bene facere sibi et multa huiusmodi q̄ sunt esse ctus dilectionis non repugnant magnanimitati animi ergo ista non possunt attribui patientie illo modo quo ei attribuitur actus mānsuetudinis z tamē

Connexio mānsuetudinis z patiētie.

Ad rōnes

Trāz tuplr citer actus cohibet.

sancti attribuunt patientie diligere iniuriantē ergo oportet q̄ hoc sit immediatus affectus patientie respondeꝫ ad hoc dubium dupliciter. ℙrimo q̄ iste actus diligendi iniuriantē z bñfaciendi sibi nō fit causaliter per se a patiētia nec mediate nec immediate sed tm̄ fit ab ea tanq̄ a remouēte ꝓhibēs patientia eſſi ponit immediate actū suum z mediāte eo ponit actū mansuetudinis quo mediante ipedit actū iracundie z etiā actū odij qui ꝓhibebant actū dilectionis vel beneficiēte in eo q̄ habet habitum benefaciendi aut iudicium rōnis dictantis q̄ benefaciendū est. ℜespōdeo scōo q̄ habitus ꝓtuo sus nō solū inclinat immediate ad actū suum z mediante eo ad actū illius virtutis cuius virtutis actus oppositi vicij est incōpossibilis cū actu talis habitus virtuosi sed etiā mediante eo inclinat ad actus virtuosos oppositos vicijs quoꝝ actus disponunt ad impediendū virtutē illā ab actu ꝓprio inclinat ꝓterea mediāte actu suo elicito z iudicio recte rōnis ad oēm actū qui est saluatiuꝰ/ augmētatiuus/ z manifestatiuus ipsius habitus. Sed differunt nā ab actus oppositos actibus repugnātibus inclinat necessitate naturali sic q̄ positio illorum q̄ dicta sunt necessitate voluntatē ad volitionem vel nolitionē ad aliam virtutē pertinētē verbi gratia impossibile q̄ habēs habitum patientie passus iniuriā a socrate z habēs volitionē actualem qua nō obstante iniuria quā a socrate passus est vult esse equanimis z cū his iudicium rōnis dictantis q̄ si reposcat vltione non erit equanimis impossibile est inq̄ hec oīa habere q̄n naturali necessitate sequaꝫ actus mansuetudinis quo voluntas nolit reposcere volitionē. Sed in aliis voluntas ꝓmis positis nō ꝓducit ꝑm illum actū necessitate naturali eo q̄ ad posītionē oppositi illiꝰ actꝰ nō sequiꝫ necessaria ꝓsta corruptio vel impedimētum ꝓmi verbi gratia ponaꝫ q̄ repetitio emēde de iniuria etiā q̄ fit auctoritate iusticie frequenter repetitur nata sit inclinare ad impatientiā siue ad non seruandū equanimitatē in aduersis/ tm̄ dico q̄ posito habitu patientie z actu eius de seruāda eq̄nimitate nō necessario ponit actꝰ de nō repetitione emende auctoritate iusticie. z ideo pōt aliquis seruādo equanimitatē mentis reposcere emendaz de iniuria auctoritate iusticie ille tm̄ quē patiētia inclinat ad vitandū omne illud siue vicioſum siue virtuosum quod frequēter repetitū inducit ad oppositū actus patientie: p eandē patientiā mediāte actu suo elicito inclinaꝫ ad oppositū illius actus puta ad nō repetendū emendā de iniuria. Similiter habitus aliqs virtuosus inclinat mediāte actu suo elicito ad omne illud per quod cōseruaꝫ hmōi habitus z operatio eius lz non necessitate naturali. Et q̄ per actum benefaciendi iniurianti z generaliter per oēm actū per quē multū recedit ab impatientia maxime cōseruaꝫ actus z habitus patiētie ideo patientia nō immediate se mediante actu suo elicito z iudicio rōnis dictantis per actū benefaciendi maxime recedi ab impatientia z seruari z augeri patientiā inclinat ad benefaciendū iniuriāti. Et iō q̄n auctores sācti z philosophi dicūt talē actū vel talem pertinere ad patientiā vel iusticiā qui tm̄ actus ꝑm rei veritatē est actus alterius virtutis semper distingui pōt q̄ nomen talis virtutis ad quē dicit pertinere vel accipiꝫ ꝓ habitu z tūc non pertinet ad talem virtutē nisi mediate vel accipitur ꝓ actu z tūc pertinet immediate ꝑm modum supradictū. ℙer primū modū ponit cassianꝰ originē viciorꝝ ex vicijs z virtutū ex virtutibus et virtutū quarundā ex quibusdā vicijs vt ex iactantia z desiderio fame interdū dicit oriri castitatem. Sunt tm̄ alij modi quibus alia nascunt ex alijs. lz q̄ alibi instituī hanc materiā tractare ꝓlixius preterea primus modus est tam certus q̄ non pōt rationabiliter contradici. ¶ Secundus z tercius videntur sumi posse ex doctrina augustīi cōtra faustum. nam cum faustus vellet ꝓbare iuramentum omne esse pernicioſum ex eo quod habetur in euāgelio dictum est antiquis/ non falsum iurabitis ego autē dico vobis omnino nolite iurare. ¶ ℜespondet Augustinus q̄ ex hac auctoritate non potest efficaciter conuinci omne iuramentū esse illicitum neq̄ ꝓhibitum ibi esse iuramentū tanq̄ aliquid illicitum sed hoc dictum esse a ꝓpo vt nos q̄ maxime se moueret a ꝑiurio. ℙamvt dicit qui assueſcit iurare verum faciliter incidit in ꝑiurium. Ex quo patet q̄ ideo legislator rationabiliter admonuit ne etiam iuraretur omnino nō q̄ iurare verum sit malum sed q̄ cōsuetudo eius inductiua est ad periurium z per consequens vir patiens etiam iustus cui recta ratio dictat nō bene facere ei qui intulit iniuriam est inductiuū ad impatientiam aut ad inductiuam per patientiā vel iusticiam suam inclinatur bene facere iurianti illa inclinatione qua inclinatur ad oppositū illius quod est impeditiuum siue virtutis vel ad illud quod est cōseruatiuū z augmentatiuū et manifestatiuū sue ꝓprie virtutis. ℙer hos modos possūt exponi ifinita dicta sanctorum z philosophoꝝ que aliter intellecta videntur virtutes z actus earum cōfundere. ℙisum est hactenus quid sit patiētia ℙam videndū est ad quod virtutis genus pertineat patiētia tercio mō dicta quam solā nomine patientie ꝓprie sigmificatā diximus. De patientia enim primo mō dicta dicet cum agetur de perseuerantia. ¶ Sit igitur prima conclusio. ℙatientia. que est equanimis tollerātia ad uersitatis gratia honestatis operis est species magnanimitatis. ℙrobatur ista conclusio secundum Tullium primo de officijs vt supra diffuse allegatum est: due sunt species magnanimitatis. Una ē que est posita in despicentia z cōtemptu rerum externarum. Alia in gestione z administratione rerū arduaꝝ q̄ plene sunt laboribus z periculis z q̄ res extere diuidūt in duas scz in ꝓsperas z aduersas ideo necesse est magnanimū ꝑm hoc genus contēpnere ꝓspera z aduersa/ contemptus ꝓsperorum consistit in euitatione elationis et insolentie ex successu ꝓsperorum/ contemptus aduersorum cōsistit in euitatione dejectionis tristicie z desperationis ex presentia aduersitatis: z inde est q̄ primum genus magnanimitatis habet duas species vnā qua contēpnuntur ꝓspera: z hec humilitas. aliā qua contempnuntur aduersa et hec dicitur patientia. ¶ ℙro cuius declaratione ponitur secunda conclusio. vir magnanimus et perfectus inter ꝓspera z aduersa cōstitutus est ambidexter. hāc cōclusionem in sententia ponit cassianus collatione 13ta z eam multipliciter ꝓbat. Ambidexter est qui vtraq̄ manu ꝓ dextera vtitur sed vir magnanimus z ꝓfectus z prospera que ad dexteram z aduersa que

Actus volūtatis naturales.

Non oē iuramētū est illicitum.

ad sinisteram posita dicuntur debet bono ac recto vsu ad dexteram partem facere pertinere igitur. minor ꝓbatur Nam viri sancti dextera est spiritu alis successus ac ꝓfectus qui consistit in superādo impugnationes ⁊ in suadādo sanctis operibus sinistra autem eius est spiritualis ruina que in turbationibus tēptationū ⁊ carnis desideriis ⁊ aliis peruersitatis operibus cōsistit sed si vir perfect⁹ sic vtatur ꝓsperis vt non vanitatis gloria efferatur. ⁊ sic aduersis: vt nulla desperatione concidat faciat tam ꝓspera q̄ aduersa ad dexteram spiritualē pertinere ⁊ ex vtroq; statu palmā victoriāq; reportabit igitur. ¶ Secundo ꝓbatur exēplo bti Iob qui diues ⁊ opulentus factus dextera ꝓsperitatis coronabat ex locuplete aūt factus pauperrimus ⁊ ex felice miserrimus incorruptā animū fortitudinē retinuit neq; tot aduersis ꝓcumbi potuit qui illud decantaret Si bona suscepimus de manu domini mala autem quare nō sustineamus dns dedit dns abstulit sicut deo placuit ita factū est sit nomē dñi benedictū. Tertio ꝓbatur exēplo ioseph qui i ꝓsperis gratior patri/ religiosior fratrib⁹ et ⁊ acceptior. deo. In aduersis aūt cast⁹ fidelis dño carceris mitissimus victus iniurie immemor/ beneficus inimicis et inuidis/ ⁊ in fratres interfectores q̄tū in his fuit munificus. ¶ Quarto ꝓbatur ꝓ illud sapientis Leua ei⁹ sub capite meo ⁊ dextera illi⁹ amplexabitur me. per quod optat aduersa assumi ad nos exercendos ⁊ erudiendos ad salutē ⁊ subiacere principalioribus bonis ꝓo ꝓspera vero salutari amplexu coercere ad confouendā ⁊ cōseruādam salutē. Quinto nos erimus ambidextri si rerum p̄sentium habundantia vel inopia nos nō mutauerit sic ꝙ nec habūdantia nos ad voluptates impulerit nec inopia ad desperationē ⁊ murmurationē attraxerit: sed in hoc vel in illo positi parem de vtrisq; fructū referam⁹. Opz autē nos tales eē exēplo bti pauli de se testatis. Ego enī dicim q̄bus sum paulus sufficiēs esse/ scio humiliari/ scio ⁊ habū dare vbiq; ⁊ in oībus instituꝫ sū ⁊ saturari ⁊ esurire ⁊ penuriā pati i eo q̄ me ꝓfortat. ¶ Tertia ꝓclusio. patiētia nō ptinet ad magnanimitatē tanq̄ virtus adiūcta. Probat nulla species magnanimitatis ptinet ad magnanimitatē tāq̄ ꝑtus adiūcta: sed patiētia est ispecies magnanimitatis ergo nō ptinet ad magnanimitatē tāq̄ virtus adiuncta. maior eū certa ⁊ minor patet ex prima conclusione ⁊ deductione eius/ magnanimitas enim prima diuisione diuiditur in virtutem qua res externas cōtempnimus ⁊ virtutem qua res arduas administramus ⁊ gerimus. Primū autē genus diuiditur in humilitatem que est cōtemptus ꝓsperorum/ ⁊ patientia que est contemptus aduersorum. Secundo omnis virtus adiuncta alteri tanq̄ secundaria principali pertinet de se ad aliud genus virtutis/ aut ad aliam speciem eiusdē generis/ sz magnanimitas ⁊ patientia nō sunt diuerse species sub eodē genere nec patiētia pertinet ad aliud genus virtutis nō enim pertinet ad iusticiam nec ad mānsuetudinem/ nec ad liberalitatem/ nec ad temperantiam ⁊ sic de alijs virtutibus igitur nō se habet ad magnanimitatem sicut virtus adiuncta: facte sunt alie rationes de magnificētia que huic applicari possunt conclusioni. Tertio non omnis fortitudo siue magnanimitas est circa aliqua periculā mortis immo aliqua pars fortitudinis cōmuniter accepte est circa pericula laborum ⁊ aliorū grauium dānorum que contingūt in arduis administrationibus sed patientia non est circa minora pericula cum ab alienis possunt inferri tam grauia pericula q̄ grauia annexa sunt de seipsi graui administrationi. Quarto sequeret ex ratione Thome ꝙ patientia non esset annexa nisi fortitudini stricto modo accepte que est scz circa pericula mortis. pz intuenti rationē eius/ sed hoc est contra rationem Tullij facientis eam partē fortitudinis qui vt pt̄z ex diffinitione fortitudinis accipit eam ꝓ administratione rerum durarū plenarū periculis ⁊ vite et multarum aliarū rerum q̄ ad vitā per tinēt/ vt patz ꝓmo de officijs vbi de fortitudine vt pt̄z etiā ex diffinitione fortitudinis quā ponit in rethoricis suis. Et patet ꝓña q; ēm Thomam virtus principalis semper in aliquo excedit secundariā ⁊ istū excessū significat idē Tho. cū ꝓbat patientiā esse adiunctam fortitudini ita dicēs. In malis aūt q̄ ab alijs inferuntur ꝓcipue difficilia sunt ad sustinendū illa q̄ pertinent ad pericula mortis circa q̄ est fortitudo. Et cōcludit vnde patet ꝙ in ista materia principalitatem tenet fortitudo quasi vendicās sibi illud qō est principalius in hac materia. Ex quibus verbis cōcludit apte ꝙ hanc sententiā sequens hz ꝓcedere ꝙ patiētia nō est ꝑtus adiūcta nisi respectu illius fortitudinis q̄ est circa pericula mortis ⁊ ita nō respectu cuiuslz. Secō sequit ꝙ nō q̄lz patientia est adiuncta fortitudini/ pt̄z sic est aliq̄ patiētia respectu periculoꝝ mortis q̄ ab alio iferē sz respectu istius patiētie fortitudo nullā principalitatem hz cū tota principalitas quā assignat sit in excessu periculi qō est tā graue in hac patiētia q̄ graue est in fortitudīe igit. Quarto nulla ꝑtus q̄ p se pōt hre actū suū nullo actu fortitudinis circa malū mortis positovel ponēdo ⁊ etiā sine quacūq; ꝓparatiōe ad talē actū fortitudis est ꝑtus principia ⁊ scōaria respectu illius: sz patiētia tercij generis pōt hre actū suū nullo pīculo mortis posito vl ponēdo ⁊ etiā sine q̄cūq; ꝓparatiōe ad talē actū fortitudis imo nec ad quēcūq; aliū igit. maior ē nota qz ꝑtus adiūcta ⁊ scōaria nō hz actū suū nisi p respectū ⁊ ꝓparationē ad actū illi⁹ ꝑtutis respectu cuius est scōaria. ⁊ minor ꝓbat qz cū q̄s patit infortuniū vt dep̄dationē vel pditionē bonoꝝ in qb⁹ tñ nullū ē pīculū mortis pōt hre actū eq̄nimitatis tolerantie sine ꝓparatione ad quēcūq; aliū actū vel fortitudis vel alterius ꝑtutis in quē tanq̄ in p̄ncipalē ordinet istū actū eq̄nimitatis tanq̄ scōariū. Cōfirmat ista ratio qualis est ordo habituū talis est ordo actuū ꝑ vbi actus nullū hñt ordine interse nec habitus sed actus patientie tercij generis nō habet ordinē ad quēcūq; actū alteri⁹ virtutis: ergo nec ꝑtus ad virtutē nec habitus ad habituz. ¶ Quinto arguit ex dictis ipsius Thome. fortitudo non tenet principalitatem respectu patiētie in materia malorum et periculorum ergo patientia non est dicicenda virtus adiuncta ⁊ scōaria respectu fortitudinis. Pña est nota ex doctrina ⁊ ratiōe Thome ad ꝓbandū hmōi subordinationē. añs ꝓbatur virtus que est circa mala mortis tñ non est circa maiora mala q̄ illa q̄ est tā circa pīculamortis q̄ etiā circa quecūq; alia mala īmo scōa excedit primam saltem extensione obiecti ⁊ prima par

Tho. 2. 2. q̄sti. 136. arti. quarto.

te obiecti nullo mō excedit secundā. sed fortitudo
ēm eum est tm̄ circa mala mortis/ patientia autez
tam circa mala mortis q̄ circa q̄cunq; alia quod
ꝓbatur ex respōsione eius ad ꝑmū argumētū illi⁹
articuli in quo ostendit q patientia est virtus ad-
iuncta fortitudini. ¶ Ad primā inquit dicēdum q
ad fortitudinē pertinet nō qualiacūq; sustinere/ sz
illud quod est summe difficile in sustinēdo scz sustiⁿ-
nere pericula mortis. ad patientiā autē pertinere
pōt sustinentia quorūcūq; maloꝝ. Ex quib⁹ ver-
bis satis apparet q fortitudo magis dicenda est
pars patientie q̄ ecōtra. ¶ Seeto arguitur ex di-
ctis eiusdē virtutes sunt ordinande ēm ea circa q̄
principaliter sunt sed ea circa q̄ est patientia sunt
principaliora z difficiliora z principalius intēta q̄
ea circa q̄ est fortitudo ergo fortitudo potius est
adiuncta patientie q̄ ecōtra. maior videt manife-
q; ex ordine materiaꝝ z actuū sumit ordo habitu
um z minor ꝓbatur nam ēm Thomā in respōsione
ad ēm argumentū eiusdē articuli licz fortitudo sit
etiā circa presentia mala ne scz quis deficiat ꝑpt
dolorē: tm̄ principaliter est circa timores ad quoꝝ
timoꝝ (vt dicit) rationē pertinet fugere. quod fuge
re vitat fortitudo. pa ientia vero principalius est
circa tristicias nā aliquis dicit patiens nō ex hoc
quod nō fugit sed ex hoc quod laudabiliter se ha-
bet in patiendo ea que p̄sentialiter nocent vt sclz
nō inordinate ex eis tristetur/ hec ille ex his sic ar
guitur primo. Tristicia malorum presentiū est ma
ius malū q̄ timor eorundē malorū futurorum/ sed
fortitudo principaliter est circa timores z patien-
tia circa trlsticias igitur. Secūdo laudabiliter se
habere in patiēdo mala pñtia est actꝰ principaliorꝝ
z difficilioꝝ q̄ nō fugere ꝑpter futura z in illū iste
secundus tanq̄ minus principalis in principalio-
rem ordinat neq; multū ꝓdesset nō fugere futura
mala nisi subsequeret laudabilis tollerantia pre-
sentiū ergo si hec q̄ in hac solutione dicit vera sint
fortitudo magis subordinat z adiungit patientie
q̄ ecōtra. neq; pōt dici q patientia hz duplicīū ma
loꝝ tollerantiā: quoꝝ ūdā q̄ pertinent ad pericula
mortis. aliorꝝ vero q̄ nō pertinēt ad pericula mor-
tis/ patientia q̄tū ad prima mala nō est virtus ad
iūcta fortitudini. q̄tū ad alia vero adiūgit sibi tā
q̄ scōaria principali/ hāc em̄ solutionē inuit Tho
mas eodē articulo in respōsione ad tertiū. Ad ter
ciū inquit dicēdū q patientia q̄tū ad aliq̄d sui po
test poni pars integralis fortitudinis ꝑut sclz pa
tiēter sustinet mala q̄ pertinēt ad pericula mortis
z paucis interpositis. ēm vero q patiētia se habet
circa quecūq; alia mala adiūgit fortitudini vt vir
tus scōaria principali. Ex hac solutione maxime
cōfirmat vnū assumptū in p̄cedētibus rōnibus scz
q patientia est tam circa pericula mortis q̄ etiaz
circa alia pericula q̄ ꝓcedimus z ꝑterea ista solu
tio cōtinet duo q̄ vident mihi falsa/ ꝑmū q patien
tia ꝑut circa pericula mortis est pars integralis
fortitudinis. ꝓbatur em̄ q non patiētia q̄ est circa
pericula mortis secundus doctrinā eius est fortitu
do q̄ nō est pars integralis fortitudinis/ ꝓña tz qz
ēm doctrinā eius ois virtus q̄ est pars integralis
alterius est ab ea distincta z hz alium actū ab acti
bus virtutis cui⁹ est pars alias em̄ diceret q vna
queq; virtus esset pars integralis sui ipius. z añs
ꝓbatur patiēs martyriū vsq; ad mortē ꝑ lege xp̄

Tho. vbi supra in solutione ad primum.

Reprobatio thome vbi supra articulo. 1.

secundū istum doctorē est patiēs z fortis actu quo
tollerat malū mortis/ aut ergo est patiēs z fortis
eodem actu et tunc habet intentū qz si actus non
sint distincti nec habitus/ aut vno actu est patiens
z alio est fortis z tūc querit q̄ sunt illi duo actus q̄
habent circa malū mortis nō em̄ ibi sunt due tolle
rantie mortis/ neq; sunt duo actus volūtatis quo-
rum vnus pertinet ad patientiā z alius ad fortitu
dinē qz nō sunt dabiles aliqui tales actus qui etiā
ipsis datis de quolibet eoꝝ ꝓbaret q esset patien
tia z q esset fortitudo. neq; potest dici q nō fugere
cruciatū z mortē est actꝰ fortitudinis z bene z lau
dabiliter se habere in tollerando cruciatu z morte
est actus patiētie. Cōtra hoc arguit qz si sic seq̄-
retur q aggredi z perdurare laudabiliter in peri-
culis mortis nō esset actus fortitudinis qō est cō-
tra eundē doctorē eodē articulo in rñsione ad ēm
dicentē q actus fortitudinis nō solū ꝓsistit in hoc
q aliquis in bono pñsistit ꝓtra timores futuroꝝ pe
riculoꝝ sz etiā vt nō deficiat ꝑpter pñtiū tristiciā
ꝑterea actus nō desiciēdi ꝑpter pñtiū maloꝝ tri-
sticiā nō est alius actꝰ ab illo quo bñ q̄s se hz z lau
dabiliter in tollerando tristiciā maloꝝ pñtiū/ sz bñ
z laudabiliter se habere in malis pñtibus z actus
patiētie q̄ z actus q̄ quis nō deficit rē. est actꝰ pa-
tientie z p ꝓns idē est actus patiētie z fortitudinis
circa malū mortis pns ēm rñm est q patiētia ꝓnt
est circa alia mala a malo mortis est virtus adiun
cta fortitudini qz cōtra hoc specialiter ꝓcedūt q̄t
tuoꝝ ꝓme rōnes huius ꝓclusiōis. ¶ Preterea ego nō
video quo mō hec patiētia sit distincta a magnani
mirate/ nā ēm Tullīū ꝓmo de officijs magnanimꝰ
sicut fortis cernit in gerendo res magnas z maxi
me vtiles sed vehemēter arduas plenasq; laboꝝ z
periculoꝝ. Tunc sic circa eadē pericula versat et
bñ se hz patiētia circa q̄ versat z bñ se hz magna-
nimitas/ z nō videt q̄cūq; differentia actuū in lau
dabiliter tollerando hmōi pericula quoꝝ vnus sit
magnanimitatis z alius patientie igit. Neq; pōt
dici q magnanimitas cōfirmat aīm i maximis bo-
nis sperādis z adipiscēdis. ¶ Patientia vero in ma
lis tollerādis qz cū bona magna de se alliciāt ani-
mū ad adeptionē eoꝝ nō est opus virtute ꝓfirmā-
te aīm in hijs adipiscēdis nisi ꝑpter mala z pīcu-
la q̄ cōtingūt in psecutione eoꝝ q̄ eiusdē virtutis
nō est firmare animū in bonis adipiscēdis z firma
re ipm̄ ꝓtra mala z pericula q̄ in eoꝝ adeptiōe tol-
leranda sunt. Sed ēm Thomā patiētia facit ēm q̄
partiētia circa pericula alia a morte non differt a
magnanimitate. Confirmat nā eadē virtus est q̄
firmat animū in recto vsu delectationū gustus et
tactus z cōtra cōcupiscētias z illecebras ab hmōi
recto vsu retrahentes. eadē etiā virtus firmat ani
mū in cōfessione fidei ita cōstanter faciēda vt ꝓ
nullo quod est cōtra rectā rationem deserat hmōi
cōfessio z in martyrio ꝓ fide xp̄i suscipiēdo sicut
patebit cū agetur de martyrio. Ex quibus ptz q ēm
modum dicendi beati Thome difficile est fugere
differentiā que est inter patiētiam que est circa ma
la mortis et fortitudinem et inter patientiā que est
circa alia mala z magnanimitatē. ¶ Cōtra primā
cōclusionē arguit sic. magnanimitas cōsistit in ge
rendis magnis z arduis rebus/ sed patientia non
consistit in gerendis magnis rebus sed in magnis
malis equanimiter tollerandis: q̄ patientia nō est

Vbi supra articu. 1.

magnanimitas et p ꝓñs ipa nō est species magnanimitatis. ¶ Secundo quarūcūq; virtutū est vn⁹ et idem actus adequate illi sunt eadem virtus adequate sed patientie et magnanimitatis siue fortitudinis generaliter dicte est adequate vnus actus scz sustinere mala et pericula igitur. ¶ Tertio magnanimitas siue fortitudo aliqñ est sine pacientia ergo patientia non est pars magnanimitatis añs ꝓbatur qz magnanimus interdū nō tollerat mala sed insurgit et aggredit eum qui mala infert immo etiā ex hoc videt sequi q vel patientia vel magnanimitas non sit virtus si nō sustinere mala sit virtuosum/ sustinere nō est virtuosum ergo si magnanimitas per quā nō sustineam⁹ mala. sed ꝓtra facientē pugnamus est virtus patiētia nō erit ꝑfectus. ¶ Ad primā respōdeo q vt dictū est supra magnanimitas hz duplex genus scz cōtemptū rerū exterarum et administrationē rez arduaz ꝓcedo igit maiorē quo ad fin genus magnanimitatis et nego eā vniuersalit intellectuā et quo ad ꝑmū ei⁹ gen⁹ cōcedo minorē et nego ꝓñam sed bene sequit q patientia non est adequate magnanimitas. ¶ Ad secundā nego minorē. Et ad ꝓbationē dico q sustinere mala et pericula nō est actus adequat⁹ patiētie qz nō qōlz sustinere mala est actus fortitudinis sed aliqō sustinere mala est actus patiētie et aliqō actus fortitudinis. sustinere eñ mala q̄ sunt pericula et determinata bellica est actus fortitudinis stricte accepte/ sustinere mala et pericula q̄ cōtingūt in grauium administrationē gestione est actus magnanimitatis ꝓ scōo eius genere. sustinere vero mala nōne deserat administratio ardua vel rei. salus sed qz honestū est aduersa cū incūbunt equanimiter tollerare est actus patientie. Si vero argumentū fieret de patientia scōo mō dicta aliter cēt dicendū cū aget de perseuerantia Et si dicatur q patiētia est circa mala ab alio illata et per hoc ab alijs distinguit. hoc dictū est vulgatū sine magna ratione et satis leuiter qō male intellectū generat multiplicia impedimēta cognosce veritatis in hac materia. patitur eñ quis egritudinē ex principijs cōplexionantib⁹ ex nocumēto: ab alio illato vtrobiq; equanimiter fert non video q si secūdus dicatur patiens in equanimiter ferendo quin etiā primus patiens dicatur. Similiter argueret de corruptione edificiorum ab alio illata et ex vetustate ꝓcumente. similiter in fortitudine cōstat q pericula frequēter inferunt ab alio puta ab hoste et a ꝑditoribus et ab alijs maluolis. Sed vt videat ob quam causam introducta est predicta distinctio. ¶ Est aduertendū q auctores qui ꝑmo eam posuerunt nō voluerunt per eam distinguere inter patiētiā et fortitudinē/ sed voluerūt distinguere inter diuersas species fortitudinis vl magnanimitatis. ¶ Ꝓ o q notādū est q negotia magna et ardua. imo et quecūq; alia difficilia habēt duplicia pericula/ q̄ dam ex natura et circūstantijs negotij q̄s cz regulariter et vt in pluribus ex negotio oriri solent et a viro ꝓdente et sollicito ꝓuideri potuerūt. et ista dicuntur pericula vel mala intrinsecus orta q̄uis etiam oriantur a personis seiūctis et alienis sicut est hostis in bello et conciuis in ciuitate alia vero sunt q̄ non oriunt ex natura negotij et circūstantiarum regulariter et in pluribus sed ex aliquo quod est alienum a natura negotij et ab alijs circunstantijs eius et hec pericula dicuntur esse ab alio illata Eiusdem autē rationis nōnulli putant ea pericula que cōmuniter et vt in pluribus a viro ꝓdenti et sollicito ꝓuideri nō potuerunt. Circa primam pericula ponit vna species fortitudinis circa alia altera. Ad tertiam cōcedo añs et nego ꝓñam non eñ sequitur animal pōt esse sine homine. ergo homo nō est pars animalis intelligendo semp de parte subiectiua sed bene sequitur ergo homo est animal patientia et magnanimitas nō sunt idem adequate et conuertibiliter. Et si dicatur q totum nō potest esse sine parte negatur de toto vniuersali et parte subiectiua. Ad ꝓbationem concedo assumptum et ad id quod addit: si non sustinere mala etc. nego ꝓñam: non vouere eñ paupertatem virtuosum est et tamen vouere paupertatē virtuosum est et tamen vouere paupertatem est etiā virtuosum. potest eñ quis virtuose omittere opus consilij et idem virtuose opus illud idem cōsilij perficere/ ita etiam potest quis in eum qui mala infert nō insilire et pōt etiam virtuose in eum insilere. q patet p Augustinum dicentem q precepto patientie nō cōtrariantur reip. bono ꝓ quo seruando contra inimicos pugnatur q si ille iniurie essent in deum tūc ea tollerare non esset patientie virtus sed impietas et irrelegio vt vult Criso. super illud ad Ga. vade sathanas dicens in iniurijs ꝓprijs patientem esse laudabile est in iniurias autē dei patiēter sustinere nimis impium.

Sustinere mala nō ē actus ad q̄ tus patie.

Logica sunt hec.

Augustin⁹

Crisostomus

Reprobatio thome.

QVerit cōsequēt Utrū patientia possit haberi sine graria. arguitur q nō per illud ab ipso patientia nostra. In oppositū. arguit oīs virtus moralis potest haberi sine gratia: sed patientia est virtus moralis igitur añs ꝓbatur qz nulla est virtus moralis quā nō possit infidelis acquirere. Ad hāc q̄stionē respōdet beat⁹ Thomas q̄stione de patiētia articulo tertio sub aliquibus dictis/ primum q nullus exercetur opus patientie nisi ꝓpter aliquid magis volitum et amatum q̄ sit illud bonum cuius priuationem per patientiam tollerat. secundum non potest aliquis exercere patientiā tollerādo equanimiter priuationē bonoꝝ naturaliū ꝓ bono gratie et caritatis: sine caritate et gratia gratum faciente. tertium dictum licet nō possit aliqs exercere patientiam tollerando priuationē bonorum naturalium ꝓbono politice virtutis sine auxilio dei speciali et gratia gratis data hoc tamen pōt sine gratia gratum faciente. Ista duo vltima dicta ponit Thomas in solutione ad fin argumentum. Quartū dictū sine gratia et caritate pōt aliquis multa tollerare ꝓpter bonum sanitatis. vltimum dictū mihi videt verum extenso nomine patientie qz si acciperet terciomodo actus ille quo quis tollerat mala ꝓpter bonum sanitatis non eēt patiētia nec etiam actus illi quos assignare in tertio et quarto dictis: tertium dictum ꝑ prima pte videtur mihi verū et ꝓ secunda ꝓbabilius q̄ oppositum eius. sed tñ videt dependere ex vno dubio alibi terminando. vtrū quis possit bene moraliter agere sine auxilio dei speciali. ꝑmū dictū nō mihi videt verū vniuersaliter itellectū. sicut itē doctor videt intelligere et etiā ꝓbare nititur ex auctoritate Aug. nam supra positi sunt multi modi patiē

tie ⁊ dictum est q̄ patientia tercij generis non tollerat aduersa ꝓpter aliquid aliud magis volitum cōsequendū sed quia honestū est aduersa equanimiter tollerare cum incumbunt ⁊ q̄ de hoc visum est plixius superius/ ⁊ hmōi genus patientie maxime resplēdet in Job ideo desistimus ab vlteriori ꝓbatione: sed tm̄ respondendū est ad auctoritatem Aug. quam ꝓ se beatus Thomas inducit/ ait em̄ Augustinus libro de patientia via desideriorū facit tollerantiā laborū ⁊ dolorū ⁊ nemo nisi pro eo quod delectat sponte suscipit ferre quod cruciat.

Ad auctoritatē aug.

¶ Ad hanc auctoritatem respondeo q̄ patientia est equanimis tollerantia malorū ideo dico q̄ duplex est patientia. vna est in qua tam ipsa tollerantia q̄m ipsa equanimitas est spontanea ⁊ volūtaria ita q̄ in potestate nostra est nō tollerare hmōi dura ⁊ etiā perdere bonū illud quod tollerando dura sumus consecuturi ⁊ verū est q̄ oīs talis sit ratione alicuius bonī consequendi vel mali fugiendi. et hoc genus patientie significauit Aug. per sponte suscipere quod cruciat/ ⁊ hec patientia cōtinet patientiā primi ⁊ secundi generis ⁊ patientiā quarti generis cū pro causis ibi expressis aduersitas desiderata est aut amata. alia est patientia in qua licz equanimitas sit spontanea ⁊ voluntaria non tm̄ ipsa aduersitas immo vt dictū est ipsa est nolita ⁊ displicet nobis ⁊ q̄tum in nobis est vijs congruis ⁊ rationabilius a nobis eaz deijcimus ⁊ repellimus vt cū incidimus in egritudines in varia ifortunia in pericula mortis non quidē vt deseramus aliq̄ bonum rationis cui incūbere incūbebamus aut incumbere intendebamus sed cū hec nobis etiā nihil agētib⁹ aut agētib⁹ aliquid quod est oīno imptinēs accidūt/ lz em̄ diabolus afficiēs Job multis dampnis ⁊ aduersis intenderet distrahere ⁊ reuocare Job a multis bonis ⁊ laudabilibus operibus non tm̄ ꝓposita est ipsi Job hec cōditio. Si vis desistere ab operibus virtutū nō inferenī tibi hec aduersa sicut ꝓponitur martyribus q̄ si velint diffiteri fidem aut negare xp̄m q̄ nō cruciabunī sed multis muneribus donabunī. Si quis vellet negare ista diuersa genera patiētie iudicio meo ipse negaret ea que vnusquisq̄ apud se experit/ et nescio quo mō hoc patientie genus a beato Thoma pretermissum est. Et hec sit prima cōclusio. exercent multi opus patientie virtutis ⁊ nō ꝓpter aliquod aliud bonū creatū magis amatū q̄m sit bonū illud cuius ꝓuationē per patientiā tolleramus. hec conclusio satis mihi videtur ꝓbata ex superioribus.

A Contra Thomam.

¶ Secunda ꝯclusio pōt aliquis exercere opus patientie ꝓ bono gratie ⁊ caritatis cōsequendo sine gratia gratū facientē cū auxilio speciali dei. ꝓbatur pōt aliquis actus hmōi patiētie esse bon⁹ moraliter ⁊ non meritorius vite eterne ꝙ pōt aliquis talis act⁹ patiētie elici sine gratia ⁊ caritate ꝓsia tenet q̄ oīs actus elicitus mediante gratia ⁊ caritate est bonus meritorie et nullius talis est tm̄ bonus moraliter ⁊ ars videtur manifestū ⁊ amplius patebit ex ꝓbationibus sequētibus Sc̄o ois habens habitū moralē firmum ⁊ intensum ⁊ dictamē prudentiale directū illius habitus in opus cū auxilio dei speciali pōt elicere actū et exercere opus illius habitus/ sz possibile est q̄ aliquis habeat habitum huius patientie cū habet gratiā ⁊ caritatē ergo possibile est q̄ sine gratia ⁊ caritate exeat in actum hmōi patientie. maior videt manifesta nulla em̄ est virtus alia a caritate que non possit exire in opus suum cū auxilio dei sine caritate sed bene verum est q̄ illud opus non est meritorium vite eterne. Et ꝓbatur manifeste minus videt q̄ fides ⁊ spes possunt exire in actus suos sine caritate q̄ quecūq̄ patientia/ cum fides et spes respectu boni increati minus habeāt de naturalitate ⁊ magis de supernaturalitate q̄m patientia. Tum sc̄o q̄ si habitus ille nō possit exire in opus sine gratia gratum faciente ⁊ dependeat in agēdo a gratia/ hoc est aut q̄ sine caritate nō habet recta cognitio de malo tollerādo aut q̄ iste habitus nō habet impetum et inclinationē in opus/ non primū q̄ caritas non est habitus cognitiuus. Tum sc̄o q̄ sine caritate pōt haberi fides ⁊ oīs cognitio naturalis et supernaturalis requisita ad directionē operis illius patientie. nec sm̄ q̄ de ratione cuiuscūq̄ habitus nō impediti est facere impetum ⁊ inclinationem in opus minor vero eiusdem rationis ꝓbatur volo q̄ aliquis habēs gratiā habet multos actus patientie per quos generetur in eo habitus patiētie de qua est questio quo gento et etiā multū intēso peccet mortaliter ⁊ perdat gratiā cōstat q̄ per peccatum mortale non corrūpetur habitus ille patientie immo nec diminuetur igitur possibile est q̄ aliquis nō habens gratiam habeat habitum patientie. dicetur forte ad istam rationē q̄ Thomas intelligit q̄ nō potest haberi actus istius patiētie nisi habeatur vel prius habita sit caritas vel gratia ita q̄ gratia necessaria est ad generationē istius habitus sc̄z ad primos actus generandos.

¶ Contra hanc solutionē arguit̄ p̄mo q̄ hec non videtur intentio Thome vt patet ex ratione sua q̄ equaliter concludit de actibus p̄cedentibus habitum ⁊ sequentibus/ nō em̄ habens actum patiētie prefert bonum gratie omnibus naturalibus bonis plus per actus p̄cedentes habitū q̄m per actus sequentes. cum ergo hoc pertineat sm̄ Thomam ad dilectionē dei super omnia et ad caritatē sequitur q̄m eum sine caritate nullus potest haberi actus patientie ꝓbatur preterea contra dictam solutionem q̄ patientia dicta nec quo ad actus p̄cedētes nec quo ad actus sequētes exigat necessario gratiam gratum facientē ⁊ hec sit tertia ratio ad cōclusionē. omnis creatura rationalis habēs actus le iudicitū quo iudicat gratiam esse pferendā omnibus bonis naturalibus ⁊ p̄ ea ferendā esse equanimiter omnium bonorum naturalium priuationem/ potest mediante libertate voluntatis ⁊ auxilio dei speciali conformiter velle ad illud dictamen: sed sine gratia ⁊ caritate per fidem informā acquisitam potest haberi hmōi iudicium dato etiam q̄ nunq̄ prius sit habita caritas igitur. maior videtur certa quia voluntas ex libertate sua ⁊ auxilio dei speciali pōt se conformare cuicunq̄ recto dictamini nisi per illud dictamen importet aliquid requisitū ad actū necessario qō nō est in potestate voluntatis quod ideo dictū est ꝓpter istud dictamen. Ele mosina huic pauperi dāda est meritorie aut aliud cōsimile/ nā istud dictamē ꝓpter hūc terminū meritorie importat caritatē gratiā q̄ nō est in potestate voluntate q̄ si quis vellet sustinere assumptum sine illa exceptiōe tūc diceret q̄ nullū dictamē tale eēt rectū imo frequēter esset stultū ⁊ temerariū

Tho. 2. 2 q̄stt. 136. arti. 3.

siue tamen si siue aliter: cōstat tamen q̄ hoc dictamen est tollerādus cruciatus ꝑ bono gratie vel caritatis non includit aliquid qō nō sit in potestate volūtatis auxilio dei speciali adiute neq̄ aliquis terminus ibi positus importat caritatē vel gr̄am tanc̄ aliquid necessariū ad hoc q̄ voluntas se cō formet dictamini. ¶ Quarto arguit multi gentiles habuerunt virtutē patiētie et ꝑ bono virtutis aut salute reipu. multa mala corporalia tulerunt et tamen nō habuerunt gratiā gratū facientē vt constat igit̄ antecedēs potest ꝓbari q̄ multas hystorias vt de socrate et de platone z multis romanis et indis et ꝑsis. ¶ Ad hanc rationē respōdet Thomas per tertiū dictum q̄ bonū politice virtutis est naturale/bonū aūt gratie est supernaturale. ideo potest voluntas ꝑ bono politice virtutis sponte mala subire corporiscū auxilio speciali nō tamen potest ea subire ꝑ bono gratie quod nō est nature cōmensuratū. ¶ Contra hanc respōsionē arguitur. cōmensuratio boni amati ad naturā est omnino impertinens ad hoc quod ꝓpter ipsum sint equanimiter mala tolleranda immo ꝓpria ratio huius tollerantie est amor huius boni ꝓpter quaz exercemus patientiā sed ad hunc amorem sufficit cū libertate volūtatis et auxilio dei speciali equanimis iudiciū rationis iudicantis hec bona eē nobismulto magis bona c̄ ꝑuatio bonoz corporalium vel ꝑsentia malox oppositox sit mala/ g̃ siue ista bona sint cōmensurata siue non: siue sint naturalia siue supnaturalia. nichilominus ꝑ his poterit voluntas tollerare equanimiter mala corporalia si ratio iudicet ea esse nobis magis bona c̄ mala illa q̄ patimur sint mala/sed sine caritate potest ratio ita iudicare: ergo sine caritate potest haberi hmōi patientia et tendere in bonū gratie et caritatis ꝑ malox equanimē tollerantiā. ¶ Quinto ꝓbatur potest quis mala multa corporalia ꝓ bono sanitatis cōsequendo aut ꝑ maiori malo corporalivitando laudabiliter et virirtuose tollerare. g̃ multo plura potest tollerare ꝑ bono gratie z caritatis. aūs patz de patientibus incisiones mēbroz et adustiones et reliqua hmōi. ¶ Ad hanc rationem respōdet beatus Thomas q̄ amor sanitatis ꝓcedit ex amore quo homo diligit carnē suam. patientia aūt de qua arguit ꝓcedit ex amore supnaturali. Sed hec solutio omnino impugnat eodem modo sicut p̄cedens. ¶ Sexto si sic seqret̄ q̄ nullus existēs in peccato mortali posset velle pati cruciatus et tormenta corporis ꝑ xp̄o: sed cōsequēs videtur falsum. igit̄. et ꝓbatur minor de hereticis quibusdā qui ꝑsistunt in hereſi et moriūtur nō tamen sunt sufficienter ꝑ iudices eox cōuicti de falsitate suarū assertionū qui etiā licet habeāt ꝑ opinione sua rationē multū apparētē z forte apparentiorem quā sit aliqua earū que cōtra eos affertur non tñ quanta potuerunt sollicitudine inuestigauerunt veritatem sed contenti vnius doctoris aut duox traditionib⁹ nō questigauerunt sufficienter sacros libros/nec etiā alioz autoz volumina quorum copiā habere potuerunt z maluerūt tales auctores negligere et contēnere c̄ ignotam veritatem eox volumina plegendo inuenire: quales hac nostra tempestate inueniunt tales em̄ ita errādo per contentū proboz auctoz et negligentiā inuestigationis peccant mortaliter et multi eox patiūtur cruciatus et tormenta vtputant ꝓ xp̄o et tamen carent caritate et gratia. Nec valet dicere q̄ sm̄ veritatē non patiūtur ꝑ xp̄o quia sufficit q̄ credant se pati ꝑ xp̄o. ¶ Itē ponatur aliquis qui ꝑ fide catholica subit cruciatus et mortē non est dubiū q̄ subeundo hmōi cruciatus potest habere conscientiā alicuius peccati mortalis et cōplacētiam in peccato quod scit esse mortale/ergo caret caritate ergo aliquis carēs caritate potest habere patientiā supradictā. ¶ Contra primā conclusionē arguitur rationibus Thome. nullus patitur virtuose mala nisi ꝓpter aliquē finez aut ergo ille finis est magis amatus c̄ bona opposita malis q̄ patimur aut minus. si primū habetur intentū. nec potest dici sm̄ qz tunc huic fini ꝓferemus bona opposita malisq̄ patimur. antecedens ꝓbatur. quia tristiciā et dolorē sm̄ se abhorret animus Ad hāc rationē distinguo antecedēs vel loquēdo de patiētia duplici volitione spontanea scz volitione mali et volitione equanimitatis et sic concedo antedens et cōsequēs vel loquendo de patientia spontanea tantū ex parte equanimitatis et sic ego distinguo vel loquendo de fine increato z sic hoc est dubiū de quo alibi ꝓpter quod etiā in conclusione facta est mentio de bono creato vel loquendo de fine creato alio ab opere honesto: et sic iterum ego nego vel loquendo de fine creato sine illud sit honestas operis vel aliquod aliud bonū creatū z sic cōcedo. et ad ꝓbationē dico q̄ ille finis est magis amatus sed quia non est finis extrinsecus operi patientie ideo nichil ad ꝓpositū z ad ꝓbationem antecedentis dico q̄ nemo eligit tristiciam aut dolorem quē potest subire nisi ratione alicuius boni extrinseci magis amati sed circa dolorē aut tristiciam quā fugere non potest bene elicit equanimitatem ratione et gratia honestatis operis et sine intuitu cuiuscūq̄ alterius bom creati/sed tñ non est necesse. ¶ Contra secundā conclusionē arguit̄ sic nullus potest ꝓferre bonū gratie omnibus bonis naturalib⁹ sine caritate sed omnis patiens mala ꝑ bono caritatis ꝓfert bonū gratie omnib⁹ bonis naturalibus nisi diligendo deū super omnia sed non pōt diligere deū sup omniā sine caritate igit̄. ¶ Secūdo arguitur q̄ illud apostoli. j. ad corint. xiij. caritas patiens est. ¶ Ad primā respondetur negando maiorē et minorē et dico q̄ aliquis hñs fidem informē mediante auxilio speciali et libertate voluntatis. potest ꝓferre deum omnib⁹ bonis naturalibus et multo magis si habeat habitū diligendi deū super omnia ex multis actibus acquisitum et ad probationē maioris nego primam partem assumpti. id est em̄ dico de dilectione dei super omnia. minor etiam negata est qz patiens ꝓ xp̄o vel ꝑ bono caritatis non semper patitur ꝓuationem omnīū bonoz naturalium sed aliquādo vni⁹ boni aliquando alterius boni ꝓuationem suffert et tollerat ideo non potest concludi vniuersaliter q̄ omnis patiens ꝓfert deū omnibus bonis naturalibus immo sicut possibile est esse iustum in vno gradu et non in alio ita et patientem z repti sunt multi qui patienter tollerauerunt carceres et ꝓuationem bonoz fortune ꝓ christo sed cum deuentū est ad tollerantiam mortis a vera cōfessione resipuerūt.

cōtra tho.

Argumentum thome vbi supra.

Bonum argumentum

Thomas vbi supra.

B

Aliquis sine caritate potest diligere deum.

QUeritur consequenter vtrum patientia sit potissima virtutū? ¶ Arguitur q sic p illud Jacobi p̄mo. patientia opus pfectum habet. ¶ In oppositū arguit patientia non enumeratur inter quatuor virtutes principales quas enūerauit gregorius. xxij. moralū et Au. libro de moribus ecclesie. igitur. ¶ P̄mo questione notandū est q hic ego nō cōparo patientia ad virtutes theologicas fidem spem/ et caritatem sed tantū ad virtutes naturales cōtra morales q̄ non intendimus p nunc comparare habitus cognitiuos ad effectiuos quā cōparationē Ari. in tertio ethicorū vno verbo expediuisse videtur cū ait. Est autē difficile quandoq; iudicare quale p̄mo quali eligendū z quid p̄mo quo sustinēdū adhuc autē difficilius immorari cognitis. cōparāda est igitur patientia ad iusticiā z fortitudinē z temperātiā. ¶ P̄rima cōclusio nō ideo iusticia pfectior est pattientia q̄ constituit hominē in bono et patientia tm̄ impedit ea q̄ a bono retrahunt. ꝓbatur patientia nō impedit ea q̄ a bono retrahunt. sed etiā constituit animū in bono principaliter ꝑ se z p se. igitur. añs ꝓbatur q̄ equanimitas est excellens bonū mentis vt cōstat. sed patientia cōstituit hominē in equanimitate a qua p aduersa frequenter distrahit. ergo patientia constituit hominē in bono. Secūdo patientia cōstituit hominē in bono rationis. igit. añs ꝓbatur. quicquid inclinat hominē ad sequendū regulā rationis cōstituit hominē in bono rationis. sed patiētia inclinat hominē ad consequendū regulā rationis: ergo patiētia constituit hominē in bono rationis neq; est verum id in quo videtur oppinio Thome fundata scz q̄ virtutū quedā sunt q̄ constituunt hominē in bono vt iusticia. et p̄udentia. Alie vero impediūt ea que retrahunt a bono vt fortitudo et tēperantia. fortitudo eīm impedit tristicias periculoꝝ mortis tēperantia vero delectationes/ gustus/ et tactus. fortitudo eīm constituit animū in bono ꝓpter qō subimus pericula mortis: tēperantia vero constituit animū in recto vsu delectationū gustus et tactus neq; opus est pugnare contra delectationes hmōi nisi vt animus pugnādo et oblectando oblectationib⁹ in recto vsu delectationū constituātur. Et hec sit tertia ratio. ¶ Quarto non ois virtus constituens hominē in bonū est excellentior virtutibus impediētibus ab his q̄ retrahunt a bono. igr̄ maior ꝓbatur. nā sm̄ omnes fortitudo est excellentior affabilitate et eutrapelia et veritate q̄ constituunt hominē in bono cōmunicationis humane. si militer mānsuetudo est excellentior illis eisdē: et tm̄ sm̄ opinantē non cōstituit hominē in bono: sed tm̄ impedit iracundiā z insensibilitatē q̄ a bono retrahunt. Cōfirmatur nā impedire ea q̄ retrahūt a magnis et excellentibus bonis est multo pstantius q̄ constituere in paruis et exiguis bonis. ergo nō est vniuersaliter verū q̄ virtutes que cōstituunt in bono sunt excellentiores virtutibus impedientibus ab his q̄ retrahunt a bono. sed si hoc veritatē habere debeat hoc intelligi debet respectu vnius et eiusdē boni. ¶ Secunda cōclusio non ideo fortitudo est excellētior q̄ patiētia q̄ fortitudo impedit pericula mortis ne retrahant a bono. patiētia aūt non ꝓbatur. q̄ patientia vt dictū est etiam firmat animū cōtra pericula mortis cū incumbunt. añs ꝓbatur. q̄ pericula mortis inter aduersa numerāda sunt: sed patientia ipedit omnia aduersa ne abducant a bono. igitur. ꝑ. Patz etiā idem añs ex thoma articulo. iiij. questionis de patientia vbi expresse determinat q̄ patiētia est tā circa pericula mortis q̄ circa alia: et hoc supra allegauimus contra eundē vbi ꝓbauimus q̄ patientia nō est virtus adiuncta fortitudini. Quo supposito ptz q̄ hec propositio Thome plus a bono retrahūt ꝑicula mortis circa que est fortitudo q̄ aduersa circa que est patientia ex rigore logice infert cōtradictoria sicut ista homo melior est q̄ animal. Ista eīm exponitur per istas homo est bonus animal est bonum et nullū animal est tā bonū q̄ bonus est homo ex qua iterū sequitur q̄ nullus homo est tā bonus q̄ bonus est homo que cū ista homo est bonus implicat contradictoria ita etiā ex ista plus a bono retrahunt pericula mortis q̄ aduersa seq̄tur q̄ pericula mortis retrahunt a bono: et tm̄ nulla pericula mortis tantū retrahunt a bono q̄tum retrahāt pericula morti. ꝑima eīm pars est vna de exponentibus et secūda sillogistice concluditur accepta p maiore tertia exponente nulla aduersa tantū retrahūt a bono q̄tum ꝑicula mortis: sed oīa pericula mortis sunt aduersa/ ergo nulla pericula mortis tātū retrahunt a bono q̄tū pericula mortis. Sed quia iste vie rigorose argumētationis multis displicet quīnō sunt exercitati in dialetica ꝓpter quā impericiam multos incurrūt errores ideo transeamus Ne tamen cōtra Thomā sophistica importunitate vti videamur z veritatē plane explicemus. Est aduertendum q̄ hec ꝓpositio Thome plus retrahunt a bono pericula mortis circa q̄ est fortitudo: q̄ aduersa circa q̄ est patientia habet duplicē sensum sm̄ q̄ iste orationes circa q̄ est fortitudo z circa que est patiētia possunt teneri implicatiue z restrictiue et possunt teneri copulatiue et non restrictiue. Si teneātur restrictiue argumentatio facta nō procedit contra eā quia maior sillogismi non sequitur ex tertia exponente et tunc significat ꝓpositio. q̄ periculoꝝ mortis et etiā aduersoꝝ illa magis retrahunt a bono circa q̄ est fortitudo: q̄ illa circa que est patientia. Si aūt teneatur copulatiue z non restrictiue tunc significat q̄ fortitudo est circa pericula mortis z patientia circa aduersa et pericula mortis plus retrahunt a bono q̄ aduersa q̄ sm̄ veritatē contradictionē implicat manifestam supposito illo qō ex doctrina Thome ꝓbatū est scz q̄ pericula mortis sunt aduersa. Et si q̄ras in quo sensu posuit Thomas predictā propositionem. videt michi salua meliori opinione q̄ ꝓposito de rigore sermonis habet sm̄ sensum q̄ ad hoc q̄ sit partitio illa quā exprimit primus sensus opz q̄ terminus posit⁹ in prima parte repetat in secūda quod tamen nō fecit sed in prima parte posuit pericula mortis et in secūda aduersa: q̄ si dixisset hoc modo pericula circa que est fortitudo plus retrahūt a bono q̄ pericula circa q̄ est patientia indubitanter fuisset designatus primus sensus. Secūdo michi videt q̄ etiā in sensu secūdo Thomas dictam ꝓpositionē posuit q̄ ibi diuidit equiualenter et ptz intuenti hoc cōmune retrahēs a bono in periculo mortis et aduersa / pericula mortis tribuit fortitudini et aduersa patientie! que diuisio nō mā-

Cōtra thomā. 2.2.q. 136. arti. 2.

Propositō thome in rigore logices falsas.

Expositio dicti thō.

chi videtur rationabilis si pricula mortis inter aduersa numeranda sint qz nunq̄ species diuidit cō tra suū genus. Alias vnū membroz diuidentium esset cōtentū in alio et reciperet vniuersaliter z p se predicationē eiusz nō esset sibi formaliter oppositum. ¶ Aduertēdū est tū q̄ questiones iste de cōparatione virtutū sunt difficiles qz nulla virt9 est que non sub se cōtineat multos actus diuersarum specierū quoz alij sunt alijs perfectiozes. oportz ergo cōparare vel summū ad summū vel aggregatū ex omnibus habitibus facilitātibus in oēs actus eiusdē generis ad aggregatū ex habitibus facilitantibus ad oēs alterius virtutis. alias eīm concederetur patientia est patiētia pfectioz: et iusticia est iusticia pfectioz ita cōcederetur q̄ patiētia est fortitudine et fortitudo patientia perfectioz

cōparatio virtutū est difficilis.

¶ Sit igitur tertia cōclusio: accepto nomine patientie cōmuniter ad quatuoz modos z collectiue p aggregato omniū habituū qui sunt patiētia: patientia est omnibus aliis virtutib9 perfectioz. pbatur patientia hoc modo reperit̄ in omni genere virtutis ēm illā partē ēm quam sit exercitiū illius virtutis cū passione z tollerantia duroz: sed in omni virtute multo difficilioz est actus ille q̄ exercetur cū passione duroz retrahente q̄ ille q̄ exercef sine passione: aut cū passione delectabiliū retrahētiū vt declarabitur cū agetur de cōparatione patientie ad temperantiā. igitur. Secūdo excellētissimi gradus in vnaquaq̄ virtute sunt pseuerantie gradus et heroicus. sed patiētia cōmuniter accepta continet istos gradus et ipsa in omni genere virtutis reperitur. igit̄. ¶ Alia conclusio erit de patiētia primomodo dicta. ¶ Quarta conclusio patientia primo modo dicta est extensiue pfectioz q̄ fortitudo stricte accepta. pbatur. omnis fortitudo hoc modo accepto nomine est patietia primo modo/ cū omnis fortitudo sit passione duoz in administratione grauiū et arduoz negocioz scz bellicoz et tamen nō omnis patientia est fortitudo stricte accepta puta tollerātia duroz pertinentiū ad magnanimitatem put distincte accipit̄ a fortitudine igit̄ hoc modo patientia est perfectioz extēsiue q̄ fortitudo. ¶ Quinta cōclusio fortitudo nō ē pfectioz intēsiue q̄ patiētia hoc modo accepta. ptz qz omnē perfectionē q̄ continet fortitudo cōtinet patientia: cū fortitudo sit sub patientia sicut magis cōmune sub minus cōmuni. ¶ Sexta cōclusio fortitudo nō ē pfectioz intēsiue q̄ patiētia quarti generis licet patientia sit pfectioz extensiue. Añs pbatur quia aut illa pfectio attēderetur ex parte periculoz et trisiciarū: aut ex parte finis: aut ex parte spontaneitatis: non primum quia patientia quarti generis est eā bene circa pericula z tollerā tiam mortis sicut fortitudo. nec ēm quia p quocū q̄ fine honesto pōt quis fortiter ferre pericula pro eodē aut simili oīno pōt patiēter tollerare dānoz tristicias. nec tertiū qz ois spōtaneitas vl'nō spōneitas q̄ reperit̄ in fortitudine scz respectu totalle rātie periculoz z respectu equanimitatis pōt reperiri in patientia quarti generis et sicut fortiter deserendo actū fortitudinis potest reiicere a se pericula ita et multotiens in patientia quarti generis aduersitates ipe sunt desiderate sicut dauid p salute populi sollicitus orabat vt in se diuine vltionis gladius verteretur. ¶ Confirmatur fortitudo habet aliquid quod difficultatē et tristiciam lenit scz contrapugnationē z spem euadēdi pericula cō trapugnando viriliter sed hoc nō habet patientia quarti generis et illa q̄ leniunt tristiciā in patiētia quarti generis etiā possunt lenire tristiciā in actu fortitudinis igit̄. ¶ Secūda pars cōclusionis probatur. qz patientia quarti generis est multo extensioz q̄ fortitudo bellica. vtz eīm vllus est bonus z iustus q̄ se eximere posslt a patientia quarti generis a fortitudine aūt bellica q̄ plurimi. ¶ Septima conclusio fortitudo est intrinsece pfectioz q̄ patiētia tertij generis. pbatur ista conclusio p fortitudinem duo difficilia fiunt spontanea et volita p patientiā vero tertij generis tantū vnū eoz fit spontaneū et ad hoc illud cuius spontaneitas est facilioz. ergo fortitudo est intrinsece pfectioz q̄ patiētia. antecedens pbatur p fortitudinē pericula fiūt volita volitione propter hec: et etiā ipsa equanimitas in periculis ita q̄ vere fortis nec deficitur per desperationē nec erigitur p temeritatem sed in patientia tertij generis ipsa aduersitas nō fit volita nec simpliciter nec volitione ppter hec et fit tātū volita ipsa equanimitas cuius volitio est facilioz q̄ volitio ipsius aduersitatis. nā multo facili9 est equanimē esse inter aduersa accidentia q̄ velle huiusmodi aduersa. nā qui vult aduersa faciliter iter ea est equanimis. sed multi sunt equanimes inter aduersa qui aduersa nolūt. ¶ Octaua conclusio: patientia est pfectioz tēperantia. pbatur ēm Ari. difficilius est pugnare cōtra tristicias quā contra delectationes. sed patientia est pugnatiua contra tristicias/ tēperantia vero contra voluptates. igit̄ antecedens pbatur p prima parte. Si quis incūbat bono operi puta iusticie tunc ab illo pōt retrahi p voluptates et generaliter p ea que delectant puta p intemperātiā vel munera potest etiā retrahi per cōminationes et cruciatus corporis: et constat q̄ cruciatus et dāpna rerū multo vehemētius retrahūt ab hmōi bono opere q̄ blanditie vel alia que cōcupiscūtur a nobis. Ex quo contra thomā infertur q̄ delectationes tactus nō plus retrahūt a bono q̄ aduersa circa que est patientia Ego eīm vt in plurib9 credo cōtingere q̄ cū qs temptat̄ deserere bonū aliquod tā per aduersa q̄ per blandimenta multo vehemētius z violentius temptat̄ p aduersa q̄ per pspera. quod sic probat̄ nā omniū vulgatavoz ac sententia est q̄ quis pōt rationabiliter omittere bonū etiā magnū ad quod tenebat̄ etiam facere malū quod erat sibi prohibitū si assit timoz pbabilis cadens in constantē virū et tamen nullus diceret q̄ hec eadē pōt ppt̄ cōcupiscentiā vel ppter delectationē gustus z tactus nec etiam propter vtile ergo signū est q̄ temptatio et retractio a bono per aduersa est multo efficacioz z violentioz q̄ per pspera et delectabilia. Sunt tamen attendende varie hominū complexiones z diuersimodes ēm quos alij vnt passioni alij vero alteri facilius succūbunt. Et ideo quod dictū est ēm naturam ipsarū passionū intelligendū est que tū passiones in vno impediri possunt et in alio adiuuari.

Patientia est fortitudine intēsiue pfectioz

Fortitudo est patiētia intrinsece perfectioz.

Tho. 2. 2. questi. 136. E

Justicia ē impfectioz patientia.

¶ Nona cōclusio: patiētia est pfectioz iusticia probatur melius est esse patientem z carere iusticia q̄ esse iustū et carere patientia. ergo patiētia melioz est q̄ iusticia: cōsequentia tenet qz si iusticia est melioz q̄ patientia tunc carere iusticia erit deteri9 q̄

¶ Contra duodecimā conclusionē arguitur scdm ordinē caritatis magis tenetur nos diligere q̄ proximum. ergo in casu in quo dubitamus de proximo et nobis quis sit prestantior debem⁹ magis appreciari nos q̄ proximū. ¶ Secūdo nulla virtus inclinat ad falsum: sed possibile est q stāte tali dubitate et toto casu posito in conclusione primus ꝯz rei veritatem sit inferior nobis. ergo non semp in tali casu humilitas inclinat ad magis appreciādū proximū q̄ nos ipsos: et ptz cōsequentia ponat q in rei veritate primus sit nobis inferior: tunc sic q inclinationē humilitatis mee dico ego iste est melior vel pstantior me vel aliud signū facio idipsum significans vel in mente habeo conceptionē mentalem significant illū esse meliorem me. sed hec oīa sunt falsa. ergo humilitas inclinat ad falsum. Tertio omnis actus bonus moraliter est direct⁹ a prudentia et sibi conformis/ sed iste actus non est directus a prudentia sed potius ab erroze. ergo nō est bonus moraliter et p consequens non est actus humanitatis. ¶ Ad primā cōcedo ans z nego cōsequentiā quia cū maiori dilectione nostri stat maior appreciatio proximi vt cōstat immo ex maiore dilectione nostri potius contingit q nos minus appreciemur in casu dicte conclusionis. ¶ Ad secundam dico q virtus intellectualis qz est circa verū non inclinat ad falsum: sed virtus moralis est circa bonū et non circa verū ideo non icōueniens q inclinet interdū ad falsum: iusticia em̄ inclinat interdū ad ferendā sm falsuz qz inclinat ad ferendū eam sm allegata et pbata que aliquādo sunt falsa et similiter ipa inclinat ad interpretandū in melio facta proximoz que dubia sunt z tm̄ multotiēs cōtingit q illa interpretio est falsa. Et liberalitas inclinat interdu ad dādam elemosinā huic qz pauper et tamen cōtingit aliquādo q ille sm rei veritatem non sit pauper. et eodēmodo de humilitate dicimus. ¶ Sed ad ista forte dicet q licet ista sit falsa iste est melior: ista tamen est vera estimo istuz meliorem. hoc aūt secundū est actus humilitatis. ¶ Contra bene sequitur ego estimo eū meliorē: ergo in me est aliqua opinio qua ego opinor vel estimo eum meliorez: aut ergo illa opinio est vera vel falsa. si vera hoc est contra casum. si falsa habetur intentū: ille em̄ qui dicit credo xp̄m natū de virgine hz duos act⁹ vnū directū cadētē sup illud obiectū qd est xp̄m natū esse de virgie z aliū reflexū cadētē sup primū actū. z pōt esse scōs actus ver⁹ extenso verbo credendi primo non existente vero.

¶ Ad tertiā concedo maiorē et nego minorē dico em̄ q humilitas in casu predicto habet istum illogismū prudentialē cuius premisse sunt vere z similiter cōclusio omnis primus qui veri simili ter dubito esse meliorem me est a me plus appreciandus sed iste primus est talis ergo ipe est a me plus appreciandus. premisse em̄ huius sillogismi sunt vere et conclusio etiā est vera et actus sequens est conclusio sillogismi huius prudentialis cōformis. Et si dicatur ex veris nunq; potest sequi nisi verū. sed estimatio sequens que est actus humilitatis ē falsa. ergo conclusio illius sillogismi est falsa. respondetur q ex aliquo sequitur aliq; dupliciter. vno modo illatiue et sic concedo maiorē et nego q actus ille sequatur ex premissis illis vel ex cōclusione illatiue. alio modo cāliter et effectiue et sic ego nego maiorem z dico q dictamen verum potest eē causa effectiua partialis alicuius opinionis false quod contingit in casu de quo est questio.

dupl⁹ aliqd est occultū

Duplex virtus s. moralis et intellectualis.

Argumentum thome vbi supra.

Querit tertio. Utrū vera hominis appciatio ex oim bonoꝝ et maloꝝ cōsideratione sumēda sit. ¶ Arguit q sic oīe bonū est appciandum: ꝯ oīe hīs bonū aliqd ꝙ illud est magis appciandū. ꝛ sic oē malū est detestandū ꝯ oē hīs aliquod malum ꝙ illud est minus appciandū. ¶ In oppositum arguit ex his nō est sumenda hois appciatio q̄ sm verā humilitatē ꝓtēpnēda sunt sed bona multa sūt q̄ sm verā humilitatē ꝓtēpnēda sunt sicut sunt externa bona, ꝯ sm talia nō est sumēda hois appciatio. ¶ Pro q̄stione notandū est q sm Cassianū in hoc mundo tria sunt bonū/malū: ꝛ mediū sola virtus bonū ꝓcipale est qz sola virtus nos ad diuina ꝓducit ꝛ facit īmutabili bono iugiter inherere. ꝛ solum vitiū malū ꝓncipale est qz solum vitiū nos a deo separat ꝛ copulat diabolo. media aūt sunt q̄ in vtrāq; partē ꝓ affectu ꝛ arbitrio vtētis diriuari ꝛ applicari possunt sicut diuicie applicam⁹ ad bonū cū de eis facimus nobis thesauros in celo ꝛ cū eas cōmunicam⁹ indigētibus sm cōsiliū apost. applicātur autē ad malū cū vel recōdunt ad cupiditatem vel emittunt et ꝓfundunt ad luxuriā. sīl potestas honoꝝ robur sanitas pñt applicari ad bonum sicut applicauerunt multi in veteri testamento q̄ hītes talia bona deo fuerūt acceptissimi pñt etiā apppliari sicut fit ab his q̄ hec oia detorquent ad misterium sue iniquitatis sīl moꝝ ꝛ vita de medijs bonis sunt. nā de natiuitate Jo. dicit in natiuitate ei⁹ multi gaudebūt ꝛ de natiuitate iude bonū erat ei si natus nō fuisset hō ille. de morte sctoꝝ dicit ꝑciosa in ꝓspectu dñi moꝝ sanctoꝝ ei⁹. de morte vero peccatoꝝ habet illud moꝝ peccatoꝝ pessima deducit idē de infirmitate egestate ꝛ alijs ꝓsecutionis. Ex quib⁹ infert q sm virtutes solas sumus appciādi/ sm vita sola vituperandi/ sm vero alia nec appciandi sumus nec vituperandi sed sm vsum eoꝝ.

¶ Diuertendū est vlterius q quadrupliciter possumus appreciari nos vel aliquē. vnomō appreciatione simpliciter dicta qz scz est bonus ꝛ virtuosus scōmō qz vtilis. tertiomō qz iocūdus. quartomō qz in peruersitate excellēs ꝛ ista quarta est simpliciter mala alie due sunt appreciationes scōm quid oēs iste appreciationes variantur sm quantitatez ꝛ multitudinē reꝝ sm quas fit appreciatio due mediē cōiunguntur prime ita q̄ quis est vtilis ꝛ iocūd⁹ siue delectabilis vel sibi vel alteri modis tñ honestis ꝛ laudabilibus ꝛ tunc reddunt maioris estimationis ꝛ ꝑcij. aliqñ vero cōiunguntur quarte scz peruersitati vt cum quis affert sibi vel alteri vtilitatem ex dampno alterius aut leticiā ex cōuicio alterius sicut cōtingit in derisoribus ꝛ alijs qui contra veram eutrapeliā aut affabilitatē delectationē hominibus ꝓcurant ꝛ tunc reddūtur male ꝛ pnitiose.

¶ Tunc sit prima cōclusio. pōt aliquis ex inclinatiōe humilitatis appreciari se ꝛ alios appreciatione simpliciter dicta et perfecta ꝓbatur pōt aliquis vera humilis habere dona vere et simpliciter appreciabilia et vere humilis pōt cognoscere in se et in alijs esse talia bona vere: ergo pōt se et alios appreciari appreciatione simpliciter dicta. ¶ Secunda conclusio. In appreciatione sui vel alterius ꝓpter bona virtutū potest quis contra vera humilitatem ꝛ superhabundando ꝛ deficiendo aberrare q̄ superhabundando ꝓbatur qz potest quis existimare se habere aliqua vera bona que non habet. ¶ Secundo qz existimare se habere maiora q̄ habet. Tertio qz pōt se existimare habere a se q̄ a se non habet. Quarto qz pōt existimare se talia ex se posse conseruare que non pōt ex se cōseruare cuz talia bona potissime auxilio diuino ꝛ habeamus ꝛ cōferuemus. Quinto qz pōt talia appreciari nō ꝓpter deum sed ꝓpter vanitatē laudis glorie. Sexto iustificando se per hec et estimando se dignū de rigore iusticie premijs eius. Septimo putando se ꝙ hec dignum aliqua remuneratione tēporali que virtutibus suis non competit. Octauo contemnendo alios qui non tot bonis virtutū habundant. Nono preferendo se vel equando melioribus. Decimo preferendo se equalibus Undecimo preferendo se vel equādo hijs quos ꝓbabiliter dubitat esse maiores vel equales. Duodecimo contempnendo eos quos ꝓbabiliter dubitat esse dignos laude et premio/ deficiendo vero cum non estimamus bona nobis inesse que insunt vel non talia vel non tanta vel nō tam multa ꝓpter quam estimationē multa bona omittimus que si aliter de nobis sentiremus faceremus de alijs etiam vtroq; modo peccare possumus.

¶ Tertia conclusio vere humilis potest detestari ꝛ deijcere se et alios secūdū mala simpliciter siue mala culpe sunt vere et simpliciter detestabilia ergo vere humilis potest ꝛ se ꝛ omnem habētē hmōi mala detestari ꝛ deijcere. ¶ Quarta cōclusio in hmōi detestatione pōt quis contra veram humilitatem aberrare secundum superhabundantiam et defetū ꝙ secundum superhabundantiā patet qz pōt quid estimare se habere malum quod non habet vt cum quis estimat se vel simoniacum vel vsurariū aut sacrilegum qui in rei veritate nō est talis potest etiā quis estimare se vel maiorem mala vel plura habere q̄ habeat ꝛ nō solum hec de se imo etiam de alijs estimare potest. sed frequēter hec estimatio de estimante facit peccare contra veram humilitatē vbi de alijs facit peccare contra veram humilitatem. et in hac re videt mihi regula satis certa dari posse ꝙ hec estimatio de alijs habita non est contraria humilitati in omni casu in quo facta proximoꝝ sunt interpretanda in deteriorem partem tunc ista existimando per argumenta tam probabilia ꝙ vt in pluribus concludunt talia vel tam magna mala inesse ei cui insunt signa illa ex quibus sumuntur argumenta non peccaretur cōtra veram humilitatē. Ego autē pro nunc suppono tres casus ꝓxim⁹ cū certum est qualia vel quanta facta ꝓximoꝝ sunt. Secundus occurrendū est alicui incomodo. Tertius est cū ꝓcurandū est aliquod comodū vel impenanda aliqua administratio. in tali eīm casu ego potius cōmitam eam ei in quo nulla percipiunt exteriora signa vitioꝝ impedientium debitam gestionē illius administrationis q̄ ei qui habet multa talia signa q̄uis secundū veritatem ꝓmis sit turpior ꝛ magis infectus illis vitijs q̄ secundus. aberratur etiā sm defectum aut estimando in se nō esse mala q̄ insunt aut nō esse tanta q̄ta sunt/ aut non esse tā multa q̄ multa sunt/ aut non ex nobis inesse ex seductione aliorum que ex nobis insunt aut qz non detestamur eo fine quo detestari debemus vt si detestemur ea nō ꝓpter deum nec qz turpia sunt sz ex accusatione nostri laudem et gloriam aucupemur.

Tres casꝰ in q̄bus facta ꝓximorum nō sūt in meliorē partē interpretanda.

¶ Est tamen aduertendum q respectu virtutū p̄o
p̄riarum regulariter frequentius peccamus super-
habundando q̄ deficiendo in vitijs deficiēdo q̄ su
perhabundando respectu vero virtutum alienarū
ecōtra. neq; nego multos enumerauī modos alios
habundandi z deficiendi vt puta cum quis propter
mala que habet nō estimat se dignum pena aut nō
vult sed refugit subiere penam qua est dignus / aut
cum gloriam z laudē nō in ipsa detestatione malo-
rum nostrorū sed in rememoratione z recitatiōe co
rum querimus sm illud quid gloriaris in malicia
qui potens es in equitate. ¶ Quinta conclusio ve
re humilis pōt paria bona virtutū in his magnis
appreciari qui bonis nature z fortune z donis alijs
gratuitis dei magis superhabundat maxime quo
ad alios si non constet ei de malo vsu. probatur vbi
cunq; pares virtutes de potentia p̄xima p̄sit habe
re magis exercitū z nihil est quo verisimilitrr exi-
stimetur oppositum ibi pares virtutes sunt ratio
maioris appreciationis. sed virtutes in habundan
tibus supradictis bonis p̄sit de potentia p̄xima ha
bere maius z frequentius exercitium. cum hec bo-
na secundum Ari. sint instrumenta z virtutis z feli
citatis z non constat de opposito vt suppono igit.
¶ Sexta conclusio vera humilitas inclinat humi-
lem se habentem minorem virtutem cum bonis in-
differentibus necessarijs vel multū vtilibus ad ad
ministrationem aut dignitatem aliquam grauem
gerendam preferat etiam magis virtuoso huiusmo
bono carenti. probatur quia administratio huius-
modi melius geritur cum mediocri virtute z bonis
necessarijs vel multū vtilibus ad eam gerendā q̄
cū maiori virtute z carentia hmōi bonor. ¶ Septi
ma conclusio vera humilitas inclinat habentem vt
non se ꝓpter hmōi bona indifferentia sed tantū p̄
pter bonum sensum eor magis appreciet. p̄batur
bona talia sunt de se indifferētia nec habent ratio-
nem appetibilitatis nisi ꝓpter bonū vsum z hone-
stum ergo ipsa nō reddūt sm se hominē magis ap-
preciabilem / sed tm̄ ratione boni vsus Secundo q̄
secundū se contempnenda sunt tm̄ laudabilia sunt
z appreciabilia ꝓpter bonum vsum sed hmōi bona
seclusō bono vsu contēpnenda sunt ergo nō reddūt
secundū se hominē magis appreciabilē. ¶ Octaua
conclusio vera humilitas exigit vt homo min⁹ ap-
preciet se cum hmōi bonis z malo vsu eor q̄ sine
hmōi bonis. p̄batur malus vsus bonor est ma
gis malus q̄ bona illa sint bona q̄ hmōi bona nō
sunt bona moris / malus autē vsus eorū est malum
moris. ¶ Nona cōclusio. Contra verā humilitatē
est vt quis ꝓpter bona indifferentia cū minori vir-
tute se simpliciter z vniuersaliter appreciet magis
q̄ alium qui maiorē virtute habet z bona indif
rentia paucioza. Dico autem eum simpliciter z vni
uersaliter magis appreciari qui iudicat perfectior
z censetur esse in omni re honorabili cōsequenda p̄
ferendum p̄batur minimus gradus virtutis sine cō
paratione excellit totam multitudinē bonor indif-
ferentium ergo habens maiorē virtutē cū pauciori
bus bonis indifferentibus est alteri preferendus.
¶ Decima conclusio vera humilitas exigit vt p̄o
pter bona dubia que probabiliter quis dubitat eē
in se z primo ceteris paribus magis appreciet p̄
rimum q̄ se p̄batur q̄ bona que probabiliter du
bitat esse in primo magis debet estimare esse in eo
q̄ non esse. de se autem econtra eo q facta primo-
rum dubia in meliorem partem interpretanda sunt
nostra autem in deteriorem. ¶ Contra primam cō
clusionem. Arguitur sic vere humilis debet se deij-
cere et contempnere ergo non deset se appreciari.
¶ Secundo vere humilis debet se reputare maiorē
peccatorem de mundo ergo vere humilis non debet
se appreciari. ¶ Tertio vere humilis debet
minus estimare de se q̄ secundū veritatem sit: sed
non est maior ratio q minus estimet de se in vno q̄ (2)
in alio ergo in omnibus debet minus estimare de se
ergo nullo modo se appreciari debet. ¶ Ad primā
respondeo q pōt triplr intelligi q vere humilis de
bet se deijcere z cōtempnere. Uno modo per cōpa-
tionem ad estimationem hominū de se bene opinā-
tium et sic cōceditur hoc est minus debet estimare
de se q̄ homines boni z probi per exteriora quedā
signa de eo indicantes de eo existiment q̄uis enim
hmōi signa exteriora sunt fallacia per ea tm̄ boni z
probi viri de eo aliqua bona iudicāt q̄ ipse humilis
dubitat an sibi insunt aut scit q non sibi insunt q
facta aliorum semper in meliorē partem interpretā-
da sunt. Secundo modo pōt hoc intelligi per cōpa
rationē adveritatē z hoc dupliciter. Uno mō p cō
parationem adveritatem q̄ tm̄ incerta est z dubia z
sic iterum conceditur quia in nobis de dubijs in de
biliorem aut deteriorem partem iudicare debemus
Secundo modo per comparationem ad veritatez
certam z cognitam. z sic negatur imo ad oppositū
potius inclinat humilitas. Tertio modo potest i n-
telligi per comparationem ad cupiditatem z auidi
tatem proprie laudis et glorie que communiter in
hominibus insurgit et hoc modo conceditur quia
obtemperamus hmōi non solum attribueremus no
bis bona que dubitamus an insint sed etiam lau-
dem pateremus eorum que scimus non inesse et ex
bonis in existentibus attribueremus nobis laudez
et gloriam quam ipsa non ꝓmerentur sicut habun-
dantia diuiciarum non ꝓmeretur laudem docto-
ratus vel pontificatus et sic de alijs. ¶ Ad secun-
dā nego antecedens humilitas em̄ nominat ad (p)
errorem manifestum et hec est sententia Thome q̄
hoc consequēs tanq̄ inconueniens infert vt supra Tho. 2ª
allegatum est. ¶ Ad tertiam procedo in casu in quo 2ªe quæ
aliqua sibi secundum veritatem sunt q̄ ꝓbabiliter 161. art. 3
dubitatur an sint / et cum dicis q non est maior ra-
tio de vno ꝛc. negat qr de vno constat sibi q ineſt z
de alio non constat. ¶ Contra secundā ꝯclusionē
Arguitur ꝓbaudo q contra veram humilitatē ne
mo possit deficiendo aberrare in appreciatione sui
qr vel talis scit talia bona sibi inesse z tunc nō aber
rat deficiendo qr non estimat sibi ea non inesse vel
nescit: sz vel dubitat an insint vel putat ea nō ines-
se et tūc cum per superius dicta in tali casu debeat
minus estimare de se q̄ sit secundū veritatem sequi
tur q non aberrat deficiendo. ¶ Ad hanc rationē
respondeo q aliquis pōt deficere tripliciter. Uno-
modo per estimationē mentis nō estimando ea sibi
inesse in rei veritatem insunt qr non habeat ꝓbabi
lem ignorantiā: sed ꝓpter negligentiā in cognitio-
ne z consideratione sui ad quā vnusquisq; videtur
obligari. ¶ Secundomō per applicationem sui ad
opus qr q̄uis sciat se posse illud tm̄ aut ꝓpter fugā
labor z periculor aut ꝓpter timorē ingloriatiōis
recusat. ¶ Tertiomō deficit qr non satis cōfidit de

In quibus se appciat vere humilis.

(M)

Humilis multiplr se deijcere potest.

Quis multipliciter deficiendo humiliter aberrat.

diuino auxilio nec estimat sibi facienti quod in se est diuinum auxilium ad complementū rei adesse z hoc intelligendū est in eo qui ratione bonorum vel ingenitorum vel acquisitorum ad illud opus videt satis aptꝰ q̄uis tñ vbi illud opus esset oīmode necessitatis z nullus esset alius qui susciperet tūc q̄s magis posset de diuino p̄sidere auxilio z indeuisū ē frequenter q̄ deꝰ per simplices et ideotas acutissimos hereticos comicit. ¶ Tūc ad rationē dico q̄ si talis sciat bona illa sibi inesse pōt deficere nō sub eundo ea que hmōi bonis conueniunt. si vero nesciat ꝓpter ignorantiam z ipse est sibi causa ignorantie deficit z aberrat nō q̄ ita iudicat stāte ignorantia. sed q̄ stat ignorantia cuꝫ iudicare debet. si vero nesciat ꝓpter dubitationem eodē modo dicit si sit causa sibi dubitandi z p̄terea dico q̄ in aliquo casu ipse peccat q̄ minus estimat vel confidit de diuino auxilio q̄ debet. ¶ Contra quintā cōclusionem Arguitur sic aut cū diuersitate bonoꝝ nature fortune et industrie remanet adhuc paritas virtutum/ aut non. si nō ergo illevirtutes simul sunt pares z non sunt pares. si sic ergo non sunt magis appreciande q̄ prius. ¶ Ad hanc rationē respondeo q̄ ille virtutes remanent pares si non accedat nouus vsus earum z negatur ꝯia q̄ appreciatio nō tñ attendit ex virtutibus quas quis habet: se etiā ex maiori ꝓximitate ad vsum et q̄ pares virtutes in habundantibus supradictis bonis ceteris paribus sunt vsui ꝓmiores q̄ in carentibus eo q̄ huiusmodi bona sunt instrumenta bonaꝝ operationū ideo sunt magis appreciande. ¶ Contra sextā cōclusionem. Arguit sic pōt esse ꝓximitas ad vsuꝫ sine vsu: sed virtutes sunt magis appreciabiles ꝓpter ꝓximitatem ad vsum ergo aliquis magis appreciat se ꝓpter bona indifferentia et nō tñ ꝓpter vsum. ¶ Ad istam rationē negat ꝯia q̄ licz nō semper maior appreciatio fiat ꝓpter vsum qui inest aut infuit/ fit tñ semper ꝓpter vsum vel qui inest vel qui infuit vel qui ꝓximus pōt inesse. z hoc intēdit cōclusio denotat appciationē fieri nō ꝓpter bona indifferentia sed ꝓpter bonum vsum eorum.

¶ Contra decimam conclusionem arguitur vnusquisq̄ est sibi ipsi magis notus q̄ ꝓximus ergo de bonis de quibus dubitat magis potest certificarire spectu ꝓximi. ergo secundum talia bona debet plꝰ appreciari se q̄ ꝓximū. ¶ Ad hanc rationē cōcedo ais z primā ꝯiam cuꝫ ꝯite eius z nego sc̄dam q̄ licet possit facilius certificari respectu sui q̄ ꝓximi tamen q̄ diu stat dubitatio melius debet estimare de ꝓximo q̄ de se. et hoc ꝯclusit hec ratio q̄ enim est facilius sibi certificari de se q̄ de ꝓximo eo q̄ in se et interioza et exterioza cognoscit de ꝓximo autem exterioza tantum q̄ ergo est sibi facilius z nō est certificatus sed adhuc dubitat ideo minus estimare debet de se q̄ de ꝓximo. nam ibi maior inquisitio nō minuit dubitationem auget eam. ¶ Ad rationem ante oppositū negat ꝯia q̄ appreciatio rei et appreciatio habentis esse sunt diuersarum rationum ideo ex vna nō potest inferri alia.

Quarit: Vtrum humilitas magis cōstat circa appetitum q̄ circa iudicium rationis? ¶ Arguit q̄ non q̄ vt dictū est supra humilitas cōsistit instima tione z editione: sed ista magis pertinēt ad iudiciū q̄ ad appetitum igitur. ¶ In oppositum arguit per Au. dicentem in libro de patiētia q̄ humilis est qui magis eligit abiici in domo domini q̄ habitare in tabernaculis peccatorum: sz electio pertinet ad appetitum igitur. ¶ Ad hāc questionem respōdet beatus Thomas sub duabus ꝓpositionibus. vna est humilitas consistit circa actum cognitū tanq̄ circa regulam directiuā appetitus ꝓbat ad humilitatem ꝓprie pertinet vt aliquis reprimat seipsuꝫ ne feratur in ea q̄ sunt supra se. ad hoc autē necessarium est vt aliquis cognoscat id in quo deficit a ꝓportione eius quod suam virtutem excedit. et ideo cognitio ꝓprij defectus pertinet ad humilitatem sicut regula quedā directiua appetitus. Secunda est humilitas consistit essentialiter in ipso appetitu et hoc relinquit notū ex auctoritate Au. adducta post oppositū ipsa opinio non videt mihi satisfacere. et ideo est aduertendū q̄ aliqua virtus dicit esse circa aliquem actum quintupliciter. Vno mō tanq̄ circa actum directiuum. Secundo mō tanq̄ actuꝫ directum z elicitum. Tertio mō tanq̄ circa actū directum z imperatū. Quarto tanq̄ circa actum repressum z cohibitū. Quinto mō tanq̄ circa actum impeditū sicut liberalitas est circa dictamē prudētiale tanq̄ circa actū directiuū z circa volitionem liberalē tanq̄ circa actum elicitum z circa elargitionem actualem tanq̄ circa actum imperatum. Tuꝛ sit prima cōclusio. humilitas est circa actus intellectiuus tanq̄ circa actū directiuum ꝓbatur ois virtus moralis est circa actum prudentie tanq̄ circa actum directiuum: sed actus prudentie est actꝰ intellectus igitur. maior probatur per diffinitionez virtutis. Virtus est habitus electiuus immediate consistens determinata recta ratione ⁊c. hoc idem concludit ratio per beatum Thomā ad primam ꝓpositionē inducta. ¶ Secunda cōclusio humilitas est circa actum voluntatis tanq̄ circa actū elicitū ꝓbatus omnis virtus moralis est circa actū voluntatis tanq̄ circa actum elicitum: sed humilitas est virtus moralis secūdum omnis igitur. maior ꝓbatur q̄ oīs virtus moralis est elicitiua actus in potentia in qua est. ¶ Tertia cōclusio distinguēdo appetitum a voluntate humilitas est circa actum appetitus tanq̄ circa actū moderatū z repressum ꝓbatur q̄ humilitas reprimit actū appetitus quo quis appetit plus appreciari q̄ ēm rei veritatem sit appreciandus. ¶ Quarta cōclusio humilitas ē circa actum appetitus non tñ tanq̄ circa actum repressum sz etiam tanq̄ circa actum directum imperatum. ꝓbatur quia per humilitatem nō solum fit vt actus appetitus sensitiui quibus quis appetit haberi in precio reprimantur ne contra iudicium rationis impellant: sed etiam fit per eam vt actus conformes elicitis causentur in appetitu sensitiuo perfecte enim exercitatus in humilitate non solū vult sed etiā appetit appetitu sensitiuo nō plꝰ appreciari q̄ appreciandus sit alias nō esset perfecta obedientia virum inferioꝝ ad superiores/ ꝓstat eīm q̄ vere humilis vere iustus vere liberalis hñt in appetitu sensitiuo actus humilitatis iusticie et liberalitatis recte rationi conformes illi autem non sunt actus eliciti a iusticia liberalitate aut humilitate nec actus repressi quia numq̄ istis actibus appetitus contra rectam rationem insurre-

Thomas sc̄da sc̄de q̄stiõe. 161. articulo secundo.

Multiplr virtus versatur circa actum.

ik

ꝛit ergo sunt actus imperati. ¶ Quinta conclusio humilitas est circa actum intellectus tanꝯ circa actum imperatum. ꝓbatur estimare de se tm̃ vel tm̃ siue significare vel appꝛeciari sunt actus imperati ab humilitate: sed isti actus sunt actus intellectus et non voluntatis nec appetitus igitur.

Nota. ¶ Ut autē hec apertius declarent. Est aduertendum q̃ appꝛeciari vel significare se tm̃ vel tantuꝫ nō est actus directiuus humilitatis/ sed dictamen ꝓudentiale quo vere humilis dictat ego tm̃ me debeo significare ꝛ actus directiuus ad quod dictamen rectū habēdū exigitur cognitio bonoꝝ que in hoīe: ꝛ ex quib⁹ et quomodo ꝛ quāta accipiatur. ab eis significatio. similiter exigitur cognitio maloꝝ ꝓpter q̃ diminuiꝯ de dignitate vel ꝓtio hois. ad hoc autē dictamen rectificandū cōcurrūt oēs iste noticie ꝛ cū hoc mediate vel immediate cōcurrūt quedā generales volitiones et cōmunia desideria circa vet̃ actum humilitatis volitiones aūt oppo site rectitudinē hm̄oi dictaminū impedūt per hoc eīm q̃ quis vult multū significare se faciliter inducitur ad estimandū in se aliqua bona esse q̃ nō sunt et aliqua mala deesse sibi q̃ non desunt/ et ꝓpterea ad credendū q̃ ꝓpter aliqua bona sibi inexistentia multo magis sit appꝛeciādus q̃ sit ī veritatem ꝛ ita ad rectitudinē istoꝝ dictaminū ꝓcurrūt media te vel immediate hm̄oi cōmunes volitiones/ habitis aūt istis dictaminibus rectis habeꝫ magis ꝓpria ꝛ particularis volitio sue significationis/ qua habita habeꝫ actus significādi se tm̃ q̃tum recta ratio dictabit. ¶ Sexta cōclusio humilitas est circa actum exteriorē tanꝯ circa actū imperatū ꝓbatur voluntas eius q̃ vere humilis est non solum imperat appꝛeciationē siue significationē conformem recte rationi/ sed etiā imperat signa exteriora hm̄oi estimationē suam repꝛesentātia puta sedē sibi cōgruam sumptus et ꝓparationes cōuenientes: ſz hec oīa sunt act⁹ exteriores igit̄. Et confirmatur auctoritate Andronici dicētis q̃ humilitas est habitus nō superhabundās sumptibus ꝛ ꝓparationibus. Septima cōclusio. humilitas est circa actus tam voluntatis q̃ appetitus q̃ intellectus q̃ etiā exteriores tāq̃ circa actus ꝓhibitos. ꝓbatur quia habitus oppositi humilitati possunt habere actus tam in qua voluntate q̃ in appetitu sensitiuo q̃ in intellectu q̃ etiā exteriores humilitati oppositos: sed oēs tales act⁹ impedit humilitas igitur.

Andronicus.

¶ Contra ꝓmā ꝓclusionem. Arguitur sic actus directiuus humilitatis nec est effectus humilitatis nec materia eius/ ergo humilitas nō est circa talē actum. ¶ Ad hanc rationē negatur cōsequentia licet enim nō sit effectus eius nec materia est tm̃ regula ipsius et ideo est ipsa circa ipsum tanꝯ circa actum directiuū: sed ratio bene cōcludit q̃ non est circa ipsum tanꝯ circa actū directū. Aliter tamē dici potest negando antecedens ꝛ maxime secūdū illos qui dicunt q̃ dictamē ꝓudentiale est obiectū actus ꝛ habitus per se virtuosi/ secundū enim istos actus directiuus est materia hm̄oi habitus humilitatis. ¶ Contra secundā ꝛ sextam cōclusionē. Arguitur sic superbia maxime consistit in his que pertinent ad cognitionē ergo ꝛ humilitas que sibi opponitur. antecedens ꝓbatur per Gꝛegozium vicesimoquarto moꝛalium dicentē q̃ superbia cum exterius vsq̃ ad coꝛpus extenditur/ ꝓius per oculos iudicatur. Secundo per illud psal. domine non est exaltatū coꝛ meum neq̃ elati sunt oculi mei / ꝓstat autem q̃ oculi maxime deseruiunt cognitioni.

Olzam.

argumēta thome secūda scēde q̃stione ibi argumēto secundo.

¶ Ad hanc rationem conceditur antecedens ꝛ cōsequens/ sed tamen auctoꝛitas nō est ad ꝓpositū sed est ꝓo sexta conclusione q̃ tollerantia oculoꝝ est signum superbie ideo superbia consistit in actu oculoꝝ tanꝯ in signo superbie interioris. et similiter repꝛessio ꝛ demissio oculoꝝ est signum humilitatis. ideo etiam humilitas consistit circa actum oculoꝝ tanꝯ circa signum interioris humilitatis. Et eodemmodo respondetur ad secundum.

¶ Contra quartam conclusionē. Arguitur sic ad humilitatem non pertinet repꝛimere appetitum arduoꝝ igitur humilitas nō est circa actum appetitus tanꝯ circa actum repꝛessum. antecedens ꝓbatur nihil quod indisciplina cristiana continet est contrarium humilitati. cum secundū Augustinum libꝛo de virginitate humilitatis pene tota disciplina xp̃iana est: sed in disciplina xp̃iana admouemur appetere melioꝛa secundū illud pme ad cozin. xiij. Emulamini carismata melioꝛa igitur. ¶ Secūdo ad magnanimitatem pertinet superfluum motū appetitus circa magna refrenare ergo non ad humilitatem consequentia/ est nota ꝛ añs ꝓbatur q̃ ad eandē virtutem pertinet refrenare superfluū motū ꝛ firmare animū cōtra superfluam restrictionē sicut eadē foꝛtitudo refrenat audaciam ꝛ firmat animū contra timoꝛem. ¶ Ad ꝓmā respondeo q̃ ꝓtingit appetere ardua tripliciter. vnomō cōtingit appetere ardua id est arduoꝝ gestionē ꝛ operationem ꝛ tunc dico q̃ hoc magis est magnanimitatis q̃ humilitatis. sed dupliciter contingitur hocmō ardua vel q̃ supra nos sunt appetere. vnomō cōfidentia ꝓpria virium ꝛ tunc hoc est ꝓesumptionis nec id facere sacre nos scripture docent. aliomō confidētia auxilij diuini/ et hoc non est vitiosum ceteris debitis circunstantijs cōcurreutibus quod dico q̃ circunstantie possent esse tales q̃ confidere de diuino auxilio temeritatis esset ꝛ non humilitatis nec magnanimitatis Si autem circunstantie tales essent q̃ possent quis confidere de diuino auxilio hoc virtutis. esset quia vt habet Augu. libꝛo de patientia aliud est leuare se ad deum/ aliud est leuare se ꝓter deum qui ante illum se ꝓicit ab illo erigitur q̃ aduersus illum se erigit ab illo ꝓiicitur. Secundo modo cōtingit appetere ardua id est appetere estimari ꝓecij magni immo maioꝛis q̃ sit et hoc non est virtuosum nec consultum per apostolum. Tertio contingit appetere ardua id est desiderare crescere in perfectione et ꝓtio siue valoꝛe et hoc est laudabile et ab apostolo consultum illis verbis et hūc appetitum humilitas non repꝛimit sed ꝓmoꝛem qui est humilitati contrarius. ¶ Ad secundam respondet beatus Thomas q̃ ad foꝛtitudinem bene pertinet refrenare audaciam et firmare animum contra timoꝛem quia eadem est ratio vtriusq̃ ex hoc scilicet q̃ homo debet bonum rationis periculis moꝛtis ꝓferre et tamen eadem virtus non refrenat ꝓesumptionem spei et firmat animum contra desperationem: sed ꝓmam pertinet ad humilitatem et secundum ad magnanimitatem q̃ hoꝝ duoꝝ non est eadē ratio/ sed ratio firmādi animū contra desperationem est adeptio ꝓpꝛij boni ne scilicet desperando homo se indignum reddat bo-

argum. ēt thome vbi supra argmēto eod.

S

Multi ardua petunt

T Thom vbi sup.

no quod sibi cõpetebat/ sed in reprimando presumptionem spei ratio precipua sumitur ex reuerẽtia diuina ex qua contingit vt homo nõ plus sibi attribuat q̃ sibi competat sm gradum quẽ a deo fortitus est ¶ Hec solutio beati Thome ẽ multũ pulchra
Contra Thomam. z subtilis: sed tñ non videtur mihi vera/ qz autẽ intelligit de eadem ratione cõmuni aut de eadẽ ratione ꝓpria. si de eadem ratione communi tunc sicut est eadem ratio refrenandi audaciã z firmandi animum contra timorem ita etiã eadẽ est ratio refrenandi presumptionem z firmandi animũ cõtra desperationem que ratio est ratio est bonum rationis vel dignificare se q̃tũ dignũ est. hanc em̃ rationez destruit tam ille qui presumit contra humilitatẽ q̃ etiam ille qui desperat vt dicit cõtra magnanimitatem qz ille qui presumit dignificat se plus q̃ dignũ est vero qui desperat non dignificat se q̃tũ dignus est. si aũt intelligat de ratione vnicuiq; ꝓpria tũc cõstat q hic z ibi est alia z alia rationaliter nõ eẽt ꝓpria alicui sed cõmunis pluribus sicut ꝓpria ratio firmandi animũ cõtra timores est nollem deserere defensionẽ reip. vel fidei vel iustic.e ꝓpter periculã mortis. ¶Ratio autem ꝓpria refrenandi animũ cõtra audaciam nolle inconsulte z temerarie se periculis obijcere/ ita similiter circa humilitatẽ z ponuntur due rationes vna reprimens appetitum indebite. existimationis vel appreciationis est nõ pl9 existimari vel reputari. a se vel ab alijs q̃ dignum sit ratio firmans est q̃ cõtra desperationẽ est nõ minus existimari vel reputari a se vel ab alijs qui dignum sit. Secundo: contra opinionẽ non est verus q hec ratio assignata a Thoma scz q homo debet preferre bonum rationis periculis mortis sit vtriq; cõmunis quia licet firmet animum contra timores tamen nullomodo refrenat audaciaz immo magis excitat nunq̃ enim quis ab audendo retrahit per hoc q iudicat bonum rationis esse preferendũ periculum mortis. Tertio quia ratio quam assignat ad firmandum animũ contra desperationem est cõmunis z valet sine inducit ad refrenandũ presumptionem spei. nam iudicans q bonũ ꝓpriũ z debitũ est adipiscendũ inclinatur ad appetẽdũ ipm̃ z refugiẽ eodum illud quo est indignũ q si hec ratio non sufficit adde exclusionẽ z sufficiet solum bonũ ꝓpriũ est adipiscendũ. ¶Quarto alia ratio quam assignat ex reuerentia diuina est vterq; cõmunis. nam sicut ex reuerentia diuina fit q quis non plus sibi attribuat q̃ sibi competit secundũ gradũ quẽ est a deo fortitus ita ex eadem reuerentia fit. ne occultet contemnat z negligat bona que habet a deo z per cõsequens ex eadem fit vt homo attribuat ea quibus dignus secundũ gradũ quẽ ẽ adeo fortitus ego autem sum vsus terminis q̃bus beat9 Thomas vsus est vt in ꝓbando opinionem suam accõmodarẽ me suo modo loquẽdi magis enim ꝓprij termini essent si quis vsus fuisset terminis dignificationis est autem duplex dignificatio. vna per appreciationem z ista conuenit humilitati si recta sit z virtijs oppositis si contra rectam rationem alia est dignificatio
Duplex dignificatio. ad gestionem alicuius magne z multum honorabilis administrationis/ z ista pertinet secundo generi magnanimitatis z ita humilis dignificat se q̃tũ dignum est. superbus vero plus q̃ dignum est/ oppositus minus q̃ dignum est. ¶ Sed nunc respondẽdũ est ad rationem conceditur antecedens maxime intelligendo per magna / arduas administrationes ergo non zc. conceditur consequens in eodem sensu/ quamuis tamẽ nõ valeat ꝓña qz af a genere ad speciem antecedente existente affirmatio z consequente existenti negatiuo dictum est em̃ q humilitas est spẽs magnanimitatis. sed ponat q accipiatur magnanimitas ꝓ magnanimitate secundi generis. Tunc respondet dupliciter ꝓmo cõcedendo añs z ꝓñs in sensu supradicto qz repressio appetit9 ab arduis administrationibus non est actus humilitatis sed magnanimitatis secundi generis/ sed repressio appetitus ab excessiua dignificatione sui per estimationem z appreciationẽ est actus humilitatis. Aliter respondet negando consequentiam. ¶Ꝓpo q̃ est aduertendũ q sicut dictum est ꝓius z est frequenter considerandũ in morali philosophia aliquis habitus ad aliquẽ actũ inclinat dupliciter Uno modo immediate z tunc non inclinat nisi ad actus similes illis ex quibus genitus est qz hic loquimur de habitibus acquisitis z tunc habitus vnius virtutis non inclinat in actus alterius virtutis. Alio modo habitus inclinat in aliquẽ actũ non immediate sed mediante actu suo elicito z tũc dictus est supra q habitus vnius virtutis põt inclinare in actus aliarum virtutum. Tertio modo aliquis habitus inclinat in actum aliquẽ non immediate nec mediante actu suo elicito ꝓprio tm̃: sed etiam mediante actu quãto partialiter ab actu elicito. tunc dico q humilitas inclinat ad volitionẽ dignificationis proprie rectam z rationẽ conformẽ primo mõ inclinat secundo modo ad dignificationem sui respectu arduarum administrationuz inclinat tertio mõ ad refrenandum appetitum immoderatum huius dignificationis quia mediantibus duabus volitionibus prioribus et ita loquẽdo de inclinatione primodo dicta aut secundo modo negat ꝓña: habitus omnis moralis inclicat primo in actum proprium z mediante illo inclinat in actus appetitus sensitiui conformes z in repressionem diffor̃mium / habitus vero moralis quando mediante suo ꝓprio inclinat in actum alterius virtutis tunc inclinat in actũ appetitus sensitiui: mediantibus duobus actibus scz mediante actu ꝓprio z mediante actu voluntatis: qui est alteri9 virtutis/ puta humilitas inclinat immediate in nolle appreciãri se plus q̃ dignũ sit z mediante isto actu ad nolle gerere administrationes que supra se sunt et isti sunt duo actus voluntatis quorum vnus est immediate elicitus ab habitu humilitatis z secundus mediate scz mediante primo. Eadem humilitas mediãte primo actu inclinat ad non appetere appreciari plus q̃ dignũ sit/ mediantibus vero duobus primis inclinat ad non appetere gestionem administrationum que sunt supra se. Et si dicas q secundus actus voluntatis sufficienter inclinat ad istum quartum actum. ¶Respõdet q sic sufficienter inclinat q si ille actus secũdus volũtatis esset positus messe sine ꝓmo defecto inclinaret in illum actũ appetitus sensitiui. sed qz ꝓ casum nõ ponit ineſſe nisi mediante ꝓmo ideo habitus dicit inclinare in quartũ actũ mediantibus istis duob9 actibus qz ab habitu non põt tanq̃ a causa mediata procedere iste quartus actus nisi duo illi actus medij primi causarent/ z ita habit9 est causa primi actus z primus actus secũdi et secũdus istius quẽ quarto loco possumus qz nõ est necesse tertiũ me-

diare inter secundum z quartum. Aliter respō deo sed in idem redit q aliquis actus appetitus sensitiui de quo argumentū pcedit pertinet ad aliquē habitum dupliciter Vnomō mediante actu ppio illius habitus. Alio mō mediante actu alieno. Tūc dico q hmōi refrenatio partiū primo mō ad magnanimitatem/ sed secundo mō pertinere pōt ad humilitatem/ per actum autē ppium alicuius habitus ego intelligo actum illum qui immediate natus est elici ab habitu z eiusdē rōnis cum actibus ex quibus acquisitus est ille habit⁹: per actū alienū ego intelligo actum cuius elicito regularis z vt ita dicta vnigenea pertinet ad habitū specie differentē nec priori in operando subordinatum illa subordinatione qua operatio appetitus sensitiui subordinata est operationi voluntatis. ¶ Contra quintā conclusionē. Arguitur sic impossibile est eūdē actū esse directiuū z directum sed humilitas est circa actum intellectus tanq̄ circa actum directiuū ergo non est circa actum intellectus tanq̄ circa actum directum sed oīnis actus imperatus est directus: ergo nō est circa actū intellectus tanq̄ circa actū imperatū. Secūdo posito illo actu directiuo humilitatis in intellectu impossibile est q in eodē intellectu sit actus contrarius actui quē debet imperare humilitas: sed nec humilitas nec virtus aliqua pōt esse circa aliquē actū tanq̄ circa actū imperatum nisi circa illum qui potest poni z pōt non poni ergo humilitas non est circa actū intellectus tanq̄ circa actum imperatū. ¶ Prima pars antecedentis pbatur q actus directiuus humilitatis est dictamen quo quis dictat q se tm̄ dignificare debet: sed cum isto dictamine impossibile est esse actū eiusdē intellectus quo quis se plus vel min⁹ dignificet siue appreciet̄ q̄ debet q pbatur omnis dictās q se tm̄ debet dignificare vel appreciari z non plus neq̄ minus iudicat q ipse est tanti precii z non pluris vel minoris sed oīnis plus se dignificās vel appreciās per actū intellectus iudicat q est pluris precij/ sed ista iudicia sunt cōtraria sum pluris p̄cij et nō sum pluris p̄cij igit̄. Tertio si sic sequerē q aliqua operatio intellect⁹ esset praxis q hmōi operatio intellectus ad dictamen intellectus haberet respectū posteriozitatis z cōformitatis. Ad primā negat maior vl̄r intellecta nā dictamen quo ego dico q esse dictamen mentis est cōseruandū per horā est simul actus directiuus z directus q⁹ virtute illius dictaminis z cōformitate voluntatis ad ipsum ego cōtinuo illud idem dictamen per horā/ sed q⁹ in hac maiore non cōsistit difficultas argumēti. Ideo aliter dico negando primā p̄iam q⁹ humilitas lz sit circa actū intellectus tanq̄ circa actū directiuū z circa actū intellectus tanq̄ circa actum directū nō est tm̄ idē actus intellectus circa quē est tanq̄ circa actū directiuum z actus circa quē est tanq̄ circa directū sed actus directiuus est dictū de estimatione vel appciatiōe sui. Actus vero directus est estimatio vel appreciatio sui. ¶ Ad secundā nego primā partem antecedentis dico em̄ q cū dictamine de tanta appreciatione sui stat estimatio maioz vel minoz. Ad pbationē nego secundā partē assumpti z ad pbationem nego maiorem sc̄z q⁹ omnis dictans q debet se tantum appreciari et non plus vel minus iudicet q est tanti preci et non pluris neq̄ minoris q⁹ sicut supra dictum est licet in rei veritate aliquis sit alicuius magni precij quia tamen dubitat debet dictare se esse minoris precij quia ergo dictamen appreciationis sui directiuum humilitatis semper debet esse ex certis. Judicium autem hominis aliquando colligit̄ tā ex certis q̄ ex dubijs ideo cuz dictamine quo quis dictat se debere tātum a seipso appreciari et non plus neq̄ minus stat iudicium quo quis iudicat se esse maioris precij se illud iudicium nō est iudicium humilitatis sed potius iudicium superbie. iudicium vero humilitatis id est imperatum ab humilitate est illud iudicium quod est dictamini illi cōforme quo scilicet quis tantum appreciatur et non plus neq̄ minus. Ad primum autem iudicium inclinat appetitus excellentie etiam contra dictamē rationis et ideo aliquando posito dictamine rationis per impressionem appetitus excellentie ponit illud iudicium ad cuius contrarium inclinat humilitas. ¶ Ad tertium concedo consequens nec oppositum videtur habere quācunq̄ apparentiā veritatis sed potius mutitur significationi terminoum non quā instituerunt veteres auctores sed quam ad defensionem sententie sue confingunt. ¶ Rationes ad q̄stionem soluteisunt ex conclusionibus.

Actus h lectus d practic

Quis actus ppriis

Idē actus directiuus z directus.

Actus dictus quid.

Queritur. Utrū humilitas sit potissima virtutum. ¶ Arguitur q sic humilitas est maxime causa exaltatiōis homis ergo humilitas est potissima virtutū. Pīa tenet q⁹ virtus est causa exaltationis hois ergo quod est maxima virtus est causa maxime exaltationis. ¶ In oppositum arguit̄ q illud colł. 3. Super oia caritatē habete. ¶ Ad hāc questionē beatus Thomas respondet sub aliqbus ppositionibus Prima est virt⁹ theologice sunt potiozes humilitate. pbat virtutes theologice habēt vltimū finē p obiecto ergo sunt oīm potissime. Pīa est certum z cōsequentiā pbat q⁹ bonū humane virtutis in ordine rationis consistit q̄ quidē principaliter attenditur respectu finis. ¶ Secunda ppositio iusticia est perfectioz humilitate. pbatur qō facit i appetitu perfectiozem pticipationē ordinationis eoz q̄ sunt ad finē est virtus pfectioz/ sed iusticia et p̄sertim legalis facit in appetitu perfectiozē participationem ordinationis eoz q̄ sunt ad finē q̄ humilitas. maiozē huius rōnis pbat q⁹ bonū virtutis secundario attendit̄ prout fim rationē finis ordinātur ea que sunt ad finē q̄ ordinatio essentialiter cōsistit in ipsa ratione participatiua in appetitu q ratione ordinato. Sed hmōi ordinationem iusticia vniuersaliter facit p̄sertim legalis humilitas autē facit hominē esse bene subiectuz hmōi ordinationi. ¶ Tertia ppositio virtutes intellectuales sunt potiozes humilitate. pbat q⁹ bonū rōnis cōsistit essentialiter in rōne participatiua humilitas autem tm̄ in appetits per rationē ordinato. ¶ Quarta ppositio humilitas est potioz omnibus virtutibus aliis a theologicis z intellectualibus z iusticia. pbat q⁹ humilitas facit hominem bene esse subiectum ordinationi rationis vniuersaliter q̄tum ad omnia sed alie virtutes a predictis faciūt ipsum esse bene subiectum q̄tum ad aliquā specialē materiā tm̄. Ista opinio nō videt̄ mihi in omni parte cotinere veritatem. Ratio em̄ adducta ad pbādū q⁹ iusticia est pfectioz humilitate videt̄ mihi multiplicit̄ deficere. Primo i hoc q dicit p iusticia ordinationē facit eo

Tho. q̄stio. arti. 5. A

rum que sunt ad finem vniuersaliter. ¶Primo quia etiã iusticia facit ordinationẽ rationis q̃ est circa finem. ptz sunt alique leges institute de ipo finevt q̃ deus est colendus summo cultu/ q̃ de⁹ est summe diligendus a creatura rationali/ sed iusticia z pcipue legalis facit appetitũ esse participẽ huius ordinationis ergo non tñ iusticia facit in appetitu ordinationẽ rationis qua secundum rationem finis ordinantur ea que sunt ad finem minor probatur. quia iusticia legalis facit vniuersaliter ordinationem cuiuscũq; legis cui habens eam est subiectus participari ab appetitu. quod ꝓbatur quia bene sequitur iste non est ordinatus fm ordinationem huius legis qua nunc tenetur esse ordinatus ergo est iniustus. Secũdo humilitas facit hominẽ esse subiectum cuicũq; legi diuine vel humane siue sit de fine siue de his que sunt ad finẽ. ergo si iusticia non faciat appetitum esse participem omnium hmõi ordinationũ humilitas faciet vniuersaliorẽ ordinationẽ rationis q̃ iusticia quod nõ concederet opinans. Tertio iusticia facit hominẽ habentẽ eam vniuersaliter esse subiectũ ordinationi :sicut hũilitas. ergo respectu illius ordinationis non habent iusticia et humilitas differentiã quã assignat Antecedens ꝓbatur q; vel iustũ est hominem esse subiectum ordinationi illi aut nõ potest dici q̃ nõ quia iustũ est hominẽ esse subiectũ omni legi obliganti eũ. si sic ergo cũ omne iustũ sit a iusticia sequitur q̃ iusticia facit hominẽ esse subiectũ huiusmodi ordinationi ¶Quarto iusticia nõ inclinat ad opera legis nisi q; tenemur ad ipsa et sumus legi subiecti. ergo iusticia non aliter facit appetitũ participem huius ordinationis rationis q̃ humilitas. ¶Quinto humilitas facit appetitũ participẽ multarum ordinationũ rationis quarũ non facit eũ participem iusticia z per'opinantẽ humilitas facit eũ participẽ oim quarũ facit eum participẽ iusticia. ergo humilitas vniuersalius facit appetitũ participem ordinationũ rationis q̃ iusticia. Secunda pars antecedẽtis est nota et prima ꝓbatur q; humilitas facit hominẽ esse subiectũ ordinationibus rationis tã hũs que sunt legis et p̃cepti tã hiis q̃ sunt consilii. constat eñ q̃ tribuere se totaliter in obedientiã alterius et voluntatem suã submittere alterius voluntati. Similiter abdicare omniũ bonoz temporaliũ dominiũ ex humilitate prouenit; non ex iusticia cũ ad hoc non teneamur. Sexto iusticia et humilitas facit̃ appetitũ participẽ ordinationũ rationis/ aut ergo eodẽmodo aut diuersimode. Si diuersimode detur varietas modoz/ et quecũq; dabitur illa faciliter refutabitur Si eodẽ modo in hoc iusticia non est humilitate potior. Dico secundo q̃ ratio inducta ad probandũ virtutes intellectuales esse potiores humilitate nulla est. Supponit eñ vnum falsum scz q̃ omne in quo est essentialiter ordinatio rationis est potius q̃ illud in quo est tantũ participatiue. q̃ aut hoc sit falsuz probatur stat aliquid habere ordinationẽ rationis essentialiter z esse malũ culpabiliter. ergo nõ oñe quod habet ordinationẽ rationis essentialiter est potius eo quod habet ipsam tantũ participatiue. ¶Prima pars antecedentis ꝓbatur stat dictamen rectũ rationis fieri propter vanã gloriam aut habere aliquã aliã malã circũstantiã propter quam reddatur malũ moraliter/ hmõi aut dictamen est quod habet ordinationẽ rationis essentialiter. Secunda pars probatur. ois actus conformis dictamini prudentiali est bonus moraliter z nullus culpabilis sed omne habens ordinationẽ rationis participatiue illo modo habendi quo habent iusticia et humilitas est actus cõformis dictamini prudentiali ergo nonstat aliquẽ talem actum habere ordinationẽ rationis participatiue et esse culpabilem. Secundo illud in quo est essentialiter ordinatio rationis non est bonũ moraliter nisi sit imperatum ab aliquo q̃ habet ordinationẽ rationis participatiue q; in actibus intellectus nõ est bonitas moralis nisi ratiõe bonitatis moralis alicui⁹ act⁹ voluntatis/ ergo non est verũ q̃ illud q̃ habet ordinationẽ rationis essentialiter est potius z meli⁹ eo quod habet eã participatiue Tertiovelle bene agere est melius q̃ scire vel dictare quomodo bene agendũ est sed in ipso velle non est ordinatio rationis nisi participatiue. in ipso vero actu sciendi vel dictandi est ordinatio rationis essentialiter. igitur Antecedens probatur velle bene agere et nescire quomodo bene agendũ est et melius q̃ scire quomodo bene agendũ est et non velle bene agere. ergo velle bene agere est meli⁹ q̃ scire quomodo bñ agendũ est. ista cõsequentia tenet per regulã Ari. de eligibilitate et fuga in libro eleuthoz positam. ¶Quarto actus q̃ habet ordinationẽ rationis essẽtialiter est gratia illius qui habet eã participatiue. ergo secũduse est potior primo. Antecedẽs probatur. q; iudiciũ practicuz est gratia praxis z sciẽtia practica est gratia operis directi et hoc habz. Aristo. vi. ethicoz tractatu vltimo electionẽ quidem. igitur rectam facit virtus/ quecũq; aũt gratia illius nata sunt fieri non sunt virtutis sed alterius potentie z statim post loquens de illis q̃ nata sunt fieri gratia virtutis agit de demotica et prudentia. propter hec motiua non michi videntur rationes beati Thome concludere quod intendit, z ideo aliter ad questionẽ respondendum est. ¶Responsio auctoris. ℒ

¶Pro quo sit prima cõclusio. ¶Humilitas est virtus potior virtutibus intellectualibus. ¶Probatur omnis virtus qua immediate bene beateq; viuitur est virtutibus intellectualibus potior. sed humilitate imediate bene beateq; viuit̃. igitur. maior pt; q; cũ omnibus virtutibus intellectualibus. z actibus eoz stat nec bene nec beate viuere. ¶Secunda conclusio. humilitas est potior iusticia. ¶Probatur primo de iusticia legali ratione supapposita cõtra tho. q; humilitas seq̃tur et facit vniuersaliorẽ ordinationẽ rationis q̃ iusticia legalis sicut deductum est Secũdo probat̃ de iusticia particulari q; magis et difficilius est vincere cupiditatem glorie et exultationis q̃ opum et diuitiarũ sed p̃ humilitatem superamus cupiditatẽ glorie et exultatiõis per iusticiam cupiditatẽ opũ. vt patet per vniuersos modos iusticie cõmutatiue. igitur. maior ꝓbatur. q; glorie et laudis appetitus est nobis magis ingenitus q̃ opũ. ¶Omnes eñ vt aut Licero studio laudis ducimur. Et primo de officijs promptiores esse debemus ad nostra pericula q̃ ad communia. dimicare q; paratius de honore z gloria, q̃ de ceteris commodis. et seq̃tur inuenti etiaz multi sunt q̃ non modo pecuniã sed etiã vitam ꝓfundere ꝓ patria parati essent vdem glorie iacturã ne minimã quidẽ facere vellent nec rep. quidẽ postulante/ fa- Licero.

cilime aũt ad res iniustas impellitur vt aio quisq; est elt. ff. mo et glo. ie cupiditate qui locus est sane lubricus q; vix inuenitur q̃ laboribus susceptis: periculis q; additis non quasi mercedem rerũ gestarum desideret gloriã. Et si dicas q; iusticia particularis est etiã circa honores puta iusticia distributiua z humilitas est etiã circa diuitias inq̃tum scz homo per eas redditur ampliorꝭ precii

¶ Arguitur sic et sit secũda ratio ad conclusionẽ quecũq; virtutes ad eosdẽ actus bonos impellunt et eosdẽ malos reprimũt illa q̃ excellentiori modo impellit ad bonos et distrahit a malis est excellẽtior sed humilitas multo excellentius hec facit q̃ iusticia. igitur. minor probatur: q; humilitas hoc liberius facit q̃ iusticia/ q; in iusticia est aliq̃ retrahensab iniuria scz ille cui aliter faciendo pateret iniuriã. Tum secũdo q; humilis in dubiis cõtra se censet et p alio qd̃ non facit semp iusticia immo in dubiis recurrere potest ad iudicẽ. Tertio si omnes essent vere humiles non esset opus iusticie particulari nec cõmutatiua nec distributiua sed si omnes essent iusti adhuc opus esset humilitate. ergo hũilitas potior est iusticia particulari Antecedẽs p̃batur prio prima parte si oẽs essent vere hũiles essꝫ in oĩbus contẽptus rerũ prosperarũ rationi pforꝭmis/ sed si in omnibus esset talis contemptus non esset inordinata cupiditas earũ/ si non esset inordinata cupiditas non esset opus iusticia. ergo si oẽs essent vere humiles non esset opus iusticia. Secũda p̃batur q; stat aliquẽ habere nolle alienũ z tñ ita cupere et appetere bona temporalia vt p eis cõsequendis magis se defastiget: q̃ prio cõsequendis bonis spiritualibus et hoc ꝑpter defectũ vere humilitatis q; credit talia bona esse maioris ꝓciꝭ et excellentie q̃ sint ẽm veritatẽ. Quarto hũilitas cũ iniusticia ẽ melior q̃ iusticia cũ superbia. ergo humilitas est melior q̃ iusticia. cõsequentia ista videtur tenere ex doctrina Aristo. libro eleuthoꝝ de eligibilitate et fuga. Et aĩs p̃batur. Tũ primo q; publicanus qui iniusticiã habuit cũ humilitate iustificatus est ℣ Phariseus aũt qui iusticiã habuit cũ superbia reprobatus. Tũ secundo ꝑbatur per Criso. ibidẽ dicentẽ q; si mixta delictis humilitas tã facile currit vt iusticiã superbie coniunctã trãseat si iusticie coniunxeris eam qñ ibit: assistet ibi tribunali diuino in medio angeloꝝ. ¶ Ad hãc rationẽ respondet beatus Thomas q; Crisostomus non p̃fert humilitatẽ iusticie cui superbia coniuncta est q; iam desinit esse virtus sicut econtrario peccatum p humilitatẽ remittitur. Sed hec solutio iudicio meo non satisfacit. nã non videt verisimile q; vera iusticia per aduentũ superbie desinat esse iusticia sed beneverũ q; si actus aliquis obediendi legi habeat inanẽ gloriã ꝑ circunstantia ille actus nec est nec vnq̃ fuit iusticia loquendo de actu iusticie qui p se est iusticia. Quod ꝑbatur pono q; aliquis habuerit multos veros actus iusticia quib⁹ obediuit legi et nunc addat circũstantiã superbie vel extollat se ꝑpter illos act⁹. Arguo sic aut nũc ita est q; illi actus fuerunt cõformes recte rationi aut difformes. Si cõformes semp fuerunt act⁹ iusticie. Si difformes nunq̃ fuerunt actus iusticie. Tũ secundo q; hec solutio non videt cõformis intentioni Criso. qui in hoc intendit magis ꝑ contis humilitatẽ efferre que est magna laus humilitati si excellat iusticiã apparentẽ que potius est iniusticia q̃ vera iusticia. Tũ etiam q; ex hoc q; hũilitas coniuncta peccato excedit z transit iusticiã cõcludit q; humilitas si fuerit cõiuncta iustitie ipa assistet tribunali diuino in medio angeloꝝ vbi ascensum illũ ad tribunal diuinum magis videtur attribuere humilitati q̃ iusticie. Tertio q; ẽm Crisost. humilitas ibi non ptransit iusticiã ꝓpter fragilitatem iusticie sed ꝑpter molem z tumorẽ superbie ergo Criso. non intendit ibi loqui de iusticia q̃ ꝓpter superbiã coniunctã desinit esse iusticia. Antecedens p̃batur q; Crisosto. ibidẽ gemmas binas michi accõmodes. Alterã quidã iusticie et supbie Alterã vero peccati et humilitatis z videbis peccatum quertens iusticiã non ꝑprius sed humilitatis vincere viribus. Aliud vero par videbis deuictum non fragilitate iusticie sed mole z tumore superbie. Tũ quarto humilitatis vincit superbiam/ supbia vincit iusticiã. ergo humilitas vincit iusticiam et p consequens est potior. cõsequentia nota est. et partes antecedẽtis ex auctoritate allegata patent. Ideo aliter respondetur ad rationẽ negãdo consequentiã et ad p̃bationẽ respondetur q; regula Ari. tenet in oppositis contradictoriez nõ in oppositis cõtrarie. Hec solutio supra posita est sed tamen potius est fuga q̃ solutio q; si assumenꝫ contradictoria p contrarius curret argumentum humilitas eñ cũ carentia iusticie est melior q̃ iusticia cũ carentia humilitatis. ergo humilitas est melior q̃ iusticia. cõsequentia est nota et aĩs prio vtraq; parte p̃batur per ea q̃ dicta sunt in tertia ratione ad conclusionẽ. ¶ Tertia cõclusio. humilitas est virtus potior aliis virtutibus moralib⁹ patientia. p̃batur hoc ex multis auctoritatibus Ciceronis q̃ supertius cũ de patiẽtia agebatur inducte sunt in quibus Cicero laudat rerũ prosperarũ contemptũ quẽ maxime facit humilitas. Secũdo illa virtus q̃ vniuersalius z pfectius facit nos esse participes ordinationis rationis est virtus perfectior sed humilitas est hmõi vt patuit conclusione secũda. Tertio iusticia est pfectior aliis virtutib⁹ moralibus sed humilitas est pfectior iusticia. igit q; si quis diceret vel tẽperantiã vel aliquã aliã virtutem esse pfectiorem hũilitate possunt faciliter induci rationes q̃ secunda cõclusione de iusticia inducte sunt. ¶ Quarto p̃batur per Augu. libro de verbis dñi dicentẽ: cogitat magnã fabricã cõstruere celsitudinis de fundamento prius cogita humilitatis. Ex qua auctoritate sic arguiꝫ humilitas est fundamentũ ceterarũ virtutũ ergo est ceteris potior. Ad hanc respõdet beatus Thomas q; illõ dicitur fundamentũ virtutũ quod est primũ in acquisitione virtutũ. Aliquid autẽ dicit esse primũ dupliciter. Vno modo per modũ remouentis prohibens et sic humilitas primũ locũ tenet inq̃tum excellit superbiã cui deus resistit/ ẽm illud de⁹ superbis resistit/ humilibus aũt dat gratiã. Aliomodo aliquid dicitur primũ directe p quod scz ipz ad deum attingitur et sic fides primũ locũ tenet ẽm illud apostoli ad heb. xi. accedentẽ ad deũ oportz credere hec solutio nõ euacuat rationẽ. primo q; conclusio non cõparat humilitatẽ nisi ad alias virtutes morales. fides aũt non est virtus moralis et ideo bene dicit apostolus Accedentẽ ad deũ quod intelligendum est de accessu p actum meritorium.

Argu. tho.

cõtra tho.

Humilitas iusticia potior.

Solutio doctoris.

humilitas potior.

¶ Secundo arguitur principaliter cõtra opinionem in hoc quod dicit q humilitas non est fundamentũ virtutũ nisi qz remouet ꝓhibens. ꝓ quo supponit q humilitas medi at inter viciũ suphabũtie et viciũ in defectu. Tũc arguit sic quociẽscũqꝫ aliquibus duobus cõuenit yna ratio fundamenti ꝛ ꝓpter illam rõem vnũ eoꝝ nõ est fũdamentũ nec aliud. sed remouere ꝓhibens acquisitionẽ virtutũ scz superbiam conuenit ita bene vicio opposito humilitati secundũ defectum sicut humilitati qz illũ viciũ contrariatur superbie ꝛ ꝓpter illam rationẽ vicium illud non dicitur fundamentum virtutum. ergo nec ꝓpter illã rationẽ humilitas dicitur virtutum fundamentũ. ¶ Tertio illud quod inclinat in actus omnũ virtutũ est positiue et directe fundamentũ virtutũ et non tantũ qz remouet prohibens sed humilitas inclinat mediante actu suo elicito in actus omnium virtutum. igitur. maior est certa et minor ꝓbatur qz contemptus rerũ prospe rarum et sui inclinat ad iniusticiã: in mansuetudinem: in liberalitatẽ. ꝛ sic de omnibus alijs. nam q̃ trascitur: ꝓpter parupensionẽ trascitur immediate: qz nimis appꝛeciatur rem in qua parupẽsus est et q̃ non elargitur cui oportet et qñ oportet: ideo non elargitur qz nimis appꝛeciatur pecuniã/ hoc supposita rectitudine rationis. Quinto ꝓbatur cõclusio: illa virtus cui magis debetur ꝓmium est omniũ maior. sed humilitati maius debetur ꝓmiũ qz qui se exultat humiliabitur. vt dicitur Luc. xiii. ¶ Ad hanc rationẽ respõdet beatus Thomas q humilitati ꝓmittitur exaltatio non qz ipsa sola eã mereatur. sed qz eius est ꝓpriũ contẽpnere sublimitatẽ terrenã. Ex hac solutione videꝫ manifeste concludi intentũ nã illa virtus que sibi appꝛopriat maximũ premiũ est maxima virtus: sed humilitas appꝛopriat sibi maximũ premiũ, scz exaltationem igitur. Secundo virtuti cui cõuenit excellẽtissimꝰ actus illa est maxima virtus: sed inter omnes virtutes morales humilitati conuenit excellẽtissimꝰ actus. igitur. minor patet qz vt dicit ꝛ bene humilitati conuenit contẽpnere sublimitatẽ terrenã qui contemptus videtur actus excellentissimus inter actus virtutũ moraliũ. Sexto virtus illa qua xps maxime nobis imitandã ꝓposuit est maxime inter virtutes morales: sed xps maxime nobis ꝓposuit humilitatẽ imitandã. igitur. minor ꝓbatur ꝙ Augustinus de vera religione dicentem q tota vita xpi in terris per hominẽ quã suscipere dignatus est disciplina morum fuit precipue humilitatẽ suã imitandam ꝓposuit dicẽs Mathei. xi. Discite a me quia mitis sum et humilis corde. Secundo ꝓbatur per illud Gregorii in pastorali argumentũ redemptiõis nostre inuenta est humilitas dei. ¶ Ad hanc rationem beatus Thomas q xps humilitatẽ suã maxime imitandam ꝓposuit non qz ipsa immediate faciat liberũ accessum ad spiritualia et diuina bona sed qz remouet impedimentũ hmõi accessus. s. exteriorem celsitudinẽ cuius ipsa est contẽptiua/ ꝛ ita ipsa non est nisi sicut dispositio ad pfectionem vere excellentie. Sed ista solutio refutaꝫ sicut precedentes/ argumentũ eĩm concludit q saltem hũilitas est pfectior aliis virtutibus moralibus. Tũ etiam qz contẽptus celsitudinis terrene est actus maxime excellens inter actus virtutũ moraliũ de quibus loq̃tur conclusio. ¶ Sed contra p̃dicta arguitur. Et primo contra illud quod dictũ est q ratio concludens virtutes intellectuales esse potiores humilitate non est sufficiens. Arguitur primo omnis virtus tanto est excellentior q̃to pfectius habet ordinationẽ rationis sed virtutes intellectuales pfectius habent ordinationẽ rationis q̃ morales. igitur. Maior est nota qz bonũ et perfectio virtutis consistit in ordinatione rationis. Minor ꝓbatur: q̃cquid habet essentialiter ordinationẽ rationis habet eã perfectius q̃ illud qõ habet eã participatiue. sed virtus intellectualis habz ordinationẽ rationis essentialiter ꝛ virtutes morales non habent eã nisi participatiue. igitur. Prima ps assumpti ꝓbatur qõ habet ordinationem rationis essentialiter semp habet eã et semp ordinatũ/ qõ vero habet eã participatiue non semp habet eam nec semp est ordinatũ. igitur. ¶ Ad hanc rationẽ respondeꝫ. ꝓ quo est aduertendũ q ẽm Ari. in sexto ethicoꝝ oportet rationẽ verã esse et appetitum rectũ si electio debeat esse studiosa et eadẽ hanc quidẽ dicere hunc aũt prosequi ꝛ paulopost ꝓpter quod neq̃ sine intellectu et mente et neq̃ sine morali habitu electio bona. vnde ordiatio rationis est actus virtutis quo dictatur de agendo vel fugiendo habitus intellectualis inclinat ad ordinationem rationis faciendã. i. ad vere dictã dũ de agendo vel fugiendo. Et ꝰ moralis inclinat ad conformandũ se hmõi ordinationi. i. ad ꝓsequendum qõ dictatur esse prosequendũ et fugiendũ qõ dictatur esse fugiendũ: et stat q ordinatio ipia sit vera et tñ non sit bona bonitate moris qz electio mediante qua imperaꝫ est victiosa: aut ratiõe finis aut ratione alicuius alterius circumstantie/ ꝛ quia inter omnes bonitates actuũ bonitas moralis est excellentior qz cũ ea non stat culpa que est summũ malũ. ideo bonitas appetitꝰ est simpliciter melior q̃ bonitas intellectiue partis q̃ non est aliud q̃ veritas. ¶ Ad rationẽ ergo respondeꝫ q aliquid ordinabere ordinationẽ rationis dupliciter. Vno modo tanq̃ dictamen verũ Secũdo modo tanq̃ prosecutionẽ aut fugã/ primo modo habet eã/ ꝓprio intellectus scz mẽtalis cõceptio/ secũdo vox/ tertio scriptura. secũdo modo habet eã et primo actꝰ voluntatis/ secundo actus aliarũ potentiarum siue appetituus sensitiui siue intellectus qui mediante actu voluntatis cõformi põt esse conformis dictamini eiusdem intellectus. Dico ergo q simpliciter loquendo pfectius est habere ordinationẽ ratiõis tanq̃ prosecutionẽ vel fugã q̃ habere eã tanq̃ veram. et ideo concedo maiorẽ et nego minorẽ ꝛ ad probationẽ dico q bonũ et pfectio virtutis intellectualis ẽm q hmõi consistit in ordinatione habendo eam ẽm q vera ꝛ virtutis moralis habendo eã ẽm conformitatẽ prosecutionis aut fuge simplicit aut dico q consistit in ordinatione rationis habẽdo eam ẽm conformitatẽ prosecutionis aut fuge. Et ad probationẽ minoris cõcedo primã partem assumpti de eoq̃ habet eam ẽm q̃ prosecutio aut fuga et hoc modo habet eam per se ꝛ essentialiter electio primo et p se bona. Et ad secundã partem dico q virtus intellectualis habet ordinationẽ rationis vt verã essentialiter aut magis proprie ipa est ordinatio rationis sed nõ habet eã vt [illegible] nem aut fugã nisi participatiue [illegible] te morali [illegible]

Argumentum thome vbi supra.

Rõ theme vbi supra.

Solutio.

Ordinatio rationis. Ecce in q̃

consistit ordinatio rationis.

tis assumpti cū dicitur quod habet ordinationem rationis essentialiter semp habet eam nego istam qz non accipitur ibi habere essentialiter pro habere in primo modo dicendi p se/ sed pro habere a se et non ab alio quomodo oratio mentalis dicit habere veritatē a se.i.non mediante alia oratione vera et vocali z scripta dicit habere participatiue constat aūt q eadē ordinatio rationis q̄ nunc est vera p mutationem rei fiet falsa z vlterius dicovt iam dictū est q electio non habet ordinationē rationisparticipatiue.i.electio non est ordinata pro secutio ratione alicuius alterius actus qui prius est ordinata prosecutio sed ipsa per se est ordinata psecutio et omnis alius actus siue appetitus siue intellectus qui est ordinata psecutio p eam habet q sit ordinata psecutio/ immo electio primo z per se bona minus mobiliter sed habet ad esse ordinatum q̄ cōceptio mentalis/ qō eget longiori declaratione quā deo dāte faciemus cū agemus de actibus p se et primo bonis et malis. ¶ Rationes questionis satis solute sunt dictis.

Queritur. Utrum sint xii. gradus humilitatis. ¶ Arguitur q non: qz sm Ari. in. vij. sunt tantum tres gradus virtutis: ergo cū humilitas sit virtus: ipsa in tres et non in duodecim distinguenda est. ¶ In oppositū arguitur auctoritate beati Benedicti in regula sua. xii. gradus humilitatis ponentis. ¶ Notandū est q sicut supradictum est humilitas species est magnanimitatis nec potest esse pfecta nisi in eo cuius animus iaz sup terrena positus est et ideo verus z pprius actus voluntatis est volitio vel desideriū vel psecutio eoz q̄ vere hominē dignū magnisreddunt ex quo statim sequitur contēptus terrenoz bonoz que nonvere dignificant et desideriū ac prosecutio bonorū spiritualium q̄vere dignificant hominē ex quo etiam sequitur concēptusvel appreciatio sui sm p̄sentiam vel carentiā bonoz spiritualiū et rara ac tenuissima appreciatio sm presentiā bonorū temporaliū. et ideo seruando modū Ari. hūilitas pōt diuidi in tres gradus: in humilitatē sm cōtinentiā in humilitatē sm tēperantiā z humilitatē heroicā. Humilitas sm cōtinentiā diuidit in duas scz in humilitatem sm continentiā ppie dictā et humilitatē sm pseuerantiā humilitas sm cōtinentiā est qua quis vincat passiōes delectationū insurgentiū z ipedire intentiū opus hūilitatis q̄ tū passiones hmōi sunt vt eos hoies supant frequēter. Hūilitas sm perseuerantiā est qua q̄spassionestristiciarū intēdētes impedire opus hūilitatis vincit z opus hūilitatis pficit que tū passiones hmōi sunt vt hoies eas vincant frequēter. hūilitas sm temperantiā est q̄ tam pfecta est ppter longū vsum et exercitiū vt nullis iam passionibus quas hoies frequēter supant nec delectationib⁹ nec tristicijs impugnet. Humilitas heroica est qua q̄s opus illud humilitatis exeq̄tur qō aūt ex natura opis aut ex circunstantia est supra cōmunē hoīm facultatē. Exemplū primi vt si hūilis temptetur ad exultationē immoderatamvt pmoueatur vel diuitijs habundet z frequentervincat hmōi temptationē acquirit humilitatē 6z gradum cōtinentie. Exemplū secūdi vt si hūilis temptetur ad exultationē qz laboriosum est z molestū omnibus subiici vel obedire obseq ac familiari tūc erit hūilitas sm pseuerantiā frequenter vincendo Exemplū tercii vt cū quis ita in operib⁹ hmōi humilitatis ita exercet vt frangat impetus passionū et ita debilitet eas vt nō amplius notabiliter insurgant. Exemplū quarti vt cū quis excellēs grad⁹ scientia dignitate et omni genere virtutis se velit omniū infimū gerere et deserit dignitatē ipsaz nō qz molestum sit ei exercitiū vel occultatio circa dignitates sed vt p humilitatē se vere omnibus subiiciat quod si fiat rationabiliter erit opus supra cōmunem facultatē hominū ratione circunstātie persone. ¶ Notandū vlterius q doctores sacri q̄ maxime humilitati studuerunt assignant gradus humilitatis ex aliquibus. Uno modo p comparationem ad signa exteriora. Secūdo modo per cōparationē ad delectationes retrahentes ab operib⁹ humilitatis dehortando ab eis. ¶ Tertio modo p comparationē ad tristicias retrahentes ab operibus humilitatis hortādo ad eas. ¶ Quarto p cōparationesad aliquos actusexcellentes ad quos inclinat mediante actu suo humilitas vel etiā per quos ipsa cōseruatur. et sm hoc Benedictus ponit in regula sua. xii. gradus hūilitatis. Primus est corde z semp humilitatē ostendere defixis in terrā oculis nā q̄uis humilitashabeak in corde si tamē oculus vel alia pars superbie exigatur vocabitur in periculū cordis humilitas et maxime si hoc frequenter fiat. Et iste gradus ptinet ad signa exteriora humilitatis. Secūdus vt pauca verba z nō clamorosa voce loquak aliquis/ z iste gradus etiā ptinet ad signa exteriora. nā paucitas verboz et submissus sermo signū est q quis hūiliter de se sentit et auditores multū appreciatur. Tertius est vt non sit facilis in risum/ facilitas em risus signū est inepte leticie q̄ cadere nō pōt in eo q̄ habet pfectū contemptū sui. Quartus est taciturnitas vsq; ad interrogationē nā precipitatio locutionis vel responsionis signū est arrogantie: z ecōtra taciturnitas moderata hūilitatis signū est. Quintus est tenere z obseruare qō hz cōmunis monasterii regula et ad hoc inclinat hūilitas aut tanq̄ in proprium actum q̄ facit hominē subditū legi aut mediāte p prio actu qz per eā fit vt plus estimemus de legislatore q̄ de nobis ipsis et p ꝓpis q nos regule et legi totaliter subdamus. Sextus est crederet pnūciare se oibus viliorē. quod cōtingit multipliciter. Uno modo qz nullus est q̄ tuncūq; imperfectus qui non i aliquo nos supet q in rei veritate frequenter contingit. Secūdomodo potes cōtingere comparando nos ad eos de quibus probabiliter dubium est vtrū ipsi nos vel nos ipsos excedam⁹. Tertio modo comparādo nos vniuersaliter ad oēs non solū secundum aliquid vnū in quo vel ab illovel ab isto superamur/ sed etiam quo ad excellentiam simpliter aut ppter auxilia que habuimus in consequēdo perfectiones quas habemus z quibus illi caruerunt aut propter impedimenta que ipi habuerūt et quibus caruimus aut propter carentiam multorum bonoz que dubitamus eos habere et scimus nobis deesse aut propter p̄sentiam multoz malorum pene que scimus eis inesse et nobisnon inesse. verbi gratia ego sum castus z ille est libidinosus ego tamen non propter hoc me etiam in castitate excellentiorem putabo. Tum quia scio q paucos

Utūsbenedictus.

Tres gradus humilitatis

Humilitas sm cōtinentiam.

Humilitas sm perseuerantiam.

humilitas sm temperantiam.

Humilitas heroica.

2. gradus.

3. gradus

4. gradus

5. gradus

6. gradus

stimulos libidinis passus sum. ille vero fortissimos et frequentissimos. Tū quia scio me habuisse multos cohibentes in me luxuriam illū vero habuisse multos exitantes. Tum quia ille frequentē displiciam de luxuria sua patitur ego nō. Tum quia propter eam frequēter exigitur in deum z veniam clamat et contēnit et detestatur seipsum et vitam suā: ego aūt non. Tū qz nec tam diligenter laudo deū propter concessam castitatē q̄ diligenter contēnit se propter luxuriā. Tum qz ego video eū affectum multis penis q̄ forte sibi infliguntur propter luxuriā suā ego aūt non sum cōsimilibus affectus propter has et multas alias rationes ego possum estimare me viliorē altero etiā in illo in quo omnibus certū est eum esse a me superatum. q aūt dixi de adiumētis z impedimētis intelligo tā de extrinsecis q̄ de intrinsecis. Septimus est ad oīa indignum se et inutilē confiteri. nā vere humilis scit z cognoscit q omnis bona operatio sua a deo deptē det non tm̄ sicut a generali et cōmuni omnū causa verū etiā sicut a specialiter adiuuante scit preterea se ita deo in omni bono et omni conatu subordinatū vt nichil possit ni eo pmanere nisi eo conseruante nichil etiā possit conari nisi eo auxiliāte quicūq; em̄ vere et pfecte se submittit deo qō primum est in humilitate ille se ad omnia indignū z inutilem cōfiteri habet. Octauus est cōfessio peccatorum nā vere humilis scit q vera appreciatio z valor creature rationalis consistit in copia bonorum spiritualiū et carentia viciorum. econtra aūt vera vilitas in pōsentia peccatorum et carentia bonorum spiritualium et qz vt dictū est vere humilis est verā appreciationē et dignitatē appetere et verā vilitatē aspernari ideo vt careat peccatis et vilis esse desinat inclinatur ab humilitate mediāte actu eius eleito peccata confiteri/ q̄tuncūq; enim firmiter ego volo desinere esse vilis et esse appreciand⁹ tm̄ firmiter ego volo p confessionem exspuere peccata ex quibus oriebatur vilitas et indignitas mea. Octauus est p obedientia in duris et asperis patiētiam amplecti/ qz em̄ obediētia in duris et asperis patientiā amplecti/ qz em̄ obedientia vt plurimū est in difficilibus q̄ propter molestiā retrahunt ab actu obedientie/ ideo suademur amplecti patientiam contra durorum z asperorum molestiā/ z iste act⁹ q̄ diu remanet impetus z insultus molestie z asperitatis contra bonū obedientie ptinet ad humilitatem fm perseuerantiā quando vero diuturna victoria ita confracta est harū passionum vis vt nō plus notabiliter contra rationē insurgant tūc op⁹ illō humilitatis ptinebit ad humilitatē fm gradū temperantie. Decimus est vt cū obedientia se subdat maiori ita scz q velit sibi obtemperare z obedire in omnibus que nec scit nec scire tenet eē mi qua aut ex natura actus aut ratione alicuius circunstātie. Quod em̄ quis submittat se omnino voluntati alterius hoc maxime puenit ex hoc q quis se parum appreciatur et multū contēpnit. Et iste actus ptinet ad humilitatem fm temperantiā aut fm perseuerantiā modo nunc ante expressor possibile est q ratione circūstantie pertinebit ad humilitatem heroicā vtputa si circumstantia aliqua in actu obedientie poneretur talis q reddet actum tam difficilē vt esset supra cōmunem hominū facultatem. Undecimus est vt voluntatē propriā nō delectetur implere. Iste act⁹ videtur pendere ex precedenti. nā qui ita se parū appreciatur vt se maiori subiiciat per obedientiā desinit velle adimplere propriā voluntatē et p consequens talis non delectatur in adimplendo propriā voluntatē/ et videt q per hunc gradū faciliter erigi possit humilitas ad gradū temperantie qz quanto minus quis delectatur in adimplendo ppriā voluntatē tāto magis sine difficultate se submittit p obedientiā volūtati alterius. ad verificandū aūt istā non delector in adimplendo ppriā voluntatem non exigitur q ego habeā propriā voluntatē z q ego adimpleam eam/ sed hmōi adimpletio non fit michi causa delectatiōis. Sed dico q illa negatiua hz trescausas veritatis quarum quelibet sufficit reddere eamveram. Prima est que dicta est. Secunda est q habeam ppriā voluntatē: sed tantū ego non adipleo eam: z ideo non delector in ea adimplēda. Tertia est q nō habeo propriā voluntatē: ideo nec impleo propriā voluntatē nec in ea implenda delector/ et hoc est potius in humilitate: quintus gradus z excellētius: primū vero imperfectius. Et ideo iste gradus fm potissimā eius portionē est ita se submittere in rebus agēdis alteri vt nichil ex nobis ipsis velimus deinde si aliquid velimus ex nobis ipsis non tamen id velimus volitione imperatiua executionis id tū exequendo potius tristemur q non voluntatem nostrā in hac re superiori submittim⁹ q̄ delectemur q̄ voluntatē propriā adimplemus z hoc tertiū non puto ad humilitatē pertinere maxime si verisimile esset q voluntas nostra non esset volūtas superioris. Aut q̄uis ad ipsum fuisset voliturus superior non vult tm̄ q ex inconsulto et ex nobis ipsis velimus. Duodecimus gradus vt deū timeat et memor sit omnū que p̄cepit/ per hūc aūt gradū humilis se totaliter submittit deo z mandatis eius tam perfecte vt nullomodo ea p̄terire vel transgredi velit/ et q̄ varius est timor scz seruilis z filialis/ z filialis est multo perfectior q̄ seruilis imo seruilis imperfectus est licet iter p̄beat ad filialez ideo in hoc gradu duodecimo possunt duo gradus subdistingui vnus est quo humilis timet deū z memor est mandatorum eius ppter supplicia que cōminatus est transgredientibus mandata eius. alius quo timet deū timore filiali et memor est mandatorum eius ita q pfecte vult adimplere ea non propter timorem pene sed propter timorē offense hoc ē nō vult omnino offendere eū nec amicitia eius frustrari. Anselmus libro de similitudinibus ponit septez gradus humilitatis. Primus est contēptilem se eē cognoscere hoc est cognoscere se esse in multis defectuosum et hic est proprius actus humilitatis. Hic aūt defectus cōtingit multipliciter/ aut propter defectum bonorum/ aut ppter malū vsum eorū/ aut ppter insufficientiā boni vsus/ aut ppter mala q̄bus inuoluimur siue sint mala pene/ siue mala culpe. Secundus est de hoc dolore. dixi em̄ supra q non tantū ad humilitatē pertinet cognoscere vilitatem suā sed etiā appetere verā dignificationez et appreciationē que impeditur p defectus vilitatem et contēptibilitatē in nobis qui aūt appetit verā appreciationē et cognoscit se esse vilē et contentibilem dolet de hmōi vilitate sua. Et iste dolor est nolitio vilitatis et contēptibilitatis q̄ inest vel tristitia inde causata. Tertius vilitatē et contem

7. gradus.

8. gradus.

9. gradus.

10. gradus

11. gradus.

Nota. H

12. gradus 12

duo grad⁹ timoris filialis.

Septē gradus humilitatis fm anselmum.

ptibilitatem suã cõfiteri vbi non accipit cõfessio vt est pars penitentie sed accipit confessio ꝓvocali assertione huius modi vilitatis q̃ cõtingere põt dupliciter. vnomodo vbi defect⁹ particulariter est publice notus et tũc humilis põt confiteri vilitatẽ suam. aliomodo vbi defectus nõ est publice notus sed est secretus ⁊ occultus: et tunc nõ videtur hũilitas inclinare ad confessionẽ ꝓpriã vilitatis. id est ad confessionẽ defectus secreti ⁊ occulti nisi in casu in quo vocaret ad administrationẽ aliquã gerendã cuius iste defectus esset notabiliter impeditiuus et nõ posset alto modo reticere a se hmõi administrationẽ nisi ꝑ confessionẽ defectus occulti.

Aliomodo potest fieri cõfessio nõ ꝓpria sed communis nichil scz significando particulariter de defectu suo sed cõmuniter fatendo scz se esse vilem ⁊ contemptibilẽ personã/ et ad hanc confessionẽ bene inclinat humilitas. q̃ ꝓbatur sic vera hũilitas inclinat habentẽ ipsam non solũ ad hoc q̃ non appretietur se sed etiã ad hoc q̃ alii non appretient eum plusq̃ dignũ est sed si non cõfiteatur vilitatẽ suam alii appreciabũtur eũ plusq̃ dignũ est/ cũ cognoscant multa laudabilia esse in eo et ignorabũt

4. gradus

vilitatẽ et defectum facientẽ diminutionez in ꝓcio vero eius. Quartus gradus est ꝑsuadere hoc vt alii velint credere. Iste gradus fundat in ratione nuper adducta quid eĩm ꝓdesset dicere et cõfitere altis vilitatẽ suam nisi ipsi credant q̃ talis est si ei nõ crederent nõ minus eũ appreciarent/ q̃ hoc eĩm q̃ cõfitetur ita esse et suadet declarat manifeste q̃

5. gradus.

non vult magis appreciari q̃ dignũ est. Quintus vt patienter sustineat hec dici vere humilis habet contemnere ꝓspera et ẽm Ari. in. iiii. ethicorum magnanimus nõ curat de opinione hominum sed magis de veritate ideo humilis q̃ est vere magnanimus vult q̃ cognoscatur vilitas sua et q̃ etiã dicatur/ est ⁊ alia ratio q̃ ꝑ hoc q̃ vilitas sua credit et dicitur ipse magis mouet a se vilitatẽ reticere ⁊ contraria dignitate ꝓficere. Sextus est vt patiat

6. gradus.

se contẽptibiliter tractari. Mãvere humili placet q̃ tractetur eodẽmodo quo iudicat se esse dignum tractari/ sed vere humilis se iudicat contemptibilem ⁊ esse tractandũ contẽptibiliter: ergo vere humilis debet pati se contẽptibiliter tractari. Est et alia omniũ istoz ratio vere humilis scz ꝑ publicationẽ sue vilitatis et per vilẽ fractionem sui ipe fit minus vilis: sed vt iam dictũ est vere humilis dolet de vilitate suaz quantũ potest nititur vt indies fit

7. gradus.

minus vilis. igit. Septimus vt hoc amet. nã perfecte humilis amat illud maxime quo petit sua vilitas: sed ꝑ tollerantiã equanimẽ tractationis vilis per publicationẽ sue vilitatis diminuit et tãdẽ perit sua vilitas. ergo vere humilis debet amare ⁊ desiderare q̃ contẽptibiliter tractetur. hi aũt gradus se habent ẽm imꝑfectum ⁊ perfectũ. Imperfectus eĩm gradus est cognoscere vilitatẽ suã: deide

Grad⁹ imperfectus.

dolere de vilitate sua: tertio hoc confiteri: quarto ꝑsuadere vt credatur/ quinto patiẽter sustinere vt dicatur/ sexto pati cõtẽptibiliter se tractari/ septimo hoc desiderare et amare. Isti aũt gradus non videtur egredi a natura et cõditione ꝓprii actus humilitatis sicut multi prioz et quidẽ eoz ptinẽt ad humilitatẽ ẽm continentiã. ali ad humilitatem ẽm perseuerantiã et hoc in imꝑfectis. in perfectis vero ad humilitatẽ ẽm gradũ temperãtie. alij assignant tres gradus. primus est subdere se maiori

Tres gradus secundum altos.

non ꝓferre se equali quã humilitatẽ dicũt esse sufficientem. secundus est subdere se equali nec ꝓferre se minori et hec dicitur habundãs. tertius est subdere se minori in quo est omnis iusticia/ et hec habet glosa Mathei. iii. Isti tres gradus continent septem ꝓcedentes. nã qui se subdit maiori quod fit ꝑ primum et equali quod fit secundũ et minori qõ fit per tertiũ subdit se cõtẽptibilẽ existimat et hoc confitetur et ꝑsuadet vt credatur nõ tantũ verbis sed etiã actibus subiectionis et obedientie et non solũ patienter sustinet hoc dici sed etiã operib⁹ dicta alioz cõprobat patitur se cõtẽptibiliter tractari et amat q̃ semetipsum subdit et subicit minori quod ad tractationẽ cõtemptibilem pertinet et dolet se esse contemptibilẽ q̃ vt dictũ est vere humilis amat cõtemptibiliter tractari eo q̃ quo magis contẽptibiliter tractatur eo magis deperit cõtemptibilitas sua et vere dignior efficitur. Isti tres gradus non tã distincte explicãt ea que explicantur per septẽ gradus ꝓcedentes/ sed verbis cõmunioribus et magis cõfusis. Similiter per duodecim gradus priores explicantur aliqua signa exteriora vere humilitatis: et cũ hoc explicãtur alicq̃ alii actus aliarũ virtutũ ad quos humilitas inclinat mediante actu suo vt defigere oculos in terrã pauca loqui/ nõ loqui nisi interrogatus/ non cẽ facilem ad risum. Hec eĩm sunt signa exteriora vere

Signa exteriora humilitatis.

humilitatis/ confessio peccatoz est actus penitentie ad quẽ inclinat humilitas. Et si queras ad quã virtutem moralẽ pertinet patiẽtia. dico q̃ ad illaz virtutem cui opponitur peccatũ confitendũ q̃ cõfessio illa non est nisi signũ nolitionis ⁊ detestationis peccati. Detestatio aũt iniusticie ptinet ad iusticiam et iracundie ad mansuetudinẽ exprimũtur etiã in illis duodecim gradibus aliqui excellẽtiores actus ꝑ hos tres vt pura se ꝓnunciare oibus viliorẽ q̃ si recte fiat est actus excellens hũilitatis. Ex his patet responsio ad q̃stionẽ. ¶ Sed

§ argumẽtho. 2. ad argu. 6.

contra ea que dicta sunt Arguitur primo sic nulla virtus inclinat ad falsam opinionem/ sed si ds credat se omnibus viliorẽ aut se indignũ et impotentem ad oia habebit falsam opinionẽ cũ non qlibet humilis sit omnibus aliis vilior nec sit ad oia impotens. igitur. ¶ Secundo confessio peccatorum obedientia et patientia ptinet ad alias virtutes: sed in istis gradibus enumerant confessio peccatorum obedientia et patientia. ergo isti non sunt gradus humilitatis. ¶ Tertio humilitas ab interioribus ad exteriora ꝓcedit sicut ⁊ cetere virtutes: ergo incõuenienter in ꝓmissis gradibus ꝓmittuntur ea que pertinẽt ad exteriores gradus his que pertinent ad interiores. ¶ Quarto ẽm Augusti. libro de virginitate mensura humilitatis cuiq̃ ex mensura ipsius magnitudinis data est cum est periculosa superbia que amplius amplioribus insidiatur: sed mẽsura magnitudinis humane non potest sub certo numero graduũ determinari. ergo non sunt assignandi certi gradus humilitatis.

Virtus inclinat ad falsum.

¶ Ad primã dico q̃ vt supra patuit ad iudiciũ alicuius q̃ ds reiveritatem est falsum inclinat aliq̃ virtus moralis vt patet de iusticia que inclinat ad interpretandũ facta proximoz in meliorẽ partem et de hoc supra satis. Dicit tamen Thomas q̃ ds potest se credere et ꝓnunciare omnibus viliorem

absq; falcitate secūdum defectus occultos quos in se recognoscit et dona dei que in alijs latent. si dixisset beatus Thomas q; quis potest hoc credere sine mendatio/ego faciliter concessissem sed non videtur mihi verum q; sine falcitate hoc possit. Patz sunt decem viri boni et humiles. Tūc arguo sic quilibet istorum credit se omnibus viliorem aut ergo ita est q; quilibet est omnibus alijs vilior aut non. si non ergo multi eorum falce iudicant si sic tunc arguo sic sequitur quilibet est omnibus alijs vilior ergo primus est secundo vilior et vltra ergo non est secundus vilior primo et vltra ergo non quilibet est omnibus alijs vilior. secunda consequentia probatur da oppositum consequentis secundus est vilior primo. Arguo sic secundus est vilior primo sed primus est vilior secundo/ergo primus est vilior scipo consequens implicat et secunda pars antecedentis est concessa ergo prima est falsa et incompossibilis secunde. Dices q; licet secundus non sit simpliciter vilior primo/ est tamen in aliquo vilior hoc non impedit quia non sequitur iste est in aliquo vilior ergo est vilior/ sicut non sequitur ego sum in aliquo te doctior ergo ego sum te doctior/et hoc propter negationez inclusam in comparatiuo. Et preterea dico q; possunt dari duo tres et quatuor et multo plures quorum vnus excedit alios in omni perfectione que est in ipsis et excediturab eis in omni vitio et defectu qui in eis reperitur. Et si queras que cōcurrunt ad faciendum iudicium de viltate maiori/ et minori. Dico q; bona et profectiones considerande sunt tam secundum multitudinem q̄ secundum excellentiam et defectus et vicia tam secundū multitudinem q̄ magnitudinem siue excellentiam. nam si aliqui sint pares in perfectionibus et impares in defectibus ille est vilior in quo sunt plures defect⁹ vel grauiores / et si aliqui sint pares in defectibus ille est vilior qui excediturin perfectionibus aut secundum numerum aut secundum magnitudinem. Nam vnus aliquando habet plures perfectiones q̄ alius et potest etiam fieri comparatio perfectionum secundum numerum ad perfectiones secundū magnitudinem. Nam vnus aliquando habet plures perfectiones q̄ alius et tamē alius habet tres aut quattuor in excellenti gradu et similiter continguit in defectibus. ¶ Ad secundam dico de confessione peccatorum et obedientia secundum opinionem quorundam q; licet non sint actus immediate elicite ab habitu humilitatis sunt tamē actus eliciti ab ea mediāte scilicet mediante actu suo elicito vt frequenter dictum est. Et in hanc solutionem satis cōuenit z beatus Thomas ita dicens. non est autem inconueniens q; ea que ad alias virtutes pertinēt. humilitati ascribantur quia sicut vnum vitium oritur ex alio ita naturali ordine actus vnius virtutis procedit ex actu alterius. De patientia autem dico q; non partium aut aliud genus virtutis: sed facit speciem sub humilitate et pertinet ad gradum perseuerantie/ non desistere enim ab opere virtutis propter tollerantiam durorum humilitas est secundum perseuerantiam vt satis patet ex distinctione et modis patientie suprapositis. Ad tertiam respōdet beatus Thomas q; homo ad humilitatem peruenit per duo. primo quidem et principaliter p gratie donum z q̄tum ad hoc interiora precedunt exteriora, alio modo per humanum studiū per quod homo prius exteriora cohibet vt post modum pertingat ad extirpandum interiorem radicem secundus quem modum hic assignantur humilitatis modi.

¶ Contra hanc solutionē Arguit sic non est bonitas in actu exteriori in si ppter bonitatē actus interioris/ergo siue homo perueniat ad humilitatem p gratie donū siue per humanū studium necesse est tñ q; prius habeat actum interiorē q̄ bonum actum exteriorem. ¶ Secūdo cohibitio illa exterior aut imperata est mediante aliquo bono actu interiori humilitatis vel nō si nō ergo nō est bona nec ad humilitatem ptinet. si sic ergo interiora p̄cedunt exteriora in acquisitione humilitatis per studiū humanum. ¶ Respondet ad ista q; beatus Thomas nō vult negare quin semper boni actus interiores p̄cedant exteriores tam in humilitate q̄ in alijs sed, vult dicere q; per illos actus interiores primo debent cohiberi exteriora signa superbie q̄ possit extirpari mala radix. ¶ Contra hoc sic arguit primo q; contingit humilitatē in multis acquiri per humanum studium in quibus nihil est radicis cōtrarie vt si qs statim post annos discretionis et ante q̄ vllo modo allectus fuerit ad superbiam det operam per exercicia continua humilitati acquirende ergo talis non p̄cedit ab exterioribus ad interiora. ¶ Secundo in primo gradu habet q; primus gradus est corde et opere semper humiliratē ostendere defixis in terrā oculis z constat q; non ostenditur humilitas que nō inest qz tunc esset falsum z fictum signum ergo ostēditur humiltas que inest/sed nō inest humilitas nisi corrupta sit radix contraria igitur prius est radicem corrumpi que exteriora cohibere. dico igit aliter p̄cedendo antecedens z negando p̄sequentiam qz isti gradus priores licet respiciant exteriora quedam tanq̄ actus imperatos vel cohibitos/respiciunt tñ interiora scilicet volitiones z nolitiones tāq̄ actus ab humilitate elicitos qui primi ponūtur quia faciliores sunt et ab humilitate minores gradus possunt producere. ¶ Ad quartam cōcedo antecedens et vult ibi dicere Augustinus q; gradus humilitatis sunt tanto excellentiores quanto maior fuerit persona que illum actum humilitatis exercet. Et ideo quilibet illor duodecim graduu ad hec possunt sub diuidi diuisione sumpta ex magnitudine z cōditione personar. z cū dicitur q; mensura magnitudinis humane nō potest ꝛc. Dico q; magnitudines specie differentes differentia notabili z sensibili possunt comprehendi sub certo numero/ siue tamen sic siue non. Dico q; omnes gradus humilitatis sumpti ex istis magnitudinbus hominum comprehenduntur sub istis duodecim gradibus/ quilibz tamen gradus adhuc poterit diuidi diuisione sumpta ex circunstantia p̄sone sicut ille habebit maiorem humilitatē primi gradus qui cū sit persona excellentior z maior z dignior/ nihilominus defigit eq̄ oculos in terram sicut alius qui est notabiliter minor/et hoc si aliud nō obstet. Ad rationem ante oppositum negatur cōsequentia qz isti duodecim gradus in illis tribus continentur/ neq; est inconsuetū q; aliquid idem aliquando in duo membra aliqñ in tria aliqñ in sex vel plura diuidatur ꝑm q; diuisio sit per terminos magis vel minus communes quanto enim termini diuisionis sunt minus cōmunes tāto necessarie est vt diuisio plura membra contineat.

Contra Thomam.

Contra Thomam.

Qui vilior altero sit.

Opinio Augustini.

Tho. scda scde q̄sti 6e ibi solutiōe ad primum

Consequit inquirendū est de perseuerantia quam multi putant esse partem fortitudinis vel magnanimitatis. Queritur ergo primo. Utrū perseuerantia sit pars fortitudinis. ¶ Arguit q sic auctoritate Tullij in rhetorica sua qui ponit eam partem fortitudinis. In oppositum arguit perseuerantia est ſm Ari. gradus virtutis qui in omni virtute reperit g perseuerantia non est pars fortitudinis.

Perseuerātia capitur tripharia. A

¶ Pro questione notandum q perseuerare accipitur quadrupliciter. Uno modo pro perfecta continuatione operis virtuosi qua tam diu insistitur operi q diu recta ratio dictat esse insistendum et hoc siue difficultatem patiamur in continuatione operis siue non et sic habens temperantiam gradum bene perseuerat quia talis continuat opus virtutis licet non patiatur notabilem difficultatem. Secundo modo accipitur perseuerantia pro cōtinuatione operis virtuosi nobis difficilis qua tam diu insistitur operi q diu recta ratio dictat esse insistendum et hoc siue difficultas proueniat ex hoc q retrahimur ab opere virtutis propter aliqua delectabilia siue propter aliqua tristabilia. Et hoc mō habens continentiam gradū secundū eam perseuerat in opere. Tertio mō accipitur perseuerantia p cōtinuatione operis virtuosi difficilis nobis propter tristicias ab hmōi opere retrahentes z hoc siue ille tristicie sint infra cōmunem hominum facultatē siue non hoc modo habens gradum heroicum virtutis ſm eum perseuerare pōt. Quarto mō accipitur perseuerantia p insistentia operi virtuoso quod est difficile nobis propter tristicias ab hmōi opere retrahentes que sunt infra cōmunem facultatem hominum ita q frequenter homines vincunt tales tristicias et frequenter ab eis vincūtur. Et hoc modo nec heroicus nec temperatus nec continens continuando actus suos perseuerare dicuntur. Non tēperatus qz temperato/ opus virtutis non est difficile. non heroico qz difficultas quā patitur est supra cōmunem facultatē hominum nec tales difficultates frequenter homines vincunt licet raro non cōtinens qz opus non est ei difficile propter tristicias retrahentes: sed ppter declarationes in contrariū allicientes. hos varios modos ego fui coactus ponere ad cōcordationem diuersorum auctorū: cōstat tñ oēs qui periti sunt in morali phīa. Ari. q Ari. tñ accipit perseuerantiā quartomō vt patet vbiq in septimo ethicorū. ¶ Pro declaratione ponunt aliq propositiones. Prima est de ratione perseuerantie ſm Ari. est q sit pugna/ z retractio ab opere virtutis. probatur vbi cūq est cōtra tenentia ibi ē pugna z retractio ab opere: sed in omni perseuerā-

B

Per se ozare quid.

tie ſm Ari. est cōtra tenentia igitur. maior est certa qz si non esset z pugna ibi retractio non esset ibi contratenentia. z minor probatur per Ari. in septimo ethicorum. Perseuerare est enim in eo quod est cō tratenere. Ubi Eustratius perseuerare enim est in detinere id est in non laxare id est non vinci a vehementibus tristicijs a quibus multi vincuntur. Et paulopost deficiens autem id est victus a tristicijs ad quas multi fortes sunt et contra tendunt et possunt superare ipsas mollis est. Et beat⁹ Thomas in commento perseuerare enim dicitur aliquis ex eo quod tenet se contra aliquid impellens.

¶ Secunda propositio de ratione perseuerantie secundum Ari. est q hmōi pugna z retractio sit a tristicijs. Tertia ppositio q oportet q hmōi tristicie sint vehementes. ¶ Quarta ppositio q hmōi tristicie non debent esse supra cōmunem facultatē hominum ponantur iste ppositiones per Ari. in principio eiusdem capituli ita dicentē. Circa autem inquit q per tactum z gustum delectationes z tristicias z cōcupiscentias z fugas circa quas et intemperantia et temperantia determinata est prius est quidē sic habere vt vinci z quibus multi meliores est autem superare et quibus multi minores hoc est contingit vinci ab hijs delectationibus z tristicijs quas multi superant/ cōtingit etiam superare z vincere eas delectationes et tristicias quibus multi sunt minores id est a quibus multi superantur horum autem hic circa delectationes id est ille qui vincitur a delectationibus. incontinens autem hic id est ille qui superat hmōi delectationes dicit cōtinens. Et seq tur circa tristicias mollis ille scilicet qui vincitur/ hic autem scilicet qui vincit perseuerans vbi Thomas superatus a delectationibus tactus quas multi superant est incontinens superans vero delectationes tactus a quibus multi superant dicit continens/ sed circa tristicias contrarias hic scilicet superatus ab hijs quas multi superant dicit mollis superans autem eas a quibus multi superant dicit perseuerans. eandem sententiam habet Eustracius loco eodem. ex quibus patet q secundum. Aris. oportet q pugna illa z retricio fiat a tristicijs quia si fieret a voluptatib⁹ z delectationibus tunc virtus qua superamus esset continentia oportet etiam q hmōi tristicie sint vehementes quia oportet eas ee tantas q ab eis multi superantur. ideo dicit textus quibus multi minores et hoc patet etiam ex Thoma et Eustra. oportet etiam q non sint supra communem hominum facultatem quia oportet eas esse tales vt eas multi superent / sed non superant eas multi que sunt supra communem hominum facultatem igitur. Per primum z tertium differt pseuerantia a temperantia gradu quia vel in ea non est pugna vel si sit pugna non est vehemens. p ſm differt a continentia/ p quartum differt a virtute heroica. vtrum autem hec quarta acceptio sit propria acceptio pseuerantie vel non dependet ex vsu auctorum veterum Aretinus tamen transferādo libros Aris. loco pseuerantie vsus est nomine constantie et secūdum reiveritatem constantia magis videtur importare contra tenentiam siue contra stantiam q perseuerantia q̄uis Tullius nomine constantie aliter vtatur appellando cōstantiam cum dicta aut factis posteriora dictis aut factis prioribus concordant. Sed paulopost de rigore significationis terminorū dicit. ¶ Sit prima conclusio non omnis pseuerantia ptinet ad fortitudinem quomodocūq accipiat perseuerantia. probatur immanentia in opere virtuoso vel continuatio operis virtuosi non est aliud q̄ opus ipsum virtuosum vel habitus inclinans ad illud sicut immanētia in opere iusticie non est aliud q̄ ipsum opus iusticie. si fit immanentia actualis/ vel habitus iusticie: si sit immanentia habitualis. ſs perseuerantia non est aliud q̄ immanentia actualis vel habitualis in opere virtuoso/ vel continuatio operis secundum alios igitur.

¶ Pro intellectu tamē huius rationis z significa-

2. proposi.

3. proposi.

4. proposi.

tione termini. Est aduertandū q multi putant q p
seuerantia dicat continuationem operis virtuosi.
Et in hanc significationem multi visi sunt nomine
perseuerantie. sed secundum Ari. non est ita/ sed di
cit perseuerantia immanentiā dictamini rationis/
de agendo vel fugiendo ꝛ electioni recte hmōi dic
tamini conformis vnde cum quis agit virtuose re
periuntur ibi tria. dictamen rectū electionē dirigēs
electio recta dictamini conformis ꝛ opus mediāte
electione imperatum quod est executio electionis.
Dico ergo q continentia ꝛ perseuerantia ꝛ etiā cō
stantia dicunt immanentiā rationi qz scilicet p eam
inclinamur eligere conformiter dictamini recte ra
tionis nō obstantibus impulsionibus a vehementi
bus delectationib⁹ aut tristicijs factis vt dictamē
rationis desideramus dicunt etiā immanentia elec
tioni. nam multi eligunt ieiunare aut cōtinere qui
hmōi electioni non immanent ꝓpter delectationes
aut tristicias ad oppositum impellentes. Hec inte
sio Ari. explicantur apertissime in septimo ꝛ vltimo
capitulo tractatus primi vbi inquit que immanen
tia requiritur ad continentiam sub qua continētia
ipse comprehendit perseuerantiam sicut ꝓstat eum
eciſſe in ꝓmo capitulo libri eiusdem cum tres gra
dus virtutis enumerauit vbi ita dicit Ari. vtrū au
tem cōtinens est qui qualiacūq rationi et qualicū
q electioni immanet vel qui recte et innontinēs au
tem qui non immanet qualicūq electioni ꝛ qualicū
q rationi vel qui falsе rationi ꝛ electioni non imma
n et quemadmodum dubitatum est prius ꝛc. vbi pā
tet ex terminis questionis quā immanentiā vel im
moxationem importent hec nomina et id frequēter
repetit per totum capitulum/ hoc etiam ꝓbatur p
illud quod de hmōi immanentia ꝛ in moxatione ha
betur in tertio. Est autem inquit difficile q̄ iudi
carem quale ꝓ quali eligendū et qui ꝓ quo susti
nendum. et sequitur adhuc autem difficilius immo
rari cognitis vbi Aretini translatio est autem diffi
cilius in sententia permanere postq̄ cognoueris.
His suppositis ꝓbatur secundo. cōclusio omnis ha
bitus inclinans voluntatē ad hoc q conformet ele
ctionem suam dictamini rationis ꝛ exequatur con
formiter huic electioni est perseuerātia generaliter
accepta: sed omnis virtus moralis inclinat volun
tatem vt se conformet dictamini recte rationis ꝛ in
clinat etiam ad executionem operis cōformiter ad
hmōi electionem ergo omnis virtus est perseuerā
tia. q si quis dicat ꝓteruando q perseuerantia
importat continuationem operis virtuosi hoc non
impedit quia vel recta ratio dictat esse continuan
dum vel non. si sic ergo continuando immanet rec
te rationi ꝛ recte electioni ꝛ non continuando non
immanet. si nō ergo non cōtinuando nō omittit cō
tra rectam rationem. ¶ Secunda cōclusio perseue
rantia generaliter accepta non est aliud q̄ virtus
perseuerans accipiendo virtutem cōmuniter ad ac
tum ꝛ habitum patet qz vt iam dictū est omnis vir
tus est perseuerantia ergo ꝓseuerantia nō est aliud
q̄ virtus perseuerans. Secundo perseuerantia est
virtus/ aut ergo est virtus perseuerans aut alia. si
primum habetur intentum. si secundū tunc sic illa
alia virtus potest habere opus continuatum ꝛ pōt
quis in ea perseuerare aut ergo perseuerantia eius
erit eadem ipsi aut alia virtus. si primum ergo pari
ratione standum fuit in prima. si secundum iterum
queretur de perseuerātia illius alterius perseuerā
tie ꝛ sic erit processus in infinitum vel stabitur tan
dem id aliqua/ sed ratione statur in vna stari pote
rat in prima igitur. Tertio posito recto dictamine
ꝛ electione recta et opere imperato iusticie cōtinu
ato per aliquod certū tempus quibuscūq alijs vir
tutibus remotis ponitur perseuerantia iusticie er
go perseuerantia iusticie non dicit quancūq aliam
virtutem moralē in iusticia ergo nec perseuerantie
aliaꝝ virtutū dicunt aliam virtutē ab eis. Quarto
iusticia inclinat ad eligendū cōformiter recte ratio
ni ꝛ exequendū continuandū conformiter tam diu
q̄ diu recta ratio dictat esse continuandū ꝛ simili
q̄libet alia virtus ergo vnaquecq virtus sufficit ad
hoc q in opere eius perseuerē ergo non est necessa
ria preter virtutes ceteras ponenda perseuerantia
añs ꝓbatur per Ari. in secundo vbi ponit conditio
nes operis virtuosi ex parte ipsius operantis opor
tet enim q operetur sciens et eligens ꝓpter hoc
firmiter et immobiliter/ sed constat q si eligit ꝛ ope
retur firmiter et immobiliter vult operari q̄ diu re
cta non dictat esse operandum igitur. ¶ Tertia cō
clusio perseuerantia non est virtus adiuncta fortī
tudini pluſq̄ alie virtutes morales ꝓbatur qz vt di
ctum perseuerantia nō est virtus specialis ab alijs
distincta igitur. ¶ Quarta cōclusio accipiendo p
seuerantiam quartomodo non quelibet virtus est p
seuerantia. ꝓbatur qz iusticia secundū gradum tē
perantie non est perseuerantia quartomō nec iusti
cia ſm gradum continentie stricte accepte est per
seuerantia nec iusticia ſm gradum heroicum est p
seuerantia ergo non omnis virtus est perseueran
tia hoc modo accepta. Antecedēs satis ꝓz ex his
que dicta sunt/ iusticia enim ſm graduꝫ temperan
tie non habet pugnam ex vehementibus passioni
bus iusticia secundum gradum continentie non ha
bet pugnam ex tristicijs sed ex delectationibus iu
sticia secundum gradum heroicum habet pugnam
ex tristicijs excedentibus cōmunem facultatem ho
minum/ sed perseuerantiam habet pugnam ex triſti
cijs vehemētibus infra tñ cōmunem facultatē ho
minum positis igitur. ¶ Quinta cōclusio. perseue
rantia quarto modo accepta est magis ꝓpria forti
tudini ꝛ magnanimitati q̄ cuicūq alteri vrtuti. p
batur quia in omni opere fortitudinis ꝛ magnanimi
tatis est difficultas ex parte tristiciarum retrahen
tium ab opere non solum propter diuturnitatem/ ſz
etiā ꝓpter grauitatē laboꝝ ꝛ periculoꝝ ita q̄ diffi
cilimum est in actibus fortitudinis ꝛ magnanimita
tis que est circa admnistrationes graues tantum
exerceri q quis ꝓueniat ad gradum temperantie ꝛ
hanc puto esse causam ꝓpter quam ponit Cicero
ꝓseuerantiam ꝑte fortitudinis qz est maxime ꝓpria
fortitudini ꝛ sibi maxime necessaria. ¶ Sexta con
clusio. Perseuerantia fortitudinis est pars fortitu
dinis ꝓbatur omnis gradꝰ fortitudinis est pars
fortitudinis sed perseuerantia fortitudinis est gra
dus fortitudinis sicut perseuerantia iusticie est
gradus iusticie igitur. maior et minor ꝓbantur
quia fortitudo sicut alie virtutes habet tres gra
dus specie distinctos scilicet continentiā/ temperā
tiam/ heroicā fortitudinē. ꝛ cōtinentia gradus diui
dit in duos scz in ꝓtinentiā ꝓpriē dictā qua inclina
mur ad vincendū delectationes retrahentes nos
ab opere fortitudinis que sunt infra communem fa

In opere virtuose tria repe riuntur.

Perseuerā tia ꝛ actus ꝓseuerās.

cultatem hominum/ vt si quis temptaretur non pugnare pro patria propter delectationem ciborum z potuum aut venerorum quibus allicitur incumbere tempore pugnent: que speranturcessando a pugna sicut legit fecisse achilles z in perseuerantiam qua inclinamur immanere rationi z electioni recte contra tristicias vehementes nos retrahentes. Ex his constet q aliqua fortitudo est perseuerantia fortitudinis z non omnis fortitudo est perseuerãtia fortitudinis ergo pseuerantia fortitudinis est pars fortitudinis. ¶ Contra primam conclusionẽ arguitur sic quicquid firmitatem seruat contra difficultatem diuturnitatis pertinet ad fortitudinẽ/ sed perseuerantia seruat firmitatem contra difficultatẽ diuturnitatis ergo pertinet ad fortitudinem. ¶ Secũdo quicquid moderatur timorẽ fatigationis aut defectus ꝓpter diuturnitatis operis pertinet ad fortitudinem q fortitudo est moderatiua timoris et audacie/ sed perseuerãtia moderatur timorem fatigationis propter diuturnitatem operis igitur partiũ ad fortitudinem. ¶ Tertio omnis virtus adiuncta fortitudini sicut secundaria principali partium ad fortitudinem/ z perseuerantia eũ adiuncta fortitudini sicut scõaria principali ergo pseuerantia partium ad fortitudinẽ. minor ꝓbatur ois virtus cui⁹ laus consistit in sustinendo aliquid difficile est adiũcta fortitudini sicut scõaria principali q fortitudo firmat animũ vt sustineat pericula mortis in quib⁹ vt constat difficilimum est persistere et ideo ipsa est principalis cum exerceat illud quod est in materia sua difficilimum. Alie autẽ que exercẽt ea que sunt minus difficilia scz tollerantiam aliorum difficiliũ sunt minus principales z annexe/ sed perseuerãtia facit sustinere difficultatem q proueni ex diuturnitate operis igit. ¶ Quarto arguitur auctoritate Ciceronis in rethorica sua qui ponit perseuerantiam partem fortitudinis. ¶ Ad primam nego maiorem nam iusticia firmitatem seruat cõtra difficultatem diuturnitatis z temperantia vt puta in ieunio z quelibet virtus moralis saltem ẽm aliquẽ gradum eius. aliqua enim recta ratio iusticie directiua dictat operandũ esse iuste et negz p laborẽ negz pro diuturnitate cessandum esse ab opere iusticie/ imo aliqñ dictat q nec p quocunqz detrimento vel periculo cessandũ esse. Cõstat autem q sicut ratio prudentialis potest ita dictare ita z habitus iusticie potest conformiter inclinare ergo iusticia saltẽ in aliquo gradu suo inclinabit ad seruandum firmitatem contra difficultatem diuturnitatis.

¶ Ad scõam z nego maiorẽ z minorẽ. z ad ꝓbationem dico q fortitudo non cuiuscunqz timoris moderatiua nec omnis virt⁹ moderatiua timoris est fortitudo/ sed tantum illa que moderatur timorem periculorum mortis in bello aut timorem deficiẽdi in arduis et grauibus administrationibus nã illa virtus que moderatur timorem mopie non est fortitudo aut que moderatur timorem offendendi in legẽ sicut contingit in epikea est fortitudo. Et similiter nego minorem/ z ad probationem nego q perseuerantia moderetur timorem fatigationis ꝓpter diuturnitatem sed moderatur tristiciam fatigationis vel tristiciam ex diuturnitate operis ꝓuenientem. Tum secundo q vt dictũ est perseuerantia non necessario dicit cõtinuationem operis sed dicit immanentiam vel rationi vel electioni recte sicut supra declaratum est. ¶ Ad tertiam nego minorem/ et ad ꝓbationẽ nego primã partẽ añtis/ alias eñ ois virtus esset adiũcta fortitudini sicut scõaria principali. cũ ois virtus sit circa difficile z animũ firmũ cõtra aliquid difficile. Et ad ꝓbationẽ dico q assumptum non hz apparentiã nisi de virtutibus circa eãdem materiã existentibus. Et adhuc vtrũ hoc sufficiat questio est. Et cum dicit q perseuerantia facit sustinere zc. Dico q perseuerantia iusticie facit sustinere difficultatẽ q ꝓuenit ex diuturnitate operis iustiz fortitudinis operis fortis/ z temperãtie operis temperati. sed nulla vna perseuerantia etiã gñe facit sustinere omnẽ difficultatẽ q ꝓuenit ex cuiuslibet operis virtuosi diuturnitate. ¶ Ad quartã responsum est in qninta cõclusione. ¶ Contra scõam conclusionẽ arguit sic. primo vbicũqz occurrit specialis ratio difficultatis vel bom ibi est ponẽda specialis virtus sed in omni opere virtutis põt occurrere specialis ratio difficultatis z boni ex ipsa diuturnitate/ ergo vincere hmõi difficultatẽ partium ad aliquã specialem virtutẽ et nõ est alia virtus ad quã pertineret cõs perseuerantia g perseuerãtia est virtus specialis maior ꝓbatur q ẽm Arist. ij. ethi. virtus est circa difficile z bonũ. et minor ꝓbatur q opus virtutis potest habere bonitatẽ z difficultatẽ ex duobus. vnomono ex specie ipsius actus que accipitur secundum rationem ꝓpriꝫ obiecti. Aliomõ ex diuturnitate ipsius tẽporis nã hic ipsum quod est tam diu insistere alicui difficili specialẽ difficultatem habet. ¶ Secundo omnis virtus moralis q amitti non põt alia est a virtutibus moralibus que pont cõsueuerũt q quilibet talis amitti põt/ sed perseuerantia amitti nõ põt igitur. minor ꝓbatur et similiter maior auctoritate Aug. libro de perseuerãtia dicentis q perseuerantiaz nullus põt amittere alias autem virtutes homo potest amittere. ¶ Tertio nullũ imperfectũ in genere virtutis est perfecta virtus sed pseuerantia est imperfectũ in genere virtutis ergo nõ est virtus pfecta z per cõs nõ est virtus perseuerans. maior videt manifesta z minor ꝓbatur per Ari. in. vij. qui dicit q cõtinentia est perfectior cõs perseuerantia/ sed cõtinentia nõ est virt⁹ ergo nec perseuerãtia. Tum scõo q mala tactus z gustus sunt tñ illi mala z difficilia qui nõ habet pfectam virtutẽ q temperato nõ sunt multũ difficilia eo q nec multũ tristatur ꝓpter pñtiam hmõi malorꝫ nec multũ delectatur ꝓpter presentiam bonorum oppositorꝫ scz ciborum z potuum z aliorꝫ tãgibilium z gustabilium. ¶ Quarto persistere diu in opere virtutis est opus alicuius z nõ est commune omni virtuti ergo est opus alicuius virtutis specialis et non videtur cuius nisi perseuerantie igitur secunda pars antecedentis ꝓbatur. q nõ cuilibet virtuti conuenit diu persistere in opere. Tum secundo quia si hoc esset omni virtuti commune tunc nullus actus esset virtuosus nisi in quo diu persisteret q ꝓñs est falsum. Quare enim cũs parum duret põt esse actus virtutis/ flectere genu/ discopire caput z multa si milia possunt esse actus virtutis cũs parum durent. ¶ Quinto sic omnis habitus ordinãs nos ad bene faciendum aliquid vel obmittendum est virtus specialis sed perseuerantia est huiusmodi igit. minor probatur auctoritate Andronici dicentis q perseuerantia est habitus eorum quibus immanendum et non immanendum et neutrorum.

Ratio thome secũda scõe q̃stiõe 137. articulo. 4.

Argumentum thome vbi supra. 1

Non oñis virtus moderatiua timoris est fortitudo.

Argumentum thome vbi supra argumẽto primo.

Argumen. tho. vbi supra articulo. 2.

Argum. Thome. 191. artic.

Tho. ar.

Argumen. tho. vbi supra articulo. 1.

¶ Sexto quicquid specialiter percipitur est ꝑtus sed de perseuerantia est speciale preceptum igitur. minor probatur. Tum primo quia in leuitico precipitur vt caput z caudam offeramus vbi per caput initium operis significatur z per caudam perseuerantia. Tum secundo per illud euangelij. Non qui incipit sed qui perseuerauerit hic saluus erit. Tuz tertio quicquid necessarium est ad salutē preceptū est per christum vel eius apostolos sed perseuerantia necessaria est ad salutē/ cū sine ea non sit salus.

¶ Septimo longanimitas est virtus specialis ergo perseuerantia. ꝓña tenet q; idem sunt. z añs ꝓbatur per Apostolū qui inter fructus spiritus enumerat longanimitatem Ambrosius autem dicit q; ea que enumerat ibi Apostolus virtutes sunt.

¶ Octauo quicquid retribuitur pro meritis in hoc seculo est virtus specialis/ sed deus perseuerantiā nobis tribuit pro meritis in hoc seculo. Nam glosa super illud psal. Retribuet mihi d. secundum iu. m. ait q; pro meritis bona spiritualia tribuit hic in presenti scilicet per perseuerantiam.

Argu. sophisticum.

¶ Mono si cōcluso esset vera sequeretur q; quis haberet tot perseuerantias quot habet virtutes se consequens est falsum igitur minor patet quia sicut in eodem corpore secundum eandem partem non possunt eē due albedines ita nec in eadem anima due ꝑseuerātie.

Doctor antiquus. Martinꝰ.

¶ Decimo. Sophistice arguit quidem doctor antiquus: si quis perseuerat in omni bono suo perseuerantia est omnia bona sua/ aut ergo est aliquod de istis/ aut nullum. si nullum ergo nihil est si aliquod ergo cum ipsa sit omnia bona illa simul est vnum z plura. ¶ Undecimo arguit alius doctor antiquus nomine Martinus. desitio est quedam proprietas in actu qui est ex eo q; aliquid est et non erit: ergo etiam perseuerātia est quedam proprietas in actu que est ex eo q; aliquid est et erit. consequentiā pro bat q; si affirmatio presentis et negatio futuri sufficiant causare aliq̄s proprietatem in actu scilicet decisionem multo magis due affirmationes vna presentis et alia futuri proprietatem in eodē actu causare sufficient. ¶ Confirmat proprietas iusticie nō ineſt iusto eo q; est et erit iustus sed ex eo q; est iust? ergo proprietas que ineſt iusto ex eo q; est et erit iustus est alia a iusticia sed huiusmodi proprietas est perseuerantia ergo perseuerantia in opere iusticie est alia proprietas a iusticia. ¶ Duodecimo perseuerantia non est virtus ergo perseuerantia non est virtus perseuerans. antecedens probatur quicūq; habet caritatem habet omnem virtutem sed multi habent caritatem qui non habent perseuerantiam igitur perseuerantia nō est virtus. maior probatur q; quicūq; habet vnā virtutem habet omnes. Tuz secundo q; perseuerantia finalis non est necessaria ad salutem/ ergo non est virtus. Antecedens pbatur quicunq; habet caritatem habet omne necessarium ad salutem.

Responsio ad rationes Thome.

¶ Ad primā que videtur esse potissima ratio qua coactus est Beatus Tho. ponere perseuerantiam virtutem ab alijs distinctam. Respondetur multipliciter. Primo q; ista ratio si aliquid concludat non solum concludit q; perseuerantia est virtus distincta ab alijs sed q; secundū quālibet circunstantiam que potest afferre difficultatē in opere ponenda est virtus distincta non solū spē sed etiam genere scilicet capiendo maiorem Thome pro maiore/ et sub ea aliam minorem subsumendo. verbi gratia vbicūq; accidit specialis ratio difficultatis et boni ibi est ponenda specialis virtus/ sed ex circunstantia loci ex circunstantia modi agēdi/ ex circunstantia sis/ ex circunstantia persone in omni virtute accidit specialis ratio difficultati bo ui nam multo difficilius est continere iram cum pre uipēsus es in publico q̄ in priuato/ cum a seruo q̄ cum a domino vel socio. Similiter difficilius est exercere iusticiam contra potentem q̄ contra pauperem et pro tempore pro quo eges auxilio eius contra quem laturus est sententiam q̄ pro tempore p quo non eges eius auxilio. Secundo sicut specialis accidit difficultas ex diuturnitate temporis ita etiam specialis accidit difficultas ex frequenti repetitione operis vt patet in ieiunio. xl. quod specialem difficultatem habet ex eo q; frequenter repetendum est huiusmodi in ieiunium et tamen beatus Thomas non ponit aliquam virtutem specialē ꝓpter difficultatem prouenientem ex frequenti repetitione operis igitur.

¶ Respondeo tamen secundum veritatem ad maiorem q; si per specialem virtutē ipse intelligat virtutem tam spē q̄ genere distinctā a virtute illa que est circa obiectum quod vocat ꝓprium obiectū actus sic ego nego maiorem. Si autē per specialem virtutē ipse intelligat virtutē non genere sed specie distinctam ab illa virtute q̄ est ex difficultate ipsius actus ſm se z non ex difficultate ipsius diuturnitatis vel alterius circunstantie et sic concedo maiorem et quicquid inde infertur per bonam consequentiā. dico enim q; est vna virtus iusticie qua ego volo iuste facere et nō iniuste q; recta ratio dictat aut ꝓpter deum z habitus inclinans in talē actum non ſm aliam circunstantiam est bonus z laudabilis/ ego volo etiam iuste facere quia recta ratio dictat cum intentione nō deserendi opus pro difficultate aut tristicia ꝓueniente ex diuturnitate operis z habitus inclinās in hunc actū est bonus z laudabilis z melior precedēte z distinctus specie a primo q; habet aliquid pro obiecto scz circunstantiam tristicie z diuturnitatis quod non habet prior. Ego etiam volo facere iuste quia recta ratio dictat cum intentione non deserendi opus pro quocunq; vtili/ vel delectabili propter quod recta ratio dictat nō esse deserendum et habitus inclinās in iustum actū et similes est bonus et laudabilis et specie distinctus a prioribus quia habet delectationes pro obiectis quas non habet alius actus. Et possum etiam velle facere iusticiam cum intentione non deserendi eam pro quocunq; quod est contra rectam rationem hoc est pro quocunq; siue tristabili siue delectabili pro quo recta ratio dictat ipsum opus iusticie non esse deserendum et habitus inclinās ad istū actum et consimiles adhuc est excellentior tribus prioribus/ z cum vna recta ratione inclinat mediāte actu suo elicito: ad actum secundi habitus et cū alia recta rōne ad actum tertij habitus. Ego possum ꝑterea habere actum quo ego volo facere iusticiam cū intētione nō deserēdi eam pro quocūq; q̄ est cōtra rectā rationem etiā nec pro morte qui actus sit formaliter z non tm̄ equiualenter imperatiuus executionis respectu mortis sustinēde ne deseratur tale opus z iste actus z habitus inclinans in ipsum dicitur heroicus et est excellētissimus a specie distinctus ab omnibus alijs p̄cedentibus acti-

bus. Dico tamen q omnes isti habitus cõtinentur sub habitu iusticie q omnes isti actus habenti vnũ obiectum cõmune scz facere iusticiã a quo obiecto cõmuni reponitur actus sub genere iusticie. Dico preterea q omnes isti actus sunt distincti specie. Patet quia aliquid est obiectum in posterioribus/ quod non est obiectũ in primo/ et secundus tertius quartus et quintus habẽt diuersa obiecta. Et preterea nũq̃ vnius istorum habituum tantum posset intendi q immediate inclinaret in actum alterius et quilibet eorum immediate tñ inclinat in ꝓpriũ actum. primus habitus est iusticia sed nõ constituta in gradu z potest vocari simplex. secũdus est iusticia in gradu cõtinentie distincte accepto cõtra gradum perseuerantie. Tertius est iusticia cõstituta in gradu perseuerantie. Quartus est iusticia cõstituta in gradu cõtinentie cõmuniter accepte ad continentiã propie dictam z perseuerantiã. Quintus habitus est iusticia in gradu heroico cõstituta Ad id autẽ quod argueudo cõtra Thomam dicebamus q sequeretur q ẽm quãlibet circunstantiã que posset afferre difficultatẽ in opere ponẽda eẽt specialis virtus. ¶ Ad hoc respondeo q secundus quantlibet circunstantiam facientem difficultatem ponenda est virtus spem distincta a virtute simplici ita q per illam circunstantiam difficultatẽ opus virtutis constituitur in aliquo gradu. Et si queras in quo? Dico q vel illa circunstantia difficultat actum per modum oblectantis z tunc continet sub continentia gradu aut per modum constristantis z tunc cõtinetur sub perseuerantia gradu z maxime si pugna z temptatio non superet cõmunem facultatem hominum verbi gratia locus vel persona est talis vt per eam aut in eo habeat copiosum vsum voluptarum suarum que retrahunt a labore pre re quisito ad cognoscendum in causa aut que alliciũt eum vt in causa cognita contra iusticiam sentẽtie et tunc est continentia. aut locus est talis aut persona vt ab eis patiat multa aduersa si insistat operi iusticie z tunc erit iusticia ẽm perseuerantiã. Eodem modo dicendum est de difficultate que prouenit ex frequenti repetitione operis. talis em facit actum sub perseuerantia. ¶ Ad secundam cõcedo maiorem. et nego minorem accipiendo perseuerantiam eo modo quo supra dictum est eam accipi. Et ad probationem respondet beatus Tho. q Augu. non accipit ibi perseuerantiam pro habitu sed pro actu ꝓtinuatio vsq̃ in finem ẽm illud Mathei xxiiij. Qui perseuerauerit vsq̃ in fidem hic saluus erit. Contra autem rationem perseuerãtie sic accepte esset vt amitteretur in qua solutiõe Tho. dicit tria bene notanda. Primum est q Augu. nõ accipit ibi perseuerantiam pro habitu. Nam dato quocunq̃ habitu qui esset perseuerantia talis posset amitti per cessationem ab actibus. nam posito q aliquis frequenter eliciando actum voluntati perseuerare in fide vsq̃ in finem aggeneret habitus qui dicatur perseuerantia constat q ille habitus potest deperdi per cessationem ab actibus. Dicit secundo q accipit perseuerantiam pro actu continuato/ q si acciperet terminos proprie beatus Thomas non secundum sentirem quia pauci sunt qui habeãt actũ aliquem vel fidei vel spei vel alterius virtutis vsq̃ in finem continuatum. cum necesse sit ꝓpter naturę multiplices necessitates hmõi actus interrumpi sed credo q intelligit p actum continuatũ actus sibimicem vsq̃ in finem succedentes aut actum vere cõtinuatum vsq̃ in finem sicut est ille quem paulo ante finem incipimus z credo q alterum sufficit ad perseuerantiam. Dicit preterea q perseuerãtia non potest amitti. Probat q ponatur q actus ille qui fuisset perseuerantiã si fuisset cõtinuatus amittatur vel desinat esse Arguo sic ille actꝰ nec est nec vnq̃ fuit perseuerantia/ ergo nõ q ille actus desinit esse perseuprantia amittitur/ ita q sic arguitur aut actus ille non desinit et per ꝯs non amittit perseuerantiã aut desinet per ꝯsequẽs nunq̃ fuit perseuerãtia. Et si dicas ante finem verum est dicere q iste perseuerat in fide ergo aliq̃s actus eius multo tempore precedens finem vite est perseuerantia sed ille actus aliquãdo nõ solum desinit/ sed etiam amittit ita q̃ nullum sibi debetur premiũ vt si ille q habuit decedat in peccato mortali/ ergo ista est possibilis perseuerantia amittitur. Primum autẽ aũs probatur post finem vite verum est dicere de eo qui decessit in gratia iste perseuerauit ergo aliquando fuit verum dicere iste perseuerat. cõsequẽtia tenet quia omnis propositio de preterito vera infert aliquam de presenti fuisse vera. ¶ Ad hoc argumẽtũ iudicio meo non potest responderi nisi altero duorum modorum. primo negando istam consequẽtiam hec ẽ vera iste perseuerauit ergo hec aliquãdo fuit vera iste perseuerat et secundum rei veritatẽ quic quid sit de ista aliqua tamen multi ei similis non valet verbi gratia ista non valet ista est vera iste perseuerauit a. xx. annovsq̃ ad. lx. in fide ergo aliquãdo hec fuit vera iste pseuerat a vicesimo anno vsq̃ ad sexagesimũ in fide/ q nullus actus eius durauit a vicesimo vsq̃ ad. lx. et dato q durasset tantum tamen nec in principio temporis hec fuit vera iste perseuerat vsq̃ ad lx. nec immedio temporis / quia tunc/ cum nec sit in. xx. nec in. lx. anno non perseuerat a. xx. vsq̃ ad. lx. nec in fine quia tunc licet sit in lx. non est tamen in. xx. sequitur autem iste perseuerat a. xx. ergo est in. xx. hec tamen posset saluari p ampliationem factam ratione huius verbi perseuerat. Si enim diceremus q ista propositio ipse perseuerat a. xx. vsq̃ ad. lx. annum in fide equiualet isti oratiõi/ iste accepit fidem in. xx. anno que et vsq̃ nunc in eo durauit et durabit vsq̃ ad. lx. tunc perseuerare ampliabit ad preteritum et futurum sed qui tenerent huiusmodi ampliationem non negarent istam consequentiam ista est vera iste perseuerauit vsq̃ in finem ergo ista aliquando fuit vera iste perseuerat et ideo negando ampliationem negatur illa consequentia et dicitur q ista de preterito iste pseuerauit est vera et tamen nunq̃ habuit aliquam de presenti ex eisdem terminis veram / sicut ista est vera albũ fuit nigrum/ meretrix fuit virgo/ currẽs fuit quiescens/ et iste de presenti nunc quam fuerũt vere album est nigrum/ meretrix est virgo currens est quiescens. Secundo potest responderi concedẽdo consequentiam et consequens scilicet q aliquãdo ista fuit vera iste perseuerat in fide/ aut in opere iusticie et equiualet vni copulatiue ex vna de psenti z altera de futuro ccmposite isti scz iste habet opus iusticie z totiẽs est ipsum habiturus quotiẽs cũq̃ recta ratio dictauit esse habendũ z cũ ãfers q aliquis actus eius est perseuerãtia etiã ante finem vite concedo. et cum dicis q ille actus aliqñ amit-

Ubi sup. articul. 4. in solutione ad ꝓmũ

Non sequ ꝓpõ ide p senti vere cõrespondet de inesse vera.

tiſtur.ꝛc.nego iſtam de ineſſe ꝛ dico q̄ non eſt com poſſibilis p̄cedenti: ſed bene cū p̄cedenti concede rem iſtā/iſte actus poteſt amitti. Et ſi dicas pona tur ineſſe. Dico q̄ ſi ego ponā ineſſe iſtā de poſſibi li ego deſtruā p̄cedentē que eſt iſti incompoſſibi lis. Et ſi dicas p̄cedens non p̄t deſtrui cum ſit de p̄ſenti/iſta ſcz actus eſt pſeuerantia: ergo alia de poſſibili nunq̄ p̄t poni ineſſe et p̄ conſequens illa de poſſibili non fuit vera. ℟eſpondeo negādo añs ſcz q̄ illa de p̄ſenti non poſſit deſtrui. Dico enim q̄ ſunt alique de p̄ſenti mere ſimpliciter que non de= pēdent a futuro/ſunt alique q̄ nō ſunt mere ſimplr de p̄ſenti. Et iſtarū alique ſunt q̄ dependent a p̄te rito et p̄ſenti tantū vt iſta iſte ceſſat loq̄ depēdet ab iſtis duabus iſte locutus eſt. et nunc nō loq̄tur. Alique ſunt q̄ dependent a p̄ſenti ꝛ futuro tantū: vt iſte incipit moueri dependet ab iſtis duabus iſte non mouetur: ſtatim poſt mouebit. Alie ſunt que dependent a p̄terito et futuro vt iſte mouet depen det ab iſtis duabus iſte immediate ante hoc inſtās mouebatur et immediate poſt hoc inſtans mouebi tur nec requirit q̄ in hoc inſtanti moueatur/ qz in inſtanti non eſt motus. Alie ſunt q̄ dependēt tā a p̄ſenti q̄ a p̄terito q̄ a futuro/vt in iſto cōtinua tur pallor dependet ab iſtis tribus in iſto immedia te ante hoc inſtans fuit pallor et nūc in eo eſt pal lor et immediate poſt hoc inſtans in eo erit pallor Tunc dico q̄ p̄opōnes que ſunt mere ſimpliciter de p̄eſenti ſic ſcz q̄ depēdent tantū a p̄ſenti aut q̄ depēdent tantū a p̄ſenti et p̄terito neceſſario ſunt vel fuerunt vere ſed quecūq̄ dependēt a futuro cō tingenti ſiue cū hoc dependeant a p̄ſenti tantū ſi= ue a p̄terito tantū ſiue a p̄ſenti et p̄terito ſunt mere cōtingenter vere ſicut p̄opoſitio illa de futu ro a qua depēdent/nā ex talibus advnā de futuro eſt bona cōſequentia ſed nullus bone cōſequentie cuius cōſequens eſt cōtingens añs eſt neceſſarius igitur. Dico ergo q̄ iſte oēs ſunt vere/iſte perſeue rat/iſte actus eſt pſeuerantia: ſed tamen iſte cōtin genter pſeuerat: et iſte actus contingenter eſt vel fuit pſeuerantia. Idē enī eſt iudicium/ꝛ ideo poſſi bile eſt q̄ iſte nec pſeueret nec vnq̄ pſeuerauerit/ et q̄ iſte actus nec ſit nec vnq̄ fuerit pſeuerantia Ex quo patet q̄ beatus Thomas habet alterum duoꝝ concedere/aut q̄ nō ſequit iſta eſt vera poſt finem vite iſte pſeuerauerit ergo hec aliquādo fuit vera iſte pſeuerat ꝛ hoc ſi non ponat nemē vel verbum pſeuerātie eſſe ampliatiuū/aut q̄ iſta iſte per ſeuerat ſic eſt nunc vera et q̄ poteſt nunq̄ fuiſſeve ra. vtrū aūt eodēmodo dicendū eſſet de habitu p= ſeuerandi et de actu interiori eius inquire.

multiplicef ꝓpōnes de preſenti.

Impfectū multiplciē

¶ Ad tertiā dico q̄ in genere virtutis alicuius ali quid dicitur imperfectū dupliciter. Uno modo ob defectū graduū eiuſdē rationis ꝓpter quē defectū mundū habet firmitatē ꝛ immobilitatē requiſitam ad habitū virtutis et ſic concedo qz tale imperfe ctum non eſt qualitas de difficili mobilis a ſubie= cto ſed eſt diſpoſitio quedā ad hmōi qualitatem. Et in hoc ſenſu ego nego pſeuerantiā eſſe imperfe ctum in genere virtutis. Alio modo aliquid dicit imperfectū in genere virtutis qz ad gradum perfe ctionis alicuius alterius ſpeciei eiuſdē generi nō attingit: ſicut equus dr̄ quid imperfectū in genere animaliū qz non attingit ad perfectionē hominis et in hoc ſenſu nego maiorē/licz enī equus ſit quid imperfectum in genere animalis ad illum ſenſum/ equus tamen eſt perfectum animal nec ſibi quicq̄ deeſt ad q̄ ſit animal ita etiā licet pſeuerantia ſit quid impfectū in genere virtutis: qz non attingit ad perfectionē t̄perantie licet ad eā diſponat vt eſt tam pfecta ſicut contīētia vt vult Ari. in. vij. ethicoꝝ. eſt tñ perfecta virt⁹ nec ſibi quidq̄ deeſt quod pertineat ad rationē perfecte virtutis immo eſt pfectior q̄ virtus ſimplex q̄ tuncunq̄ intenſa. Et ad minorē nego eā in primo ſenſu ꝛ concedo in ſecundo. Et ad probationē minoris dico ad ſecun dam partē q̄ cū Ari. dicit continentiā non eſſe vir tutem ipſe nolē virtutis intelligit t̄perantiā ſicut frequenter nomine malicie intelligit int̄perantiā vt patet in principio ſeptimi et frequenter alibi ac cipiendo ergo virtutē generaliter ꝓ omni habitu electiuo immediate conſiſtente. ꝛc. continentia eſt virtus. Accipiendo vero virtutē ꝓ habitu qui iam tam firmus eſt aſſiduis operationibus/et victoria paſſionū tā ſtabilitus vt paſſiones non plus nota= biliter contra rationē inſurgant: ſic cōtinentia nō eſt virtus nec etiā perſeuerantia de qua hic loqui= mur/licet pſeuerantia aliqua de qua dicit Chriſt⁹ Qui perſeuerauerit vſq̄ in finē hic ſaluus erit/ be ne ſit virtus. ¶ Ad quartā dico q̄ perſiſtere diu in opere iuſticie eſt opus iuſticie: pſiſtere diu in ope re manſuetudinis eſt opus mānſuetudinis nulli⁹ tñ virtutis opus eſt quodlibet pſiſtere in opevirtuo= ſo. Et ideo ad rationē concedit conſequens in ri= gore ſermonis: admino rē tamen dico q̄ li cz nullū pſiſtere cōmune ſit omni virtuti: cuilibet tñ virtuti ſm genus conuenit diu pſiſtere in opere illius vir tutis/hoc eſt quodlibz genus virtutis cōtinet ſub ſe aliquos habitus inclinantes ad diu perſiſtendū in opere talis virtutis. vt genus iuſticie continet ſub ſe aliquos tales habitus ꝛ genus fortitudinis et genus mānſuetudinis et ſic de aliis. non tamē di= co q̄ ſit cōmune omni virtuti ſm ſpeciē ꝛ individua qz non eſt vniuerſaliter verū q̄ omnis habitus in= clinet cū illa circūſtantia Ad quintam dico q̄ iſta ꝓpoſitio perſeuerātia eſt virtus ſpecialis hz dupli cem ſenſum/ vnū de rigore ſermonis ꝛ in illo ſenſu ipſa eſt vera. nā pſeuerantia iuſticie eſt virtus ſpe cialis. id eſt vna ſpecies virtutis ſpecie diſtincta a qualibet alia q̄ non eſt pſeuerantia iuſticie/ꝛ per= ſeuerantia mānſuetudinis eſt vna virtus ſpecialis. et ſic de aliis. Aliū habet ſenſum ſm intentionem ponentiū eam/ qui ponentes eam volunt dicere q̄ pſeuerantia eſt vnū genus virtutis cō mune mult; ſpeciebus et ſub nullo genere virtutis contentū et in hoc ſenſu negamus eā. et ideo ad rōnē concedo maiorē accipiendo virtutē cōformiter ad primum ſenſum et concedo etiā concluſionē eodem ſenſu. Si accipiendo cōformiter ad ſecundū ſenſum ne= go maiorē. Aliter enī ex ea poſſet cōcludi de qua= cunq̄ ſpecie virtutis q̄ ipſa eſſet virtus ſpecialis id eſt eſſet vnū genus virtutis ſub nullo genere vir tutis contenta qō falſum eſt. vnde añs ſumank ge nera virtutis et vnde ſpecies non eſt hic dicendū. ¶ Ad ſextā dico q̄ argumentū p̄cedit cōtra eos qui negant pſeuerantiā eſſe virtutem cōtra quos infertur q̄ pſeuerantia eſt virtus / et q̄ p̄cepta eſt perſeuerantia. i. q̄ p̄ceptum eſt nobis operib⁹ per ſeueremus. i. q̄ ea faciamus q̄diu ꝛ quotiēs recta ratio dictat ea eſſe faciēda: ꝛ ſimiliter cōcedo illō

Perſeuerā tia eſt virt⁹ ſpecialis duplicē ha bēs ſenſum

perseuerantia necessaria est ad salutē. i. ad salutez necessariū est vt in bonis operibus perseuereamus ¶ Ad septimam dico q̄ longanimitas non est sic: virtus specialis q̄ sit vnū genus virtutis sub nullo alioc ōtentū sed dico q̄ est aliqua lōganimitas sub genere iusticie contenta: et aliqua sub genere fortitudinis. et sic de aliis ꝛ eodēmodo de pseuerātia quomodo tamen se habeat pseuerantia erga lō ganimitatē postea videbitur. ¶ Ad octauā negat maior accipiendo virtutē specialē primo modo.

¶ Ad nonā si inferatur conclusio de inesse neg at cōsequētia/ si inferatur de possibili ꝛ q̄ ly quot nō numeret nisi genera virtutū concedo ꝛ cōsequentiam ꝛ cōsequēs: licet in quolibet genere virtutis posset reperiri species et gradus pseuerantie non tñ quelibet species virtutis est pseuerantia: vt patet de simplici virtute et continētia ꝛ de virtute heroica. et ad pbationē negatur cōsequentia q̄ due albedines sunt qualitates corporales eiusdē spēi. sed pseuerantia nō est qualitas corporalis nec q̄libet due perseuerantie sunt eiusdē speciei. ¶ Ad decimā dico q̄ casu posito q̄ quis habeat plura bona opera et in oibus pseueret nulla perseuerantia eius est oia bona sua: sed vna eius pseuerantia est vnū bonū opus et alia aliud ꝛ sic de singulis: ꝛ cū dicis ergo est aliquod de istis aut nullum. Dico q̄ aliqua est aliqō et alia aliquod: sed nulla est quod libet nec omnia. ideo inferēdo falsum supponit cū dicit ergo cū ipsa sit oia. ꝛc. q̄ nulla est omnia bona. ¶ Ad vndecimā dico q̄ proprietas accipit dupliciter. vno modo p qualitate reali que inest alicui ꝛ sic negat antecedens scz q̄ desitio sit aliqua talis proprietas. si em̄ esset aliqua talis ꝓprietas tunc q̄reretur in qua re esset illa desitio non in re q̄ desinit q̄ illa non est cū desinit nec in alia re: quia tunc illa desineret esse. Sed alio modo accipitur proprietas p termino ordinate ꝛ non essentialiter predicabili sm se vel sm suum concretū de alio. et hoc modo cōcedo. hec em̄ est vera. hec res desinit et in hoc sensu cōcedo q̄ pseuerantia est quedam ꝓprietas. Nā de opere dicitur/ hoc opus est pseuerans ꝛ de homine iste homo pseuerat in opere iusticie et non solum concedo q̄ pseuerātia hoc modo est proprietas sed etiā primo modo/ q̄ in reiveritate pseuerantia est qualitas menti inexistēs. Et ad probationes dico q̄ affirmatiōes ꝛ negatiōes nec desitionē causant nec pseuerantiā licet ad taliter esse et non esse sicut significat per affirmationē et negationē sequatur a priori rem aliquam desinere esse et ad taliter esse sicut significatur per aliquas affirmationes sequatur a priori perseuerantiā esse Sequitur em̄ iste operatur et opabitur iuste: ergo pseuerabit in iusticia. Iste tamē affirmationes nō faciunt perseuerantiā sed voluntas pseuerantis ꝛ habitus ad perseuerandū inclinans ꝛ potētia exequens. ¶ Ad confirmationē dico q̄ si accipiat pseuerantia pcise p continuatione boni operis cōcedo antecedens p vtraq̄ parte et nego cōsequētiā eadem em̄ ratione ꝓbarem q̄ homo nō est aial sic animal non dicitur de sorte ex eo q̄ habet animam sensitiuā et rationalē sed ex eo quod habet animā sensitiuā. ergo quicq̄d dicit de sorte ex eo q̄ habet animā sensitiuā et rationalē est aliud ab aiali: sed homo vel animal rationale dicitur de sorte ex eo q̄ habet animā sensitiuā ꝛ rationalē: ergo homo vel animal rationale est aliud ab homine nego consequētiam ꝛ dico q̄ sicut habere animā sensitiuā est superius ad habere animā sensitiuā ꝛ rationalem ita animal est superius ad hominem. Et hoc argumentū bene concludit sicut em̄ omne habens animam sensitiuā et rationalē habet animā sensitiuā et non econtra ita etiā homo est animal et nō econtra ita etiā dico q̄ sicut esse iustuz est superius ad esse et fore iustū. nā omne quod est et erit iustum et non econtra ita iusticia est superius ad pseuerantiam iusticie. et mansuetudo ad pseuerantiā mansuetudinis et ideo si in ꝓdicto argumento proprietas iusticie et ꝓprietas pseuerantie capiātur secū de intentionaliter argumentū bene ꝓcludit q̄ vna non est alia sicut nec iste termin⁹ homo est iste terminus animal. Si aūt accipiatur prime intētionaliter nichil cōcludit vt clare patuit instantia

¶ Ad vltimā negatur añs et ad probationē nego maiorē. nego etiā q̄ quicūq̄ habet vnā virtutē habet omnes. Et si dicas q̄ quicūq̄ habet caritatē habet omnē virtutē necessariā ad salutē sed aliqs habet caritatē qui non habet pseuerantiam: ergo pseuerantia nō est virtus necessaria ad salutem. Dico q̄ sm illos qui ponunt cū caritate oēs virtutes infundi, duplex est pseuerantia. vna est infusa. alia acquisita. hic aūt agimus de acq̄sitis virtutibus. Sed aliqua virtus d̄ haberi tripliciter Vno modo in habitu. Secūdo modo in promptitudine animi. Tertio modo in vsu. Tūc dico q̄ pseuerantia acquisita non est simpliciter ad salutē necessaria q̄tum ad habitū nec q̄tū ad vsum: nec q̄tum ad promptitudinē animi. Patet de pueris nouiter baptisatis et statim decedentibus. Dico secundo q̄ pseuerantia non est necessaria q̄tū ad vsum nec q̄tū ad habitū in habente annos discretionis. probatur: q̄ possibile est q̄ aliquis post tēp⁹ discretionis inchoet aliquod bonū opus et cōtinuet p aliquod paruū tēpus ita q̄ nulla ī eo oriatur difficultas ex diuturnitate operis et sic continuando vel moriat vel incipiat dormire ꝛ dormiēdo moriatur. constat q̄ talis non habet pseuerantiā nec in habitu nec in vsu. Dico tertio q̄ in diuturno tēpore viuente post annos discretionis non est necessarium ad salutē habere pseuerantiā in vsu et opere p mēsura quo quis decedit. patet q̄ possibile est q̄ quis habens caritatē dormiendo decedat. Secūdo q̄ possibile est q̄ aliquis in extremis confiteat ꝛ conteratur et p paruū tempus post decedat seu dormiendo seu vigilando/ talis aūt non habet pseuerantiam in vsu: vt constat accipiēdo perseuerantiam eo modo quo accipit beatus Thomas Dico quarto q̄ in tali necessaria est perseuerantia in ꝓptitudine animi actualiter vel habitualiter. patet q̄ talis debet esse promptus ꝛ paratus: q̄ si recta ratio dictet sibi esse perseuerandū et non sit impedimentum q̄ ipse pseueret. Dico quinto q̄ pseuerantia est necessaria ad salutē per remotionē vitiorū oppositoꝝ. i. ad salutē necessariū est ne quis deserat opus propter tristiciā laboris aut diuturnitatis pro tempore p quo recta ratio dictat non esse dimittendū et ad hunc sensum puto intelligendus esse illud illud xpi. qui pseuerauerit vsq̄ in finē hic saluus erit non q̄ ꝑcipiat vnūq̄q̄ debere habere actum virtutis immediate ante instans desitiōis sue quin tunc nullus qui ante decessum suū care-

Ad argu. sophisti.

Acceptiones ꝓpetatis.

Virtutes nō sunt cōnexe

Perseuerantiano est necessaria ad actum vel habitum

ret vsu rationis saluaretur: sed potius prohibetur mollicies que est carentia psequentie p tempore p quo recta ratio dictat de necessitate salutis esse psequendū. ¶ Rationes ad q̄stionem solute dictis.

QUerunt ideo. Utrum psequentia importet tantū difficultatem cuenientem ex diuturnitate operis? Arguitur q sic aliquis ideo dicit tantū perseuerare q diu psequitur opus suū. ergo cum psequi importet difficultatem aliquā seq̄t q importat tantū difficultatē prouenientē ex diuturnitate opis. In oppositū arguitur sm Ari. psequi est cōtinere. ergo in omni opere est psequentia in quo contra tristicias z molestias tenemus et cōtinuam⁹. ¶ Notandū est q sm beatū tho. psequentia et cōstātia cuenīūt differūt. cōuenīūt in hoc q ad vtrūq; pertinet psistere firmiter in aliquo bono. sed differunt sm eā que difficultatē affert ad psistendū in bono. nam virtus psequentie ppie facit psistere hominē in bono cōtra difficultatem q̄ prouenit ex diuturnitate operationis. cōstantia vero facit firmiter psistere in bono contra difficultatē que cuenit ex quibuscūq; aliis impedimentis exterioribus est difficile improbare hāc sententiā q dependet ex impositione terminorum quā difficile est pbare. constat tamē q hoc non est dictū conformiter ad intentionē Ari. arguit tamē contra opinionē sic incipiet aliq̄s opus fortitudis et cum diu ptinuat propter molestiā diuturnitatis et non ob aliā causam deserat: tūc sic cōstat q talis nec psequens est nec cōstans et tamen non retrahitur ab opere nisi ppter molestiā diuturnitatis igitur. ¶ Secundo arguit auctoritate Arist. vii. ethi. exp̄sse diffinientis q psequentia est cū quis contra vehementes tristicias tactus z gust⁹ quas multi vincunt pmanent: aut in ratione et electiōe recta constat autē q p̄ter tristicias diuturnitatis sunt multe alie vehementiores. q si quis dicas q Tho. dicit exp̄sse se aliter accipere psequentiam q̄ Ari. acceperit: hoc non sufficit q in vsu terminorum nos debemus maxime p̄formate doctorib⁹ antiquis nisi constet de abusu q si pprietatem et ortū termini cōsideremus nō habebitur ex hoc q psequentia dicat tantum hmōi diuturnitatis difficultatem psequens a seueris maxime videt ducit flecti/ et ideo sicut seuerus est q̄ non mouet acerbitate molestie ne verū rigorē legis in alterum exerceat et inde seuerus sm hugu. quasi satis verus z psequens est qui nulla molestia pene aut tristicie a veritate rationis z rectitudine electionis retrahitur. q si dicas q psequerare ex per z seuerare cōponitur hoc nō aduuat q seuerare quod non ē in vsu non aliud significat q̄ cōpositū eius quo loco ipsius scz vtimur assueramus. assuerare autē diuturnitatē nec continuationē operationis sed magis idē quod asserere et affirmare significat licet forte aliud cō notet. assuerare cīm est inter ipa argumenta pbationesq; admiscerevim animi ac motum vt factus indignū. dico ergo pbabiliter q ista quatuor stabilitas/ longanimitas/ psequentia/ et constantia hoc modo differunt. nā stabilis dr̄ ille q persistit in opere bono inchoato nec ab eo retrahitur ppter aliud opus bonū p̄opter quod recta ratio dictat p̄mū non esse deserendū: z ideo vocamus eos instabiles q̄ vix vno inchoato aliū inchoant primo derelicto contra iudiciū rationis lōganimitas est qua pars psistit in opere bono contra molestias ex diuturnitate opis cuientes. et iudicio meo. longanimitas ppie significat id quod beatus Tho. dicit significari p psequentiā: psequentia est qua q̄s persistit in opere bono contra tristicias vehementes infra facultatem hois posi tas ab opere retrahentes siue ille ex natura opis siue ex diuturnitate siue ex loco: siue ex modo: siue ex alia quauis circunstantia siue ab intrinseco: siue ab extrinseco cuentant. et hoc siue in psistendo firmus sit siue mutet ac vacillet constantia videtur mihi addere tria super psequentiā: primū est firmitas in psistendo ita q qui vere constans psistit nec tamen in persistendo mutat aut vacillat alterum est q̄ p psequentiā solū persistimus in opere contra tristicias p constantiā vero iā contra tristicias q̄ contra delectationes tā etiā cōtra persuasiones retrahentes ab opere psistimus ita q martires non solū dicebant constantes q̄ non flectebantur terroribus sed etiaz q̄ non mouebantur p̄miis et muneribus/ tertiū q̄ perseuerantia non certat nisi contra tristicias q̄ sunt infra cōmunem hominū facultatē et quas multi vincunt. sed constantia certat contra tristicias z delectationes sive sint supra cōmunē facultatē hominū siue infra et ideo de gloriosis martiribus canit ecclesia.

O constātia martirū laudabilis. ¶ Prima cōclusio: omnis lōganimitas est psequentia z nō econtra. pbatur sicut se habet obiectū ad obiectū: ita et habitus ad habitū et ipsa habituū nomina: sive signa: sed tristicia ex diuturnitate infra cōmunem hominū facultatē positā que est obiectū longanimitatis est inferius ad tristiciā infra cōmunem facultatē hominū positaz: ergo et longanimitas est inferius ad psequentiā/ z ita omnis lōganimitas est perseuerantia: et non econtra. Aduerte tamen q si diceretur q longanimitas cōnotaret tristiciā ex diuturnitate sive illa tristicia esset infra communem hominū facultatē siue non tunc consequēter loquendo aliter dicendū esset tunc cīm longanimitas et psequentia non se haberēt sicut superius z inferius nec obiecta eor̄ et p̄dicarentur de seinuicem particulariter et indefinite z neutrū de altero vniuersaliter. ¶ Secūda conclusio licet aliqua perseuerātia constantia sit non tamen omnis perseuerantia est cōstantia nec omnis cōstantia psequentia est. prima pars pbatur. psequentia qua quis firmiter et sine vacillatione insistit operi contra tristiciā retrahentē est constantia. igit. secunda pars patet q̄ psequentia qua quis insistit operi eidem cōtra simile tristiciā: sed cū vacillatione multa p̄cedente non est cōstantia. tertia pars probatur. q̄ constantia q̄ est circa tristiciā excedentē cōmunē facultatē hominū non est psequentia nec illa etiā constantia q̄ est circa delectationē retrahentem ab opere bono est psequentia sed magis continentia. ¶ Tertia cōclusio psequentia nō dicit de ratione sua cōtinuationē actus boni vsq; in finem vite. pbatur conclusio. q̄ vt dictū est de ratione psequentie non sunt nisi quatuor. primū scz persistentia in actu virtuoso sm q̄ sit pugna ex tristicis. tertiū q̄ ille sint vehementes. quartū q̄ ille sint infra cōmunem hominū facultatem. Sed hec

R.

Cōditiōes psequentie

tho. 2. 2. q. 127. art. 2.

Contra Thomam.

vbisu. ar. 1. ☞

Gramatica sunt hec

quatuor nec diuisum nec coniunctū inferunt q̄ ad perseuerantiā exigat continuatio actus bonivsq̄ in finem. Secundo aliqs frequenter hz actum interruptū qui pseuerare dicit vt patet de ieiunente in quadragesima qui interrūpit ieiuniū z quiescit a ieiunio diebus dñicis. patet etiā de pseuerāte in fide qui aliqñ tamen interrūpit actum fidei puta dormiendo vel alia negociando q̄ tñ non interrūpit p actum contrariū sed per cessationē ab actu ideo dicit perseuerare in fide. ¶ Aduertendū est tamen q̄ sm beatū Thomā questione de perseuerātia articulo primo in rnsione ad sm eodem note aliquando noiatur virtus et actus virtutis vt cū ait Augu. super iohan. fides est credere quod non vides / potest tñ contingere q̄ aliquis hz habitum virtutis q̄ non exercet actū sicut aliquis pauper habet habitū magnificentie: et tñ non habet actum quandoq̄ vero aliquis habēs habitum incipit quidem exercere actū sed nō perficit puta si edificator incipiat edificare et nō cōpleat / addit sic ergo dicendū est q̄ nomen pseuerantie quandoq̄ sumit̄ pro habitu quo qs eligit pseuerare / quandoq̄ pro actu quo qs perseverat z qñq̄ habens habitū pseuerantie eligit pseuerare et incipit exequi aliquā diu pstendo non tñ complet actū q̄nō pstitit vsq̄ in finem. est aūt duplex finis: vnus q̄ est finis opis / alius aūt qui est finis humane vite. Per se aūt ad perseuerantiā pertinet vt aliquis pseueret vsq̄ ad terminū virtuosi operis / sicut q̄ miles perseueret vsq̄ in finē certaminis et magnificus vsq̄ ad consummationē operis / sunt aūt quedā virtutes quarum actus p totā vitam durare debent sunt spei / fidei / et caritatis q̄ respiciunt vltimū finem totius humane vite. et ideo respectu harū virtutū q̄ sunt principales nō consummat̄ actus pseuerantie nisi vsq̄ ad finē vite. et sm hoc dicit Aug. libro de pseuerantia q̄ nullus potest dici pseuerantiā habere q̄diu viuit. ex istis verbis apparet q̄ in aliquibus actibus bonis nō est de ratione pseuerantie q̄ continuetur actus vsq̄ in finē vite: sed sufficit q̄ continuetur vsq̄ in finē operis hoc est vsq̄ in finē quē sm rectā rationē debet habere opus q̄ cū oē op⁹ continuatū continet̄ quousq̄ definat nisi ita exponeretur sequeret̄ q̄ in omni opere virtuoso saltem continuato pseueraret̄ vsq̄ ad finem operis / siue hec opinio vera sit siue falsa non volo multū insta re contra cā q̄ onerosus est disputare de significatione terminoꝝ. sequentes tamen p̄dictā opinionē iudicio meo habent cōcedere q̄ sequuntur. primū est q̄ de aliquo actu vere dī aliquando q̄ fuit pseuerantia de quo tamen nunq̄ fuit verū dicere pri⁹ q̄ est pseuerantia et de aliqua creatura rationali verū est aliquando dicere pseuerauit in operibus caritatis de qua nunq̄ prius fuit verū dicere hec creatura pseuerat in opere caritatis. Secundo sequitur q̄ per aliquid mere naturez q̄ nullomodo est in potestate operationis aliqs actus qui nunq̄ fuit pseuerantia incipit fuisse pseuerantia: patz q̄ mors qui est terminus vite est aliq̄d mere naturale que nō est in potestate operantis ante aūt instans mortis actus ille amandi deū caritate nunq̄ fuit pseuerantia z tamen instanti mortis incipit fuisse pseuerantia. Tertio sequit̄ q̄ aliquis actus bon⁹ et laudabilis imperatus ab aliqua virtute mediā te actu eius elicito p tempore p quo sm omnē circunstantiam bene fit non sortietur denominationē illius virtutis a qua imperatur vel cuius electioni est conformis patet q̄ talis actus pstendi in opere caritatiuo imperat̄ a perseuerantia z tñ non denominatur esse perseuerantia nisi in fine vite.

¶ Quarto sequit̄ q̄ perseuerātia est virtus et tamen eius operatio virtuosa z laudabi lis non pōt esse operatio pseuerantie. patet q̄ vel esset operatio perseuerantie anteq̄ esset z hoc nō vt constat vel quando est z hoc nō q̄ tunc nō haberur adhuc finis operationis vel postq̄ fuit et hoc non q̄ ipsa non est. tū etiam q̄ cū operatio non est nullus pseuerat ergo nulla operatio tūc est perseuerantia.

Quinto sequit̄ duoꝝ hominū oīno vnifoꝝmū tam in ratione q̄ in electione volūtatis q̄ in opere exteriori vsq̄ ad aliquod instans de vnovere dicetur q̄ perseueraverauerit et de alio vere dicet̄ q̄ non pseueraverit patet moriat̄ vnus in illo instanti et non alius. Ista sunt q̄ michi videntur sequi ex prędicta opinione / ad quā tamen ponendā nec ratio nec auctoritas cogere videtur. ¶ Quarta conclusio pseuerantia non dicit de per se z de ratione sua continuationē actus vsq̄ in finē nec vite nec operis. primū patet ex p̄cedenti conclusione / secundū patet q̄ aliquando aliqs vere perseverauisse dicit̄ qui nō compleuit opus sed impeditus fuit p interuentionem mortis: vt patet de multis q̄ tēpla magnifica inceperunt ante quoꝝ cōplementū ex hoc seculo transierunt. secūdo patet de his qui p violētiam impediūtur ne expleant quod inceperunt.

¶ Quinta cōclusio: perseuerantia nō dicit de ratione sua q̄ opus tandiu continuetur q̄diu recta ratio dictat esse continuandū. p̄batur si recta ratio dictet alicui q̄ debet ieiunare p. xl. dies z velit ieiunare p. xl. dies et cōtinuet istud p̄positum et opus conforme p tres dies tunc iste vere dicit̄ perseveraſſe in ieiunio p tres dies et tamen non ieiunauit nec ieiunabit tandiu q̄diu recta ratio dictauit esse ieiunandū. igitur. Secūdo actus exterior habet totaliter bonitatē et malicia tam sm gen⁹ q̄ sm speciē quā etiā sm gradū ad actu interiore sed p̄positū siue electio voluntatis quā iste habuit est vera pseuerantia interior ab habitu perseuerantie elicita et habet p obiecto quadraginta dies sicut et dictamen ipsum; ergo z actus ieiunādi per primū diem est pseuerantia et actus ieiunādi p secundū et p tertiū et generaliter omnis act⁹ imperatus mediante electione volūtatis rationi conformi. ¶ Sexta conclusio si recta ratio cadat sup circunstantiā diuturnitatis tēporis z non electio opus exterius etiā q̄tuncunq̄ duret non erit pseuerantia: verbi gratia: recta ratio dictat egroto q̄ est vacandū a studio p quatuor horas egrotus p̄ponit non cessare nisi p tres z nichilominꝰ cessat p quatuor non credens cessare vel vacare a studio nisi p tres. Dico q̄ ista cessatio a studio non est opus pseuerantie aut dictat ratio alicui q̄ est abstinendum a cibo p integrum diē z eligit abstinere p mediū tantū / et nichilominus aut quia non reperit cibum: aut q̄ impedit̄ abstinet p integrum diem. dico q̄ iste actus abstinentie non est pseuerātia. p̄bat̄ sic talis nō immanet electioni recte q̄ non habet rectā electionem vt ostat nec immanet libere et sponte rationi recte q̄ immanētia libera rationi non fit nisi p electionem rationi conformē

Correla. expositi de sequentia.

Contra Thomā.

iste autem non habet electionē rationi conformen igitur. ¶ Septima cōclusio: licet ille qui per partem temporis immanet electioni recte dicat perseuerare nisi tamē imaneat q̄diu recta ratio dictat esse immanendū/ talis nō dicit perseuerasse q̄diu tenetur aut q̄tū honestum est eū perseuerare. prima pars patet talis immanet p aliquo tpe rōni z electioni recte igit pro aliquo tempore pseuerat z pseuerauit. Secūdo probat qz talis tenet insistere operi p. xl. dies aut p aliquod certū tempus vt dictat recta ratio z non insistit: ergo non pseuerat q̄diu tenetur vel honestū est eū perseuerare

¶ Octaua cōclusio in aliquibus opationibus ad diuturniorē perseuerantiā tenemur q̄ in alijs pro batur recta ratio dictat aliqua opera esse diutius continuanda z frequētius esse facienda q̄ alia igit antecedens patet satis ex eo quod allegatū est ex Thoma de magnifico ope et de actibus spei fidei et caritatis. actus enī caritatis in deū est frequenter eliciēdus z nunq̄ interrūpendus per actū contrariū licz necesse sit ipsum interrūpi p cessationē ab actu. non puto tamē hoc esse verū de oīni actu caritatiuo et maxime de eo qui est ad proximū bonum et respectu boni tēporalis: nā actus quo ego volo proximū bonū aliquod tēporale eo qz recta ratio dictat michi q̄ per illud bonuz tēporale erit primo simpliciter melius ad salutē: actus enī ille finaliter propter deū factus est caritatiu⁹ z tamē si postea constet michi q̄ per illud bonū est sibi deterius ad salutē ego possuz rationabiliter interrūpere actū illum caritatiuū per actū contrariū qz primus desinit esse caritatiuus: et secūdus incipit esse caritatiuus actus scz quo nolo sibi illud bonū temporale. Idē est iudicium de aliquo actu fidei. nā actus fidei quo ego credo antixp̄m esse venturum aliquando interrūpetur in viro fideli p actū contrariū postq̄ scz venerit sicut actus quo aliq̄s credebat xp̄m esse venturuz interruptus est per actū contrariū cum hereticū sit nunc credere aut asserere xp̄m esse venturū. Ex quibus patz q̄ aliq̄ actus virtutū theologicarū possunt interrūpi per actum contrariū. non obstāte q̄ respiciant vltimū finem. ex hoc eodē etiā patet q̄ actū aliquē respicere vltimū finem vel nō respicere non est causa q̄ sit vel non sit per totā vitam cōtinuendus/ sed prō xima causa est dictamen recte rationis dictantis hoc modo vel aliter actū esse continuandū. Recta autē ratio fundatur in obligatione vel honestate. sunt aūt quedam p̄cepta que obligant semp z pro semper vt non occides/ non furtū facies. sunt alia que obligant semp sed non p semp: vt colere deuz diligere proximū/ sperare/ credere/ credere trinitatem p̄sonarū. alia sunt q̄ obligāt sed nec semp nec pro semp vt velle proximū omne bonū q̄d ego michi volo credere antixp̄m esse venturuz. talia non obligant nisi cū actus circa ea est virtuosus z bonusq̄z ergo in casu dabili diligere proximū ad tale bonū nō est actus caritatiuus/ credere antixp̄z futurum aliquando nō erit actus fidei: ideo tūc non obligant: et possunt immo debent interrūpi p actū contrariū. eodēmodo dicēdum esset de honestate. aliqui enī actus sunt qui quocūq̄ tempore fiāt cū eisdem circunstantiis. honesti sunt z boni. aliq̄ vero qui vno tēpore sancti honesti sunt alio vero tēpore sunt inhonesti et praui. ¶ Contra primam conclusionem arguitur sic nulla res est iferior vel superior ad aliā ergo nec obiectū longanimitatis ad obiectū perseuerantie nec habit⁹ longanimitatis ad habitū pseuerantie. ¶ Secundo aliquis heroicus est longanimus: sed null⁹ heroicus est pseuerans: ergo aliquis lōganimus nō est perseuerās et p consequens longanimitas non est inferior ad perseuerantiā. ¶ Ad primā concedo antecedens de re q̄ non est signū. superioritas enī et inferioritas sunt passiones rerū q̄ sunt signa/ z nego consequētiam qz inferius z superius faciunt terminos quibus adduntur teneri p signis significantibus z nō pro rebus significantis. Et ideo in p̄dictis propositionibus obiectū z habitus tenetur pro terminis res que sunt obiecta et q̄ sunt habitus significātibus. ¶ Ad secundā dico q̄ si longanimitas accipiatur vt cōnotat diuturnitatē cuius difficultas infra facultatē hominis positā est nego maiorē: si aūt accipiatur generaliter vt cōnotat quācūq̄z diuturnitatem retrahentē ab opere scit concedo maiorē et conclusionē. ¶ Contra secundā cōclusionē arguitur sic. omnis cōstantia est patientia qz cōstantia ad patientiā pertinet: sed nulla pseuerantia est patientia: ergo nulla pseuerantia est constantia ergo ista est falsa aliqua constantia est perseuerantia. ¶ Secundo qz vel pseuerantia se habet vt supius ad constantiā: et tūc omnis cōstantia est pseuerātia vel vt inferius: et tūc omnis pseuerantia est cōstantia vel vt equale z tūc vt vnū de altero vniuersaliter affirmatur vel vt extraneuz: et tunc ista est falsa aliqua perseuerantia est constantia.

¶ Tertio cōstantia est in operibus magnis tantū perseuerātia. aūt in paruis: ergo nulla constantia est pseuerantia. prima pars p̄bat: qz constātia tm in illis operibus est in quibus difficile est cōstantē esse. ¶ Ad primā dico q̄ si patientia accipiat primo et secundo modis supius positis cuz agebatur de patientia. maior est vera et minor falsa. si vero accipiatur tertio modo tunc minor est vera et maior falsa. ¶ Ad secundā dico q̄ pseuerantia nec est fu superius ad cōstantiā nec infertus nec equale nec vt extraneū sed vtrūq̄z particulariter excedit alterum aliqua eīn perseuerantia est q̄ non est cōstantia et aliqua cōstantia est q̄ non est perseuerantia. quomodo se habent albū et dulce. aliquod enī dulce est album et aliq̄ album nō est dulce z aliquod dulce nō est albū. ¶ Ad tertiā negatur p̄ia pars antecedentis accipiēdo magna opera p illis operibus que sunt supra cōmunē hominum facultatē et ad probationē dico q̄ in operibus paruis id est positis infra cōmunē facultatē hominuz cōstantē esse frequenter difficile est. ¶ Contra tertiā cōclusionem arguitur sic pseuerantia cadit sub p̄cepto sed non adimplet perseuerātie p̄ceptum nisi continuetur bonus actus vsq̄z in finē vite: cū soli tali promittat salus. sīn illud qui pseuerauerit in finē: hic saluus erit. ¶ Secundo de ratione pseuerātie est q̄ continuet tandiu q̄diu recta ratio dictat eā esse continuandā. recta ratio dictat aliqua opera esse continuanda vsq̄z in finē vite: ergo de ratione pseuerantie est q̄ continuet vsq̄z in finē vite. minor patet de actu caritatiuo respectu dei quē recta ratio dictat nunq̄z interrumpendū esse p actum contrarium. ¶ Tertio aliud est manere in caritate et aliud p̄manere in caritate: qz licet ille maneat in

Contra Thomam.

Argumen. tho. 2. 2. q. 137. arti. 3.

caritate qui continuat [illegible] tempus non tamen
pmanet in caritate nisi continuet vsq; in finē ergo
similiter nullus pseuerat in caritate nisi continuet
opus vsq; in finem. ¶ Ad primā dico q aliqua per
seuerantia cadit sub p̄cepto illa scz cuius act⁹ ca
dit sub p̄cepto et aliqua non illa scz cuius act⁹ nō
cadit sub p̄cepto sed bene sub consilio. Et ad mio
rem dico q p̄ceptum aliquod dr̄ adimpleri duplici
ter. Uno modo adimpletione faciente simpliciter
cessare obligationē ad illud p̄ceptum et sic; conce
do minorē de aliquibus p̄ceptis scz de p̄ceptis sp
obligantibus. Alio modo dicitur p̄ceptū imple-
ri adimpletione p qua satis fit p̄cepto p̄o aliqua
mensura tēporis: sicut laicus cōfitens in festo pas
che omnia peccata sua adimplet p̄ceptū hocmo
do non qz sit totaliter z simpliciter p actum illum
deobligatus a p̄cepto: sed qz per actū p̄o aliquo
tempore illo satis fecit p̄cepto. Ꝑer idē eīm argu
mentum p̄obaret non solū q nichil esset perseue
rantia nisi continuaret vsq; in finē: sed etiā proba
retur q nullus amor dei caritatiuus esset amor dei
caritatiuus nisi cōtinuaret vsq; in finem: qz null⁹
talis adimplet nisi vsq; in finem cōtinuet: quia nō
cessat obligatio ante finē: et quotienscūq; interrū
putur p actum, contrariū interrūpens demereret
penā eternā. ¶ Ad secundā nego primā partē an-
tecedentis/ sed sufficit q sit p̄positū continuādi
ea q̄diu recta ratio dictat esse cōtinuāda z q̄diu
manet illud p̄positū efficax. manet pseuerantiā
cū opere exteriori manet pseuerantia: si autē ma-
net ꝓpositum et opus exterius impedit tunc ma-
net in interiori actu perseuerantia qz electio ima-
net rationi recte. si aūt cesset p̄positū z opus ex
terius tunc cessat perseuerātia tā in actu exterio-
ri q̄ interiori. si aūt cesset ꝓpositum et manet op⁹
exterius tūc cessat etiā pseuerantia virtuosa quia
licet actus exterior immaneat rationi qz tamē nō
immanet mediante electione recta: ideo actus ille
exterior non est perseuerantia virtuosa z laudabi
lis. Exemplū exponit aliquis ignī p fide xp̄i: hic
post aliquantā tollerantiā ex nimietate cruciatus
reuocat p̄positū mentis z iā non vult pati penā
ignis p fide xp̄i et clamat q̄tum potest vt ab igne
eripiat et forte negat fidē nichilominus relinquit
cruciatus: iste actus tollerandi cruciatū ignis est
conformis recte rationi/ sed qz nō est voluntarius
nec spontaneus: ideo non est perseuerantia.
¶ Ad tertiā dico q q̄tuncūq; differant manere et
pmanere in caritate/ manere tm nō includit in sua
significatione manentiā vsq; in finē: sed tantū p̄fe
ctam manentiā que p̄fectio potest contingere aut
ex p̄fectione graduali ipsius caritatis: aut ex per
fectione alicuius magni operis caritatiui: aut ex
laudabili z forti resistentia quā p tunc habuimus
contra passiones impugnātes in nobis opus cari
tatis: ideo nec perseuerare includit in ratione sua
continuationē actus vsq; in finē: si eīm hoc include
ret cū dicit xp̄us. qui pseuerauerit non addidisset
vsq; in finem. ex his eīm verbis apparet q aliquod
est pseuerare quod non est vsq; in finē. ¶ Contra
quintā conclusionē arguit sic: actus ieiunantis p
tres dies non est actus conformis iudicio recte ra
tionis: ergo talis nō immanet recte rationi per ie
iunium tertiū dierū: ergo ieiuniū illud tertiū dieꝫ
non est perseuerantie: añs patet qz ieiunare p tres
dies tantum non conformat se rationi dicenti q ie
iunandum est p. xl. ¶ Secunda talis nō habz p̄o
positum ieiunādi tā diu q̄ diu recte ratio dicat eē
ieiunandū: ergo talis nec rationi nec electioni re-
cte immanet et antecedens p̄obat: qz recta ratio
dictat esse ieiunandum per. xl. dies z non habetur
p̄propositū ieiunandi nisi p tres. ¶ Ad primā rōnē
dico q aliquis actus dr̄ cōformis recto dictamini
et etiā recte electioni dupliciter. Uno modo simpli
citer et sm omnē circunstantiā que est obiectū ra
tionis dicentis et volūtatis eligentis et sic conce
do q circunstantiā rationis dictātis et volūtatis
eligentis est circūstantia. xl. dierū et ieiuniū nō est
nisi triū dierū. Alio modo sm omnē circunstantiā
rationis dictantis z volūtatis eligentis nō vniuer
saliter: sed q̄ potest cōuenire actui p mensura illa
p qua dicitur exercitus z hocmodo dico q ieiuniū
triū est rationi et electioni conformis. dictans eīm
esse ieiunandū per. xl. dies dictat esse ieiunandum
per primū secundū tertiū quartū: et sic de aliis/ z
in tribus constat q non potest esse ieiuniū. xl. die-
rum sed qz de facto exercetur ieiuniū tantū et tan
diuturnū exigit rectū illud dictū rationis exerce-
ri p illos tres dies. ideo dico q in ieiunio istorum
triū dierū se conformat ieiunans rationi. Et sup-
pono semp q per illos tres dies assit p̄positū ie-
iunandi p. xl. dies. ¶ Ad secundā distinguo antece
dens qz vltimā diu in prima parte determinat hoc
verbū habet. et in secunda li dictat/ et tūc est sen-
sus q p̄positū ieiunandi non durat in eo tāto tē
pore quanto tēpore durat dictamen quo dictat eē
ieiunandū z tūc siue sic siue non negat p̄sequentia
qz non oportet dictā et electionē tempore cōmen-
surati. Uel invtraq; hoc aduerbium tandiu q̄diu
determinate verbū ieiunandi et sic est sensus talis
non ꝓponit ieiunare tandiu q̄diu ieiunandū esse
recta ratio dictat et sic negatur. potest dari etiam
tertius sensus sm q in prima li tandiu determinat
hoc verbū habet: et in secunda ieiunandū z sic ite
rum nichil ad ꝓpositum vel econtra. In secunda
determinat hoc verbū dictat: et in prima ieiunan
di et sic nichil ad ꝓpositum. ¶ Contra sextā con-
clusionē. Arguitur sic volo q recta ratio dictet eē
ieiunandū p. xl. dies et prima die voluntas elig at
ieiunare per primū diē non eligat tamen ieiunare
per. xl. similiter secunda die eligat/ et tertia z quar
ta et ita continuet per quadraginta dies. Tūc sic
iste p̄seuerauit in ieiunio. xl. dierū et tamen nunq̄
habuit p̄propositum ieiunandi p. xl. dies. igitur stat
p̄propositū non cadere sup totā circunstantiam diu
turnitatis et tamen opus exterius esse perseuerā-
tiam. ¶ Ad hanc rationē respondeo q vel iste in
prima die et similiter in secunda et in tertia cū vo
litione cadente super ieiunū prime diei habet no
litionem cadentē sup. xl. dies qua scz nolit positi-
ue ieiunare per. xl dies vel cum hmōi volitione ieiu
nij p̄o prima die non habet hmōi nolitionē sz etiā
negz volitionem ieiunij. xl. dierū. si primum dico q
agit positiue contra iudiciū recte rationis z se illi
iudicio difformat qz recte rō dictat esse ieiunandū
per. xl. dies: et iste habet nolitionē ieiunandi p. xl.
dies. si secundū dico q negz immanet formaliter re
cte rationi dictandi esse ieiunandū p. xl. dies negz
se positiue ei difformat qz positiua difformitas fit
per nolitionem eius quod dictatuz est esse a recta

Nō omnis pseuerātia est de p̄cepto.

ratione/et forte iste equiualenter se conformat recte rationi/qz in fine habet tot proposita ieiunandi p vnum diem q equiualent vni proposito ieiundi per.xl.dies/hoc agunt modo multi nouicij z incipientes in via religiose vite qui si vno proposito cõplecterentur omnia pcepta regule vel aliquod graue pceptum scõm quãlibet partem eiusstatim mole et pondere pcepti obruerentur et ideo diuidunt ea per partes ita q pposituz eoz fertur supra partes sibijnuicem succedentes/ et per multa pposita adimplent que p vnum adimplere nõ potuissent. Onus em quod simul totũ ferre nõ possumus est p partes diuidẽdum et ferendum. et cum dicis talis pseuerat in ieiunio.xl.dierum. istaz ego nego de rigore sermonis licet enim talis in ieiunio xl.dierum pseueret quia pseuerat in ieiunio istius appellatio| diei et pseuerat in ieiunio illius diei et sic de aliis. tamen non perseuerat in ieiunio.xl.dierum.

¶ Pro quo est aduertendũ q ad veritatem istius iste perseuerat in ieiunio.xl.dierum exigit q sit aliqua vna pseuerantia qua perseueret in ieiunio.xl. dierũ aut multe pseuerantie vnaz integrãtes: sed non potest esse vna neq multe vnã integrãtes nisi vnum sit pposituz respectu ieiunij.xl.dierũ/ideo cum iste non habeat ex casu aliquod vnũ pposituz ieiunandi p.xl.dies ideo nec iste perseuerat in ieiunio.xl.dierum. sed ad veritatẽ istius iste in ieiunio xl.dierum pseuerat non exigit vnum pposituz neq aliqua vna pseuerantia neq multe vnã integrantes/sed sufficit q p quemlibet diem.xl.dierum habuerit pposituz ieiunandi et ita sunt ibi multa p posita et multe pseuerantie neq pposituz vnum Arg.tho. neq perseuerantiã vnam facientes. ¶ Cõtra pri que.vbi su. mam partẽ.vij.conclusionis arguit sic ẽm Aug. arti.1. nullus q diu viuit potest dici habere pseuerãtiam ergo ille qui immanet recte rationi pro parte temporis non est dicendus pseuerare. ¶ Secundo sic sequeretur q pseuerantia posset amitti sicut z alie virtutes sed ẽm Augusti.eodem libro nullus Tho.ar.2. potest perseuerantiã amittere.igitur.

¶ Ad primã respondeo q dupliciter potest intelligi q nullus potest habere pseuerantiã q diu viuit Uno modo q null9 q diu viuit possit habere actũ qui est perseuerantia et sic negatur. Alio modo q nullus possit habere pseuerantiã habitione deobligante eum ab actu pseuerandi et hoc est verũ maxime in pceptis semp obligantibus. Sed qz eodẽ modo potest dici de actibus aliarũ virtutũ nullus em potest habere caritatẽ habitione deobligante eum ab actu caritatis. ideo potest dici q pseuerãtia potest accipi dupliciter. Uno modo p ipso habitu perseuerandi ẽm q est virtus z actu a tali habitu elicito. Et hoc modo potest quis habere pseuerantiã et amittere dum viuit. Alio modo potest accipi p actu talis habitus durante vsq ad mortem hoc est non interrupto p actum contrarium z de tali loquitur Augu. Hanc distinctionem ponit fere Thomas questione de pseuerantia. arti.iuj.

¶ Ad aliã simpliciter respondetur accipiendo esse perseuerantiã pro actu perseuerandi durante vsq in finẽ vite/hoc modo nomen pseuerantie sicut et illud complexũ connotat continuationẽ act9 non tantum in futurum sed etiam vsq in finem. et hoc modo accipiendo nullus potest perdere eam sicut supra declaratum est. sed potest dupliciter intelligi q nullus habeat eã dum viuit. vno modo q nullus habeat eã habitione transeunte in pteritũ dum viuit qua habentur alie virtutes. aliquis em sic est iustus q impossibile est post hoc instans cuz non fuisse iustũ et hoc modo non potest haberi pseuerantia q diu viuit alio modo aliquid dr habere habitione non transeunte in pteritum sed semper a futuro dependẽte q diu viuit. Et hoc modo põt haberi pseuerantia cũ viuitur. Primo modo autẽ loquitur Aug. q autẽ posset haberi secũdo modo patet volo em q detur aliquis actus caritatiuus qui nunq interrumpet per actũ contrariũ neq p omissionẽ culpabilem. Arguo sic: iste est actus caritatiuus q durabit vsq in finẽ: ergo iste act9 pseuerãtie vsq in finẽ. et hoc argumentũz ponendo q pseuerare est connotatiuũ futuri modo dicto. si autẽ non esset hoc modo connotatiuũ tunc dicendum esset sicut supra dictũ est: et simpliciter cõcedendo q nullus q diu viuit habet pseuerantiã et q nullus potest amittere perseuerantiã. Rationes ante oppositum solute sunt ex dictis.

Queritur tertiobutrum

ad pseuerandum indigeamus auxilio gratie? Arguitur q non omnis virtus sufficienter inclinat in actũ suum: sed pseuerãtia est virtus. igr ad pseuerandũ non indigemus auxilio gratie. In oppositũ est Augu. libro de pseuerãtia dicens. Asserimus donũ dei esse perseuerãtiam qua vsq in finẽ perseueratur in xpo. Circa hanc questionẽ non intendo multum immorari quia radix alibi tractabitur cum sez agetur an quis bene possit moraliter agere sine auxilio dei speciali.

¶ Pro qstione tñ aduertẽdũ est q pseuerãtia põt accipi dupliciter. Uno modo p habitu ipso perseuerãtie inclinante ad immanendũ rõni et electioni recte cõtra vehementes passiones tristicie retrahẽtes a bono opere infra tñ cõmunẽ hoim facultatẽ positas. Aliomodo accipit p actu et hoc dupliciter vno modo p actu elicito mediãte tali habitu siue duret vsq in finẽ vite siue nõ. Secũdomõ p actu durãte vsq in finẽ vite. Et hoc adhuc dupliciter. vno modo p actu inchoato ab initio legis xpi suscepte et cognite sicut cõtingit in eo q nunq culpabiliter moraliter interrumpit pseuerantiã. Scõo modo p actu durante in finẽ vite inchoato a tẽpore quo quis p detestationẽ lapsus sui xpo conciliatur qõ frequẽter cõtingit multũ ppe finẽ vite. Ñ autez accipitur p habitu adhuc dupliciter. Uno mõ p habitu infuso: alio mõ pro habitu acqsito z generato ex actibus. ¶ Tũc sit prima cõclusio. Perseuerãtia habit9 infusus idiget dono habituali gre nõ ex natura rerũ sed ex institutione dei q ita ordinauit se nulli creature rõnali infundere pseuerantiã habitũ nec alias virtutes morales nisi simul gras infudat. Sz tñ cõstat z q gras sine aliis virtutib9 et alias ptutes sine gra põt infũdere. Hec pclo ẽ sctũ Thome de qua alias diffusius dicet. ¶ Scõa cõclusio. Perseuerãtia habit9 acqsitus lz indigeat gratia gratis data nõ tñ indiget gra gratũ facientе. Prima pars probat qz perseuerantia habitus acqsitus indiget vt sit actib9 bonis generatus sed hmõi act9 indiget auxilio dei spãli vt alibi dicet. igitur. ¶ Tertia cõclusio. Perseuerãtia act9 inchoatus ab initio legis suscepte z cognite

et vsq; in finem durans indiget gratia gratis data sine auxilio dei speciali maxime in eo qui p longa tempora victurus est. ꝓbatur qz non videtur naturaliter possibile inter tot et tãvarias temptatiões q aliquis possit euadere immunis a culpa z semp temptationes magis ac magis insurgentes vincere sine auxilio dei speciali sed de hoc alias.

¶ Quarta conclusio. Dis pseuerantia q̃ est actꝰ bonus positiuus indiget auxilio gratie gratis date. patet qz vt alias ostendẽ nullus actus potest esse moraliter bonus sine auxilio dei speciali ergo nec põt esse alicꝭ bonus actꝰ pseuerantie sine gra gratis data/ cõsequentia tenet: qz omne auxilium speciale est gratia gratis data. ¶ Contra tertiã quartã conclusionẽ arguit. Omnis habitus sufficienter inclinat in actũ proprũ sed pseuerãtia est habitus/ cũ sit virtꝰ ꝑ se sufficienter in actũ suũ inclinat. maior ptz qz virtus vt Tullius dicit i rhetorica sua agit modo nature. ¶ Secũdo ante peccatũ homo sic conditus fuit vt posset pseuerare q̃ id quod acceperat sed donũ gratie xp̃i est maius ꝯ nocumentũ quod adã intulit ergo homo reparatus p donũ gratie xp̃i potest in bono pseuerare. ¶ Tertio opera peccati quãdoq; sunt difficiliora ꝯ opera virtutis. vnde ex psona impiorũ dicit sapientie. v. ambulamus vias difficiles: sed aliq; perseuerant in operibus peccati absq; alterius auxilio: igitur et in operibus virtutũ homo pseuerare potest absq; auxilio gratie. ¶ Quarto nullus est actus inchoatus. ꝛc. qui sit pseuerantia: ergo ad talem actũ non exigitur auxiliũ gratie dei. Antecedens ptz: qz talis vel esset genitus ab aliquo habitu vel alicuius habitus generatiuꝰ: sed nullum est dicendũ qz sequerek in casu q̃ ille habitus esset et non esset generatus ex actibus pseuerantie qõ implicat contradictionẽ. et patet cõsequentia. ponatur q̃ ex multis talibus actibus pseuerandi generetur habitus talis pseuerantie z tamen q̃ post habitũ genitũ operans p actum contrariũ interrumpat etiã vsq; in finem vite actũ perseuerandi Tunc sic. Illi actus nunꝯ fuerunt actus perseuerandi cũ nunꝯ iste fuerit continuaturus vsq; in finem: ergo ille habitus non fuit genitus ex actibꝰ perseuerandi et tamen fuit ex casu genitꝰ ex actibus pseuerandi: igitur fuit et non fuit ille habitus genitus ex actibus perseuerãdi. ¶ Quinto ponatur q̃ aliquis parum ante finẽ vite conteratur de peccatis suis et confiteatur z statim post incipiat dormire et dormiendo vitã finiat. Tunc sic. Nõ est necessariũ auxilium diuinũ nisi ad actũ positiuum faciendũ vel vitandũ/ sed iste nec exercet actũ positiuum pseuerãtie/ cũ ideo tantũ dicitur pseuerare qz non interrũpit bonũ actum p actũ culpabilẽ cõtrariũ. Nec habet vitare malũ actum positiuũ cum non tẽptetur vt supponit ad aliquem malum actum vt supponit. igitur. ¶ Ad primã respondet beatus Thomas q̃ virtus pseuerantie ꝯtũ est de se inclinat ad pseuerandũ qz habitus est quo quis operatur dũ vult sed non est necessariũ q̃ habens habitũ virtutis immobiliter vtak eousq; ad mortẽ hec solutio non videtur michi satisfacere qz nemo dubitat q̃ opus virtutis non est de necessitate eliciturum/ qz si esset necessariũ non esset meritorium Est ergo q̃stio: cõcesso q̃ non est necessariũ q̃ hꝰ habitũ virtutis immobiliter vtak eo vsq; ad mortem: vtrũ tamen possit vti habitu suo cum auxilio dei generali vsq; ad mortẽ si nõ vnde ꝓuenit z maxime cũ põt per vnũ diẽ et p duos et p tres vti eo et vsus habitus p vnũ diem z duos et tres semper augeat et fortificet habitũ et non debiliter. Ideo aliter respõdeo negando q̃ habitꝰ bonus sufficiẽter inclinet voluntatẽ in actũ suũ. Per peccatũ et primi parẽtis sic vulnerata est volũtas vt ad presentiã habitus nõ sufficiat exire in actũ suũ bonũ sed coexigit altera causa scilz specialis dei motio sine qua voluntas non põt actũ bonũ causare. Et cũ dicitur q̃ ẽm Tullium virtus agit modo nature concedo/ sed dico q̃ non agit nisi tanꝯ cã partialis sicut respectu voluntionis obiectũ agit modo naturevel cognitio obiecti et tñ ad ꝓsentiam obiecti vel cognitiõis eius nõ necessario ponit volitio qz deficit cõcursus voluntatis q̃ est mere liber. Et cũ dicebat q̃ poterat per vnũ diẽ et p duos. ꝛc. nego imo nec p horã nec p momentũ ¶. Ad secundã cõcedo primã partẽ antis et secundã/ et etiã ꝓns qõ infertur sez q̃ hõ reparatus p donũ gratie xp̃i põt pseuerare. Sed dico q̃ inter dona gratie xp̃i enumeratur auxiliũ speciale qõ deus confert oibus bñ operantibus. Ex quo ptz q̃ non valet ista ꝓna hõ reparatus per donũ gr̃e xp̃i potest pseuerare/ ergo hõ reparatus sine speciali auxilio potest pseuerare. Unde ẽm Aug. in libro de correctione z gr̃a inter primũ hominẽ et alios in auxiliis pseuerantie differentia est in hoc q̃ primo hoi datũ est nõ vt pseueret sed vt pseuerare posset per liberũ arbitriũ qz nulla corruptio tũc erat in natura humana que pseuerandi difficultatẽ afferret sed nunc ꝑdestinatus p gratiã xp̃i non solũ datur vt pseuerare possint sed etiã vt perseuerent. Unde primus hõ nullo terrente cõtra dei imperiũ libero vsus arbitrio non stetit in tanta felicitate contenta non peccãdi facilitati. Isti autem seuente mundo ne starẽt steterunt in fide. Nec verba Augustini possunt tripliciter exponi. Uno mõ q̃ deus nunc in ꝑdestinatis mediãtibus donis suis totaliter causet actũ pseuerãdi ita q̃ voluntas nõ se habeat causaliter libere respectu ꝓductionis eius. In primo vero parenti dederit ea dona ꝗbus poterat causari partialiter sed cum his exigebat causalitas voluntatis et hoc est falsum p̃ prima parte qz ad quẽlibet bonum actũ voluntas nostra cõcurrit effectiue libere. Secundo modo potest intelligi q̃ dedit primo parenti vt per seuerare posset et non vt perseueraret. id est dedit principia: que cum libero arbitrio poterant esse causa perseuerandi et tamen nõ fuerunt causa perseueraudi sed electis dat principia non solum que possunt esse causa perseuerandi sed etiam que de facto sunt cã perseuerandi. et in hoc sensu verũ est. Tertio modo potest intelligi q̃ primo hominũ dederit aliqua perseuerandi principia remota causa scilicet cum voluntate non sufficiebãt causare actũ pseuerãdi/ nobis aũt dedit principia ꝓpinqua perseuerandi q̃ scz cum voluntate possunt esse sufficiẽtia principia pseuerandi z hoc falsum est qz tunc homi primo defuissent aliqua ad salutem necessaria quod non videtur catholicum Dico ergo q̃ primo hoi data sunt principia q̃ cum voluntate erant sufficientia ad pseuerandũ qz tamen in nobis vulnerata est ideo nobis plura necessaria sunt qz cum gratia gratum faciente et alijs

Arg. tho. 2.2.q.137. arti.4.

Contra Thomam.

Augusti.

quibusdam donis necessarium est nobis ad singulos actus auxilium dei speciale quod primo parēti non erat necessarium. ¶ Ad tertiam respondet beatus Thomas q homo per se potest cadere in peccatū/ sed nō pōt per se resurgere a pctō sine auxilio gratie/ & ideo ex hoc q cadit in peccato ꝯtū est de se facit se perseuerantē nisi gratia dei liberetur/ nō aūt ex hoc q facit bonū facit se pseuerātē in bono quia de se potens est peccare & ideo indiget auxilio gratie ad perseuerādum in bono. Hec solutio non mihi videtur satisfacere quia supponit vnum cuius contrarium argumentum mittitur ꝓbare nec tñ illud solutio euacuat/ supponit enim q homo de se potest peccare & tamen non pñt p se resurgere a peccato imo nec bonū facere ꝓtra quod directe ꝓcedit argumentum quo arguitur q opa peccati difficiliora sunt q opera virtutis ideo videtur mihi q nisi ad hoc respondeatur nō est sufficienter solutum. ¶ Respondeo ergo q opera peccati esse difficiliora ꝯ operavirtutis potest intelligi dupliciter. vno modo q opera peccati sint minus in potestate peccatis ꝯ opera virtutis in potestate bene operantis & sic falsum est imo opera sunt hoc modo difficiliora quia ad opera peccati sufficiunt potentie & noticie obiectum cū generali dei influētia. Ad opera vero virtutis ꝓter hec exigit specialis concursus dei. Alio modo potest intelligi q opera peccati sint difficiliora. i. laboriosa ꝯ opera virtutis & hoc est verum de aliquib⁹ operibus peccati vt laboriosius est cōmittere homicidiū ꝯ cessare ꝓcurare adulteriū et hoc intelligo volo de labore corporis q forte anxietas mentis que est in abstinendo ab adulterio est difficilior ad tollerādum ꝯ labor qui habetur in ꝓcurando adulterium vel homicidium: licet enim requiratur ad actū virtutis aliquid supra nos et quod facultatem nostram excedit: quia tamen illud deus gratissime cōfert cuicq petenti ideo sine multo labore habetur & per consequens non facit opus virtutis tam laboriosum ꝯ laboriosa sunt multa opera virtutum.

¶ Ad quartam negatur assumptum maxime tenēdo ampliationē termini modo supradicto. Ad probationem dico q vtrumq possibile est. Ad improbationem nego consequentiam. et ad probationes dico q talis habitus maxime generatur ex actib⁹ interioribus qui non desinunt esse actus perseuerātie interioris per interrumptionem sequentem licet actus exteriores nec sint nec fuerint actus perseuerantie si ante mortem interrumpantur per actum contrarium. ¶ Ad quintam dico q talis si bene contritus est non solum detestatur mala preterita sed etiam proponit vitam mutare et emendare et in hoc habet actum positum perseuerantie qua immanet recte rationi per electionem conformes, illud autem propositum bonum non potest habere sine speciali dei auxilio. sed bene verū est q ad hoc q iste actus non interrumpitur per actum contrarium pro tēpore pro quo non habet vsum liberi arbitrij vel nullam temptationem patitur non exigit concursus dei specialis.

¶ Ratio ante oppositum soluta est.

Contra thomam.

Solutio articulorum.

Argumenta thome scda sceq̄ sti. 124. articulo primo

QVlequēter agēdū est de martiris quod multi opinātur ad fortitudinē solam pertinere. Et primo queritur vtrum martirium sit act⁹ virtutis. ¶ Arguitur q non. Omnis actus virtutis est voluntarius: sed non omne martirium est voluntarium ergo nō omne martirium est actus virtutis. Minor patet de innocentibus occisis pro christo de quibus dixit Hilarius super Mta. q internitatis pfectus per martirij gloriam efferebantur.

¶ In oppositum arguitur. Premium eterne beatitudinis non debetur nisi actui virtutis sed martirio debetur primum virtutis secundum illud Mta. quinto Beati qui prosecutionē patiuntur propter iusticiam quia ipsorum est regnum celorum.

¶ Pro questione sciendum q martirium accipitur tripliciter. Vno modo generaliter & sic est mortis violentie perpessio ne deseramus opus aliquod virtuosum vel perpetremus turpe quod recta ratio/ nec deserendum esse nec committendum pro morte dictat. Secundo modo minus communiter prout est violente mortis pro christo perpessio et hoc sine sit ibi contrapugnatio siue non. Tertio mō strictius et sic est violente mortis pro christo sine contrapugnatione perpessio. ¶ Exemplum primi vt si almeon noluisset interficere matrem et hoc a fratre vel tiranno non fuisset occisus / et hoc supposito ꝯ nolitio illa per auxilium speciale dei fuisset virtuosa. Exemplum secundi vt milites pro christi fide pugnando morientes. Exemplum tertij vt martires qui communiter venerantur ab ecclesia qui mortem pro christo sine ꝓtrapugnatione passi sunt Loco autem hic contrapugnationē qua manu decertatur et viribus. Pro horum declaratione aduertendum est q sunt aliqua opera honesta et virtuosa tam stricti precepti vt pro loco et tempore nullo modo deserenda sint nec etiam pro morte ita q si alicui pro tempore et loco debitis offerat̄ cōditio/ vel deferendi illud opus vel sustinendi grauissimos cruciatus et mortem ipe potius debet eligere tollerantiam grauissimorum cruciatuum et mortis ꝯ opus illud tam stricti precepti deserere. Potest preterea esse aliquod opus tante honestatis vt recta ratio dicte opus illud esse dignum vt ne q pro morte deseratur vt quis sub pena mortis p̄ hiberetur ne venditis omnibus consilium paupertatis amplecteretur aut religionem ingrederetur licet enim talis sub pena peccati non teneretur pati mortem ne desereret ingressum religionis quod intelligo antevotum quodcunq emissum posset/ tamen virtuose agendo eam equanimiter pati vt pueri religionis effectum confirmaret. potest preterea aliquod opus tam esse turpe et tam inhonestum vt recta ratio dictet esse potius inter grauissima supplicia moriendum ꝯ illud turpe faciendum vt recta ratio dictat potius esse moriendum ꝯ idolis sacrificandum/ aut moriendum esse ꝯ mortē sponte necare ita q ad talia malus rationabiliter cogi non potest per quecunq supplicia et penas. vnde secundum Aristotelem. tertio ethicorum vbi agit de violento. alique operationes facte propter meum sunt laudabiles. Alique vituperabiles/ alique digne venia/ et alique non honeste sunt quando aliquid turpe aut triste sustinetur p rebus magnis & honestis vt cū sustinet virgo verbera & ptumelias & pditionē tēporaliū bonorum vt pudicitiā cōseruet. vituperabiles sunt qñ aliquid multum turpe aut triste pro nullo aut modico bono sustinetur

Acceptiones martyrij.

vt qui sustineret defloratione parui lucri consecutionem aut qui sustineret se plagis indecētibus affici vt mulierem vxorem se digna simularet ⁊ accedentes. ad eam deciperet/ sicut fecit vlixes secūdum q recitat eustratius super illum locum/ digne venia sunt quādo aliquis facit aliqua que nō oportet vt euitet quedam que tristicia et tam dolorosa sunt vt humanam naturam excedant et q̄ nullus sustineret vt si quis propter metum grauissimorum tormentorum reuelaret amicum querētibus eum/ hec enim operatio non laudatur sed tñ datur venia/ non digne venia sunt cum quis propter metus suppliciorum vel mortis facit operationez ad quā faciendam nullis supplicijs debet cogi sicut aimon qui matrem suam occidit vt in patrem pietatē seruaret qui patefactus ab ea in bellum certovt docebat moriturus proficiebatur. Exemplum etiam huius est si quis metu mortis idolis sacrificet aut fidem diffiteatur. hec que multum notāda sunt ponit Ari. sub his verbis in operationibus autem talibus quandoqz laudantur quando turpe aliquid vel triste sustinent pro magnis ⁊ hominis cum autem econuerso vituperantur turpissima enim sufferre pro nullo bono aut modico putāt in aliquib⁹ aut laus quidem nō fit sed venium/ quando ꝓpter hec talia operatur aliquis que nō oportet que humanam naturam excedunt ⁊ que nullus vtiqz sustineret. Quedam autem fortassis non est cogi ꝫ magis moriendum patientem durissima. etenim euripedis almeona derisoria videntur cogantia matrē occideret ex quibus verbis patent que dicta sunt.

Opera nō digna stelna.

¶ Si igitur prima cōclusio. Martirium est actus virtutis. Probatur quia omnis perpessio mortis pro christo actus virtus sed vt dictum est martirium est perpessio mortis pro christo ergo martiriū est actus virtutis. Secundo omnis actus quo tolerantur durissima etiam que facilitatem communem huiusmodi transcendunt pro rebus maximis/ et honestissimis est actus virtutis vt patet ex hijs que de Ari. paulo ante allegata sunt/ sed martiriū est perpessio durissimorum et grauissimorum cōmunem hominum facultatem transcendentium ergo martirium est actus virtutis. Tertio omnis persistentia in veritate et iusticia est actus virtutis/ sed martiriū est persistentia in veritate et iusticia igit. ¶ Secunda cōclusio. Martirium in gradu excellentissimo virtutis collocatum est. Probatur omnis virtus heroica in gradu excellentissimo virtutis collocata est sed martirium est virtus heroica et diuina igitur. Maior ꝓbatur ex Ari. in principio septum ethicorum vbi heroicam virtutem diuinam appellat propter excellentissimam eius et minor probatur quia martirium est actus qui aut ex natura sua aut ex circunstantia excedit omnem facultatem hominum quia est actus quo grauissima supplicia et mortem ipsam tolleramus ne fidem et iusticiam deseramus. ¶ Secundo non sunt secundum Ari. nisi tres gradus virtutū contnentia/ tēperantia/ et heroica virtus. sed constat ꝓpter rationem nuper dictam q heroica virtus excellit cōtinentiam et temperantiam ergo cum martiriū pertineat ad heroicam virtutem sequitur q collocatur in excellentissimo gradu virtutis. ¶ Tertia cōclusio. Martirium non exigit actualem perpessionem grauissimorum suppliciorum ⁊ mortis p christo. Probatur quia alias sequeretur q duo omnino equales in ꝓposito grauissimorum suppliciorū susciptendorum pro christo in hoc solum differentes q furor tiranni seuit in vnum et nō in alium sic in merito differrent q vnus esset martir et non alius sed consequens est falsum quod probatur sic. quorumcunqz actus interiores sunt eiusdem rationis ⁊ intensionis eorum merita sunt eiusdem rationis et equalia sed actus interiores istorum duorū sunt eiusdē rationis quia in vtroqz est volitio sustinendi grauissima terribilia ne deseratur fides aut ne idola colantur que volitio in vtroqz est formaliter imperatiua executiōis/ suppono enim q vterqz admoneatur a tirranno vt neget fidem et colat idola aut q grauissimis supplicijs afficietur/ q vterqz respondeat se nequaqz negaturum fidem sed ad que cūqz grauissima supplicia paratissimum/ q vterqz preterea ducatur ad locum tormentum/ ⁊ cum cruciatur vnus si ex ipsa ꝓpessione augeatur volūtas martirij in eo qui patitur q etiam augeatur i alio videndo socium patientem addatur casui q cum ille primus inter tormenta emittit spiritum/ tunc aut propter euidentiam miraculorum aut propter mortem tiranni relinquatur alius tunc non videtur quid desit isti quod ad martirium requiritur.

Martirij nō requirit martir.

Secundo nisi sic sequentur q per aliquid merevolentum quod non est in potestate virtuose operantis aliquis de non martire fieret martir sed consequens est falsum igitur. Et patet consequentia q per tollerantiam mortis virolente que nō est in potestate martiris de martire fieret martir. Tertio pauper non habens quid erroget liberalis esse potest ergo etiam fidelis non habens qui eum persequatur aut cruciet pro fide christi. non est tamē simile de liberalitate ⁊ martirio quia pauper dicitur esse liberalis per actum qui non est formaliter imperatiuus executionis sed tantum equivalenter fidelis autem non potest esse martir nisi per actum formaliter imperatiuum executionis qui actus differt a primo non tantum numero sed specie. ⁊ ideo magis propium est exemplum de diuite qui videns aliquem quem credit pauperem extrahit pecuniaz vt eroget/ pecunia autem extracta per aliquā circunstantiam apparet sibi manifeste eum non esse pauperem sed magis simliatorem paupertatis talis enim habet actum liberalitatis formaliter imperatiuum executionis. Quarto omnis habens actum immediate natum elici abhabitu martirij est vere martir sed talis habet actum emediate natū elici ab habitu martirij et non ab alio habitu ergo talis est vere martir. Minor probatur quia licet iste actus formaliter imperatiuus executionis respectu mortis gruissimi cruciatus tollerandi possit causari mediante actu alicuius alterius habitus vt patet de primo actu martirij q̄ nō elicitur ab habitu martirij quia mundum ille habitus est genitus nullus est tamē dabilis habitus alius ab habitu martirij a quo possit elici imediate iste actus.

Hec ista cula sunt matoris ꝓpositio. scz ois minor ꝓ 49.

Quinto ois actus ex puo frequētato natus est generari imediate hitus martirij est act⁹ martirij ꝫ ex istis volitionib⁹ formaliter iperatiuis executiōis etiā secluso morte per modū qci supradictis est natus est generari habitus martirij igit. Minor probatur q habitus martirij aut sufficienter generatur ex huiusmodi volitionibus et tunc habetur in-

tentum aut ad hoc q aliqua volitio generet habitum exigitur tollerantia z perpessio mortis/z tunc sequitur primoq nunc in aliquo viatore erit habitus martirij. Sequitur secundo q impossibile erit naturaliter habitum martirij ex pluribus volitionibus generari. sed semper ex vna. Sequitur tertio q nullus habitus martirij acquisitus inclinabit in actum martirij/et patet cōsequentia quia talis nō est plus capax actus martirij cuz iam sit mortuus. ¶ Quarta conclusio Ad martirium non sufficit q̄libet volitio grauissimorum suppliciorum et mortis etiam q̄tumcunq intensa. ℙrobatur ad martiriuz exigitur volitio grauissimorum suppliciorum z mortis etiam q̄tumcunq intensa. ℙrobatur ad martirium exigitur volitio grauissimorum suppliciorum et mortis pro christo formaliter imperatiua executionis sed multe sunt volitiones mortis pro christo que non sunt formaliter imperatiue executionis vt volitiones quas habent christi confessores cum abest tyrannus et fidei aut iusticie persecutor igitur. ¶ Quinta conclusio. Nemo tanq̄ martir ab ecclesia venerandus est nisi pro christo mortem efficaciter pertulerit. ℙrobatur quia de nullo ecclesia certa est q habuerit volitionem mortis pro christo formaliter imperatiuam executionis nisi eum de facto inter ipsos cruciatus et mortis dolores viderit in confessione fidei persistere licet enim quis in absentia grauium suppliciorum velit ferre mortē p christo dolor tamen cruciatiuum presentium ita effligit vt frequenter desinat miles christi vel quod voluit z quia mors ipsa semper acerba iudicatur et vitaz nostram vt plurimum nimium diligimus ideo non sufficit manere in huiusmodi confessione inter cruciatus nisi etiam constanter mortē feramus ad hoc q certa sit ecclesia q iste habuit actum circa mortem pro christo perfecte imperatiuum executionis. ¶ Sexta conclusio. Ad martirium non exigitur vniuersaliter in eo qui martir dicitur volitio mortis p christo. probatur innocentes fuerūt vere martires et tamen non habuerunt volitionem mortis p christo igitur. primo pars antecedentis probatur ꝑmo auctoritate ecclesie solēnitatem martirij eorum celebrat secundum q habet Augustinus in sermone innocentium hodie fratres illorum infantum natalem colimus quos ab herode infectos esse euangelij textus eloquitur. ℳinor probatur quia non habuerunt vsum rationis. et ideo in eodem loco habet Augustin⁹. si quidem ante vite ꝓpetue adepte sunt dignitatem q̄ vsum presentis acciperent. Secūdo probatur auctoritate iohannis episcopi in sermone eiusdem diei. ℙrobat nouos exercitus Christus legiones lactantes victoria perpetrata cozonat/si unt pro christo victores qui et vite fuerant coequales fiunt sine certamine fortes sine pugna victores mercantur pena martirium gloriam sanguine comparant/ecce ex his verbis patet primo q̄ innocentes fiunt victores et cozognantur et constat q non volendo mortem sed moriendo. patet secunda q tales pena nō volēte mercati sunt martiriū z gloriā. ¶ Tertio probatur auctoritate Seueriani in sermone innocentum dicentis. ℍoc loco attendat auditor et intelligat martirium non constare per meritum sed venire per gratiam in paruulis que volūtas quod arbitrium vbi captiua fuit z ipsa natura. ¶ Quarto probatur auctoritate beati Augustini in sermone de epiphania. O paruuli beati modo nati nuq̄ temptati non habebatis etatē in qua passuro christo crederetis sed habebatis carnē in qua pro passuro christo passionem sustineretis. Quinto probatur auctoritate Benardi in eozundem sermone Ille pro christo crucidatos infantes dubitet coronari qui renatos in christo non credit inter adoptionis filios generari. Et sicut tunc circuncisio nunc vero baptismus sine vllo proprie voluntatis vsu sufficit ad salutem sic pro christo susceptū martirium illis sufficit ad sanctitatem in quibus verbis Benardus videtur expressisse conclusionem positā et efficacissimam rationem eius. Et ideo sexto probatur conclusio non magis ad martirium exigitur actus proprie voluntatis q̄ ad baptismum sed constat q sine quocunq actu voluntatis aliquis verū baptismum suscipit et est ita vere baptisatus sicut ille qui per motum proprie voluntatis baptisatur. ergo etiam potest aliquis esse vere martir sine quocunq actu proprie voluntatis. maior ꝓbatur ex auctoritate beati Benardi in precedēti ꝓbatione adducta. Tum secundo quia ad id per quod fit quis de familia christi non exigitur vniuersaliter actus ꝓprie voluntatis. alias ad baptismum exigeretur/sed per martirium non existens ꝑus de familia christi fit de familia christi cuz tales vt tenet ecclesia in sanguine suo baptisantur igitur. Tertio non plus exigitur actus ꝓprie voluntatis ad esse de milicia christi q̄ ad esse de familia sed vt constat ad esse de familia non exigitur actus ꝓprie voluntatis ergo nec ad esse de milicia. ℳaior probatur quia quecūq ratio dabitur ad ꝓbandum ad esse de milicia christi exigitur actus ꝓprie voluntatis illa eque faciliter conuertetur ad probandum q hoc idem exigitur ad esse de familia. Septimo christus est longe misericordior q̄ quicunq rex temporalis terrenus q̄tumcunq prudens sit aut bonis/sed agere temporali bono et prudente z pio potest institui lex per quam omnes in quos furor hostium suorum seuierit iubebit honorifice sepeliendos et parentes eorum magnis honoribus remunerandos etiam siue actū habuerint respectu ꝓprie voluntatis horum malorum siue non ergo verisimile est q a christo optimo et pissimo christiane milities principe etiam sit instituta lex de martirio eorum qui ꝓnomine suo passi sunt siue etiam actum proprie voluntatis habuerint siue non. Ex qua conclusione infertur primoq non est verisimile q in innocentibus christus acceleraū erit vsum rationis quem sibi relicti pro etate habere nondum poterant. ℙatet hoc auctoritatibus Augustini z aliorum sacrorum doctorum ad precedentem conclusionem adductis. alias enim accepissent vsum presentis vite quod est cōtra Augustinū/nec fuissent facti fortes sine certamine nec victores sine pugna quod est contra iohannem episcopum nec pena sola fuissent mercati martirium cuius oppositum intendit idem/et veniret martirium per meritum ꝓprie voluntatis et non per gratiam quod est cōtra seuerianū q̄ intēdit apte negare fuisse in eis acceleratū vsu ꝓprie rōnis cum ait. In paruulis q̄ voluntas quod arbitrium. Neq̄ dixisset Bernardus/z sicut tunc circūcisio nunc vero baptism⁹ siue vllo ꝓprie voluntatis vsu sufficit ad salutē sic ꝑ xp̄o susceptū martiriuz illis sufficit ad sanctitatē. Scdo nihil qd cōsistit in facto asserēdū

Ad martirium non exigit̄ vōluntas.

est in sacris litteris nisi de hoc expressa habeatur auctoritas/ aut ratio certa aut experientia euidēs sed de miraculo acceleratiōis vsus rōnis nullum predictoꝝ habeꝫ igiꝫ. Tertio posset eque faciliter dici q̄ non est baptismus sine vsu rōnis ꝛ q̄ in oī baptismo deus miraculose accelerat vsum rōnis et voluntatis per quē credit et vult ea q̄ credere ꝛvel le ad baptismū necessarium est. ¶Hecꝫ etiā hec respō sio placet beato Thome questione de martirio arti culo primo in responsione ad primum cum ait.

¶Ad primum dicendū q̄ quidā dixerūt q̄ in innocentibus acceleratus est miraculose vsus liberi arbitrij ita q̄ etiā voluntarie martiriū passi sunt / sed q̄ hoc p auctoritatē scripture non ꝓbatur ideo melius dicendū est ꝛc. Sequitur scōo q̄ innocētes nō solum assecuti sunt gloriam vel coronā martirij sed etiā verum martiriū nec assecuti sunt hmōi gloriā per dei gratiā sic q̄ secludaꝫ rigor legis institute a xp̄o. Cuius oppositū videtur sentire beatus Thomas loco nuper allegato illa dicēs. Ideo melius dicendum est q̄ martirij gloria quā in alijs ꝓpria voluntas mereꝫ illi paruuli occisi per dei gratiā sunt assecuti nā effusio sanguinis ꝓpter xp̄m vicem gerit baptismi. vnde sicut pueris baptizatis per gratiam baptismalē meritū xp̄i operaꝫ ad gloriā obtinendam ita ꝛ occisis ꝓpter xp̄m meritum martirij xp̄i operaꝫ ad palmā martirij cōsequendā. vnde Augu. dicit in quodā sermone de epiphania quasi eos alloquens. ille. de vestra corona dubitabit in passione p xp̄o q̄ etiā paruulis baptismū non existimat ꝓdesse christi non habebatis etatem qua in passurum xp̄m crederetis/ sed habebatis carnē in qua pro passuro xp̄o passionē sustineretis / hec Thomas ex quibus verbis patet q̄ licet nō neget aperte fuisse in innocentibus martiriū tñ non concepit expresse eis nisi gloriam martirij ꝛ ideo ꝓbo primo corelariū. paruuli baptizati hñt verū baptismū ergo ꝛ paruuli occisi pro xp̄o hñt verū martiriū. Scōo susceptio baptismi cum fide ꝛ volitione ecclesie est meritoria vite eterne ergo effusio sanguis pro christo in paruulo cum fide ꝛ volitione ecclesie est meritoria corone et palme martirij. ¶Pro declaratione tamē secūde partis est aduertendum q̄ non intendo negare gloriam martirium dari nō solum paruulis sed etiā adultis ex mera gratia christi quia non sunt condigne passiones huius seculi ad futuram gloriaꝫ que reuelabiꝫ in nobis imo ipsa lex de coronatione martiriū est ex mera gratia christi/ sed hic ego voco gratiam q̄ secludit rigore legis illam gratiā qua si aliquod premium vel donum tribuit alicui q̄ si precise ageretur sm legem iam positā illud nō sibi tribueretur. Dico ergo q̄ sicut lex est posita de baptismo paruulorum ita ꝛ de effusione sanguinis eorundē/ ꝛ sicut baptismus paruulorū est meritorius vite eterne ita ꝛ eorum sanguinis effusio cum fide ꝛ volitione ecclesie. Secūdo oīs actio vel passio accepta a deo ad vitam eternā est meritoria vite eterne: sed effusionem sanguinis paruulorū acceptat deus ad vitam eternam ergo meritoria vite eterne ꝛ per cōsequens preter gloriā vite eterne habuerūt innocētes ꝛ martiriū: ꝛ martirij meritum. Aut aliter formatur ratio ista omnis actio vel passio que in aliq̄bus est accepta adeo ad vitam eternam et in quibuscunꝫ etiam similibus acceptaretur de facto ad vitam eternam est meritoria vite eterne de rigore legis posite sed passio innocentum est accepta a deo vitam eternam/ et in quibuscunꝫ similibus etiam acceptatur similis passio ad vitam eternā ergo hu iusmodi passio et effusio sanguinis pro Christo est de rigore legis meritoria vite eterne Tertio secundum Thomam effusio sanguinis pro christo vicem gerit baptismi ergo ipsa est meritoria omnium quorum est meritorius baptismus/ sed baptismꝰ est meritorius vite et erne igitur. ¶Contra primam conclusionem. Arguitur sic nullum illicitum est actus virtutis: sed martirium est illicitum ergo martiriū non est actus virtutis minor probatur quia occidere seipsum est illicitum sed aliqua martiria celebrā tur in ecclesia quibus martires seipsos interimerūt recitat enim Augustinus primo de ciuitate dei q̄ q̄ dam sancte femine tempore persecutionis vt insectatores sue pudicicie deuitarent se in fluuium dei jcerunt eorunꝫ modo defuncte sunt: earum tamen materia celebrantur in ecclesia. ¶Confirmatur nō licet occidere se pro quocunꝫ malo fugiendo ergo nec licet se alteri ad occisionem exhibere pro quocūꝫ malo fugiendo/ sed martires se tirannis exibent occidendos ergo martirium est illicitum ¶Secundo laudabile est q̄ aliquid offerat se ad exequendū actū virtutis: sed non est laudabile q̄ aliꝗs q̄ se martirio vngerat/ sed magis videtur presumptuosum ꝛ periculosum ergo martirium nō est actus virtutis. ¶Tertio pono casum q̄ tirannus cogens martirē ad idolatriam det ei hanc condictionē q̄ si steterit ante ydolum reputat eum coluisse ydolum quicqd verbo dicat incontrarium neꝫ pro cultura petit aliud ab eo nisi q̄ stet ante ydolum. in circuitu autē eius faciat profundissimā foueam in qua non sit possibile cadere sine morte. tunc sic iste aut stabit ante ydolum et tunc ipse adimplebit omnia que pertinet ad ocultum ydoli et sic erit ydolatria aut non ꝛ tunc mittet se in precipitium et ita se occidet.

¶Ad primam respōdet beatus Thomas q̄ vt ibidem dicit Augusti. non est impossibile q̄ aliquibus fide dignis testificationibus diuina auctoritas persuasit ecclesie vt dictarum sanctarum memoriam honoret. sed cum hac solutione adhuc stat vis rationis quia si occiderunt se actum illicitum et nō martirium habuerunt. ¶Respondeo ergo aliter negando minorem et ad probationem dico q̄ ista est distinguenda/ occidere se est illicitum vel occidere se intentione quod est facere actum aliquam ad quem sequitur mors et faciēdo eum intendere q̄ mors cō sequatur ꝛ sic concedo q̄ occidere se est illicitū vel occidere se preter aut contra intensionem cū scilicꝫ nos facimus actum aliquem ad quem sequiꝫ mors/ nos tamen faciendo actum illum vitam nostram saluere intendimus aut saltē non intendimus q̄ mors consequatur vt patet de eo qui fugiens hostes mittit se fluuium. ꝛ vltra dico q̄ femine ille mittētes se in fluuium nō intendebant q̄ mors inde sequeretur sed tantum intendebant pudiciciam suam cōseruare. ¶Potest etiam aliter responderi q̄ licet occidere se omnino sit illicitum tamen aliquādo sit per ignorantiam huius iuris et legis ne illa occisio imputetur adde meritum ideo licet mulieres ille intendissent se mittendo est fluuium occidere vt pudiciciaꝫ propter deum conseruarent et in hoc rem illicitam facerent/ tamen ignorātia huius iuris de quo apud multos sapientes aliquando dubitatū est vi-

Argumē Tho. vbi supra. 2. 2. 124. quest. articulo. 1

Solutio auctoris

Alia solu.

rum licitū esset vel non fecit vt nō imputaret ad demeritū quod alias fuisset ad demeritū imputatū z ad hanc ignorantiā faciebat circunstantia feruoris et vehementie q̄ erat in custodia pudicitie per quā etiā ibi alias congnouisset q̄ illud esset illicitū tunc tñ no considerabāt immo nec forte cōsiderabant q̄ essent se mittendo in aquā morture

¶ Ad confirmationē dico q̄ dupliciter p̄t intelligi se alteri exhiberi ad occasionez. Vno modo vt idem sit q̄ exhibere se alteri principaliter vt occidatur et hoc modo cōcedo cōsequens Alio modo vt idē sit q̄ exhibere se alteri vt in defensione operis honesti moris inferatur equanimiter tolleretur et hoc modo non est illicitū martires aūt nō se exhibent tyrannis occidendo primo modo/ sed se exhibent veritatis z iusticie defensores paratos mortem tollerare equanimiter si inferaf. ¶ Ad secundam dico q̄ ad aliquos actus virtutū laudabile ē se offerre/ ad aliquos aūt non est laudabile vt ad gerendū principatū vel pontificatū: z maxime vbi sunt multili alii qui vel comodius vel cū comode id gerere et administrare possunt Ad minorē dico q̄ aliquē se ingerere martirio potest intelligi dupliciter. Vno modo vt idē sit q̄ ingerere se supplicijs q̄ cruciatibus z petere z sibi inferaf hmōi supplicia z cruciatus z sic hoc non est regulariter laudabile. Alio modo vt idē sit q̄ ingerere se actu p̄pter quē solent inferri supplicia et cruciatus cū voluntate tollerandi eos si inferaf. et hoc modo dico q̄ hoc est laudabile si circunstātia p̄sone aut loci aut temporis aut aliqua alia nō obuiet. Et si dicas q̄ homo nō debet dare alteri occasionē iniuste agendi. sed se ingerens hoc modo dat occasionē iniuste agendi. igit. ¶ Respondeō negando minorē: sed ali⁹ ex prauitate sua ex occasione boni data scz cōuersionis sue z emendationis/ occasionē mali non datum elicit. ¶ Ad tertiā admitto casum et dico q̄ nulla conditio sibi proposita a tirāno potest facere q̄ illa statio eius sit adoratio ydoli cū et mente et voce ydolū detestef z exercet: et ideo si multitudo astans non inde offendaf potest securus aī idolum stare. Si aūt multitudo inde offenderef z crederet illū adorasse ydolū ex eo q̄ stat sm conditionem tiranni et nō pateat sibi alius regressus tunc potest se in foueā mittere vt nō moriaf: sed vt ydolatriam et euersionē multitudinis fugiat cōfidens in dño qui potens est a duriorib⁹ eripere z paratus etiam mortē equanimiter tollerare si accidat. nā et sancti martires gaudentes incedebāt ad locum supplicioꝝ nec ob hoc seipsos dicebātur occidere. ¶ Contra tertiā conclusionē arguit sic: eis tantū conuenit martirij quibus cōuenit aureola martirii: sed solis mortez passis conuenit aureola martirii igit. maior patet q̄ cū deus sit iustissim⁹ et misericordissimus iudex illis solis conuenit meritum quibus cōuenit et premium: sed aureola est martirij premiū. igitur. ¶ Secundo nulla volitio est actus martirii nisi fit volitio mortis p̄ xp̄o formaliter efficaciter imperatiua executionis: sed nō est formaliter imperatiua executiōis nisi mors cōsequatur. igit. ¶ Tertio ecclesia nullū veneratur tanq̄ martirē nisi passus sit mortē pro xp̄o: ḡ nullus est vere martir nisi passus sit mortem pro xp̄o consequentia tenet: q̄ omnē verū martirē potest ecclesia venerari tanq̄ martirē. ¶ Quarto martirij corona est purpurea. ergo ad martirij exigitur sanguinis effusio: antecedens p̄bat per illud Cipriani in epistola ad martires⁹ beatā ecclesiā nostrā quā sic honor dignationis illuminat quam temporibus nostris gloriosus martirum sanguis illustrat: erat ante in operibus fratrū cādida nūc facta est in martirū cruore purpurea/ floribus ei⁹ nec rose: nec lilia desunt/ certent nunc singuli ad vtriusq̄ honoris amplissimā dignitatem accipiant coronas vel de opere candidas vel de sanguie purpureas. ¶ Ad primā respondeō dupliciter ad primam negando maiorē/ sm cui aliquos aureola est premiū accidentale debitū actui interiori non cuilibet sed ei tantū quē de facto cōcomitatur actus exterior. Secundo modo respondeō negādo minorem licet cui non cuilibet volenti mori p̄o xp̄o debeatur aureola martirij/ cuilibet tamen volēti mori p̄o xp̄o volitione formaliter imperatiua executionis data etiā q̄ executio aliūde ut impedita detur aureola martirij. ¶ Ad secundā nego minorez et dico q̄ aliqua volitio quā non cōsequitur mors aliqñ est formaliter imperatiua executionis q̄ impeditur executio nō ab eo qui paratus est pati .ly vel ab eo qui volebat mortē inf̄igere vel a deo vel ab aliquo alio sm q̄ deus disponit. ¶ Ad tertiam concedo nisi aliquo legitimo documento sibi constiterit de volitione imperatiua executionis puta si diuina reuelatione aut alio certo testimonio: et hoc ideo est q̄ naturaliter non est possibile ecclesiam habere certū legitimū et sufficiens documentum de actu interiori martirij nisi p̄ passionē exteriorem mortis et ad p̄bationem nego assumptū p tēpore quo desunt ecclesie legitima documenta et testimonia quibus efficaciter p̄bet̄ q̄ fuit vere martir. ¶ Ad quartā concedo añs et nego consequentiā sed sufficit volitio effusionis sanguinis formaliter imperatiua executionis volitio in nō esset efficaciter imperatiua executionis si nullo impedimento posito non tollerarē de facto mortē z actualiter sanguinē vel vitā p̄funderet. ¶ Contra quartam conclusionē Arguit sic omne martirij est voluntarij: ergo quod non est voluntarij nō est martirium: ergo ad martirij exigit volitio mortis p̄o xp̄o: maior p̄bat. omnis actus virtutis est voluntarius martirij est actus virtutis: ergo martirij est voluntarij. maior est Ari. tertio ethicoꝝ/ z minor in prima cōclusione p̄bata est. ¶ Secundo oē martirij est meritorij: ergo quod non est meritorium non est martirij. sed nihil non voluntarij est meritorij: ergo nichil non voluntarij est martirij

¶ Ad istas rationes. Ad primā nego maiorē si intelligatur q̄ sit voluntarij voluntate eius qui patitur/ licet sit bone voluntate eius qui patitur vel ecclesie aut parentū sicut contingit de baptismo. Ad p̄bationē nego maiorē vniuersaliter intellectam si intelligatur de voluntario volūtate eius q̄ agit aut patitur. Et ad Ari. dico q̄ loquit de hiis que cōtingunt sm regionē et cursum cōmune moralis honestis/ non de hiis q̄ contingunt sm misericordiā et beneficentiā passionē nostrā pie ad premium acceptantis. ¶ Ad secundā cōcedo añs et ad p̄cessum vlteriorē nego q̄ illud quod nō est voluntarium voluntate propria non sit meritorium. Et dico q̄ christus aliquas passiones et etiam aliquas susceptiones duxit acceptare ad premium

ita voluit esse meritorias quis non essent voluntarie voluntati eox qui patiebanꝰ vel suscipiebant ¶ Contra primū corrolarium arguiꝰ auctoritate Johānis episcopi in sermone innocentū ita dicētis Fiunt pueri sine magistro discreti/ docti sine doctore/ eruditi sine eruditore/ agnoscunt xp̄m: predicant dominū: nō quē psuasio humana docuerūt sed quā diuinitas inspirabat. ¶ Ad hāc auctoritatem respondeo q̄ si Johānes episcopus accipiat verba in sensu ꝓprio tunc sibi in hac parte nō credimus cū asserat aliquid de facto cuius nec rationem habz nec auctoritatē. si aūt accipiat in sensu in ꝓprio vt dicat infantes agnoscere et predicare qz ita patiuntur ac si p̄dicarent et acognocerent tunc cōceditur et nichil cōtra conclusionē / quod aūt accipiat agnoscere hoc modo patet qz eodem modo videꝰ accipere agnoscere z p̄dicare: sed cōstat q̄ non accipit p̄dicare ꝓprie cum innocentes nullā vocē de xp̄o cū occidebātur emiserint: ergo nec ꝓprie accipit agnoscere. accipit ergo agnoscere et p̄dicare non p actu cognoscendi z loquendi sed p operibus aut passionibus que sm regularez cursum actus cognoscendi et loquendi cōcomitari solent. Cōtra vnū suppositū in tota q̄stione scz q̄ in habentibus vsum rationis ad martiriū exigitur volitio mortis. Cōtra hoc arguiꝰ si matres innocentū fuerūt martires et tamen non habuerūt volitionē mortis pro xp̄o. igitur maior probaꝰ auctoritate Crisostomi. dicētis erant videre maiorē dolorem in matribus remanentibus q̄ in paruulis morientibus vnū quidē paruuli sustinebant dolorem eꝫ nondū sciebāt mortis timorē / matres vero duplicem patiebanꝰ vnum qz interfici filios suos intuebātur alterū quoꝯ q̄ a filiis ipse desolabantur in paruulis denīq; mors beata/ finē faciebat doloris. In matribus aūt paruuloꝯ memoria semper erat renouatio doloris. Secundo idē probaꝰ auctoritate Seuerianꝰ dicentis in martirio filiorum matres passe sunt. nā gladius filioꝯ pertransiens mētia ad corda matrū deuenit: z necesse est vt sint ꝑmixi consortes q̄ fuerunt socie passionis martiriū matres tulerunt quicquid angoris extitit et doloris et ideo non carebunt martirij gaudio lacrime quas fuderunt. ¶ Ad primam respondeo negādo maiorē ad hūc sensum scz q̄ in tollerantia mortis filioꝯ fuerunt martires et hoc satis ꝓbant auctoritates adducte qz ex eis patet q̄ dolebant in morte filioꝯ z non tollerabant mortem eoꝝ equanimiterneq; volebant eā: sed si potuissent obsistere obstitissent/ credo tamen q̄ deus non reliquit eas irremuneratas et possibile est q̄ postea alique earū martiriū passe sunt pro xp̄o: sed dico q̄ passio mortis filioꝯ non fecit eas martires. ¶ Ad primā auctoritatē concedo q̄ matres maiorē tristiciam patiebātur q̄ illi. sed ex hoc non potest inferri q̄ tollerantia illius tristicie reddiderit eas martires. ¶ Ad auctoritatē Seueriani concedo q̄ matres graue tristiciā passe sunt et pie credendū est q̄ deꝰ fecit eas consortes p̄mii. i. eterne beatitudinis sicut fecit eas consortes z socias passionis z cū dicit vlterius q̄ non carebunt martirij gaudio/ cōcedo hoc ad rigorem sermonis qz matres gaudebunt in martirio et premio martirij filioꝯ suorum sed non habebunt gaudiū martirij ꝓprij aliū de pro cui' o passe sunt

Seuerianꝰ.

¶ Rationes solute sunt ex dictis

QUeritur 2do. Utrum martiriū sit actus maxime pfectionis Arguitur q̄ non: qz actus caritatis ē maioris pfectionis q̄ martiriū. igiꝫ. In oppositū videtur esse Augu. qui martiriū virginitati p̄fert in hoc satis denotans martiriū esse actū maxime pfectionis. ¶ Opinio beati Thome est q̄ martiriū comparatū ad virtutē elicientē ip̄z non est actus pfectissimus virtutis. pbat qz martirium hoc modo cōsistit in debita tollerantia mortis: sed tollerare mortē non est sm se laudabile/ sz solū sz q̄ ordinatur ad aliq̄d bonū quod cōsistit in actu virtutis puta ad fidē et dilectionē dei: z ideo actus illi⁹ virtutis cū sit finis est melior martirio sed martiriū comparatū ad primū motiuuz q̄ est amor caritatis: ex qua quidem caritate conuenit actui q̄ ptineat ad perfectionē vite martirium inter ceteros actus humanos est pfectissimus act⁹ sm genus suū qz est maxime caritatis signū. Ista opinio non videꝰ michi veritatē cōtinere. Et ideo arguitur sic contra eā idem est martiriū quod elicitur ꝓxime ab aliqua virtute et ad quod ꝓmo mouet caritas sed martiriū ad quod primo mouet caritas inter humanos actus est pfectissimus: ergo martiriū sm q̄ elicitur proxime ab aliqua virtute est pfectissimus actus. ¶ Ad hanc rationē respondebitur fortassis q̄ male concluditur inferādo cōclusionē de secundū q̄ eo q̄ nulla p̄missarū est sm q̄ sed tantū potest inferri mere cathegorica cōclusio: ergo martiriū quod elicitur ꝓxime ab aliqua virtute est pfectissimus actus cū qua stat q̄ nō sit pfectissimus actus sm q̄ comparaꝰ ad virtutē ꝓxime elicientem. ¶ Contra hanc solutionē sic. Arguitur virtus eliciens proxime martiriū aut elicit tollerantiā mortis sm se et hoc non qvt dicit idē doctor hoc non est laudabile aut elicit tollerātiaz mortis sm q̄ ordinatur ad fidē et dilectionē dei et tunc elicit martiriū per comparationē ad primum motiuū eius: ergo p comparationē ad virtutē elicientem q̄ elicit martiriū ꝓpter fidem z dilectionē dei martiriū inter humanos actus est pfectissim⁹. ¶ Secundo sm eandē opinionē: martiriū non est pfectissimus actus nisi qz signū maxime pfectiōis scz maxime caritatis sed perfectū in ratione signi non est nisi extrinseca denominatione pfectū ergo ex hoc q̄ est esse signū maxime caritatis ne potest ꝓbari q̄ martiriū sit pfectissimus actus inter humanos actus. et patet hoc p exemplū nā lz musca ex nichilo creata sit signū pfectissime potentie scz creatiue nullus tamen ex hoc cōcederet q̄ ipa eēt perfectior q̄ equus ex equo genitus. ¶ Sit igitur ꝓxima cōclusio omnis actus q̄ est martiriū est regulariter ceteris paribus omni alio actu qui non est martirio pfectior ego aūt hic non voco martirium passionē illam exteriorem mortis: sed actum interiorē formaliter imperatiuū tollerantie huⁱ⁹ passiōis. ꝓbatur cōclusio actus caritatis quo ita diligitur deus vt p nullo quod est contra rectam rationē nec etiā p morte velit dimittere eū ē actⁿ heroicus superans communē facultatē hominum actus autē caritatis in omnibus isti similis p̄ter hoc q̄ non habet hanc volitionis mortis imperatiuam formaliter executionis non est actus he-

Tho. 2. 2. q. 124. art. 3.

roicus: ergo primus est pfectior sed martirium in omni actu ponit volitionē mortis imperatiuā executionis: ergo ois actus qui est martiriū est ceteris paribus omni alio actu qui non est martirium pfectior. Secundo ois actus qui p sua excellētia et difficultate addit cōditionem cōstituentē eum supra communē hominū facultatē est melior ⁊ perfectior ceteris paribus eo qui non addit hmōi cōdictionem: sed actus qui est martiriū addit hmōi id conditionē qz addit vniuersalē rectitudinem ⁊ imperiū vniuersaliter circa oia que nata sunt huiusmodi rectitudinē impedire etiā circa mortē et durissimos cruciatus. igit. Confirmant iste rationes p illud Joh. xv. Maiorē caritatē nemo habet vt aiaz suā ponat quis p amicis suis: sed per actū martirii qs imperat formaliter animā suā ponit p amicis suis: ergo martirū est actꝰ excellentissimꝰ necz ego intelligo qd martirū sit actus quo qs feratur actualiter in volitionē mortis ēm se qz vt dicit Thomas hoc non est laudabile. sed dico qd per martiriū ego habeo volitionem alicuius excellentis operis aut nolitionem alicuius turpis: et quia proponitur michi conditio vel deserādi illud opꝰ excellens vel admittendi aliud turpe aut patiēdi mortem ⁊ graues cruciatus per actū qui est martirium ego ita volo illud opus honestum vel nolo opus illud turpe qd malo pati mortē ⁊ grauissimos cruciatus q̄ vel deserere illud vel admittere istud et qz actualiter est mihi pposita conditio illa ego actualiter impero tollerantiā mortis quocuncūqz cruciatuū. Constat aūt qd dato quocūqz actu q̄tū cunqz excellenti qui nō habeat istā cōditionē qua est formaliter imperatiuus tollerantie mortis / et grauissimoz cruciatuū. si detur alius actꝰ habēs omnia q̄ habet pcedens / et cū hoc istā condictionem reponentē eum in genere virtutis heroice qd iste secūdus actus est longe perfectio primo necz volo dicere qd vnus et idē actus interior primo sit carens ista condictione ⁊ nō heroicus ⁊ postea hz istā conditionē et sit heroicus imo isti actus nō solum numero sed etiā specie differunt qz aliquid est obiectū secūdi quod non est obiectū primi. sed dico qd vni actui potest alius succedere et qd secūdꝰ semp sit pfectior primo. ¶ Secunda cōclusio pōt esse aliquis actus q̄ non est martiriuz actu qui est martiriū pfectior. pbatur nā actus ille quo beata virgo diligebat deū ppter se erat pfectior eo quo eleazarus nolebat etiā pro morte vti cibis prohibitis in lege nolitione imperatiua executionis. nam aliquis actus aliquando ex obiecto commum siue vt alii dicunt ēm spē suā tantā habet pfectionē qd ei alius actus ppter pfectionem obiectū non communis siue circunstantia actus exterioris in perfectione equari non potest: et ideo notanter in p̄cedenti conclusione dicebaf ceteris paribus. intendo em̄ qd omnia q̄ possunt facere ad pfectionē p̄mi actus sint in secundo / et scōm addat sup primum grauissimoz supplicioz ⁊ mortis formaliter imperatam tollerantiā. ¶ Tertia conclusio multi habitus a quibus non elicif actus qui est martiriū nec mediate nec immediate sunt aliquibus habitibus a quibus mediate elicif martirium pfectiores probatur primo: conclusio p p̄cedentē conclusionem qz aliqui actus qui non sunt martiriū sunt actus q̄ est martirium pfectiores: ergo ⁊ habitꝰ eliciti primorum actuū sunt interdum pfectiores habitibus elicitis secundoz / habitus em̄ ille a quo beatavirgo elicuit excellentissimū gradum dilectionis dei erat excellentior habitu a quo Eleazarus eliciebat conseruationē legis cū volitiōe mortis formaliter imperatiua executionis. Scōo possibile erat et forte de facto ita fuit ipse eleazari qd aliquis habuerit tam pfectū habitū iusticie legalis q̄ perfectum habuit. Eleazaruscu de facto fuisset proposita conditio que fuit pposita eleazaro de morte subeūda aut deserēda a lege ipe potꝰ passus fuiss mortē et mille tormenta q̄ legem deseruisset quia tamen talinon fuit hmōi pposita conditio / eleazaro aūt pposita fuit: ideo ex habitu suo eleazarus elicuit actū martirii ⁊ non alius: ergo stat habitū ex quo non elicitur actus martirii esse eque perfectum ⁊ etiā interdū pfectiorem habitu illo ex quo elicif actus martirii. Tertio volo qd eleazarus et alter vt priꝰ habeant habitus iusticie legalis equalis et qd ille alius p multos actus ab habitu elicitos intendat habitū. Eleazarꝰ aūt non sed ppter conditionē sibi ppositam eliciat actum martirii. ¶ Tunc arguif sic primus habet habitū pfectiorē q̄ secundus et tū p̄mus non elicit actum martirii ⁊ secundꝰ elicit. igr. Sed ne misereris qd hic assignamus duos habitus a quoz vno elicif martirium ⁊ non ab alio. ¶ Ad duertendū qd hoc ideo non ptingit quia actu martirii non posset elici ab alio / quia vt dictū est si habenti alū habitū oblata fuisset cōditio mortis aut deserende legis habebat habitus per quā conseruationē legis cū tollerātia mortis elicuisset actū formaliter imperatiuū executionis hoc ergo non ideo contingit qz nō potest elici actꝰ martirii ab alio habitu / sed quia defuit circūstantia scz conditio mortis vel legis deserende.

¶ Ad duertendū pterea qd conclusio dicta intelligi potest comparando habitus martirii inter se. aliquando vero comparando duos habitus inter se quoz nullus est habitus martirii verbi grā / sunt duo quibus frequēter pposita est conditio deserē de fidei aut mortis tolerande et isti duo quotiens cunqz hec cōditio eis pposita fuit elicuerūt actū circa conseruationē fidei et tollerantiam mortis formaliter imperatiuā executionis p quos quidā actus frequentatos elicuerunt in se habitus conseruande fidei et volitionis mortis p fide conseruanda / constat qd isti habitus sunt habitus martirii promptitudinē ad similes actus faciētes Tūc volo qd tirannus vnū eoz muneribus velit allicere ad deserendū fidē et alium velit cogere p cōditionem mortis sibi ppositam / constat qd ille cui ponitur conditio mortis ex habitu suo eliciet actum martirii / secundus ex consimili habitu eliciet actū qui non erit actus martirii qz sibi non ponif cōditio mortis. Et si dicas qd virtute habitus martirii non eliciet ille defensionē fidei et contemptum mumerū sed tm̄ eliciet defensionē fidei et contemptum mortis. ¶ Ad hoc respondef qd ille habitus martirii est duplex vnus est qui non hz vniuersalē rectitudinē verbi gratis volitio qua quis vult defendere fidē non obstante conditione mortis ppo site et potius vult tollerare mortē actu formaliter imperatiuo executiōis q̄ deserere fidē. Et de isto concedo qd ab isto habitu non elicif immediate cō temptus munerum ne deseraf fides elicitur tamē

Martiriuz actus perfectissi.

Habitus martirii duplex.

ab eo mediate ita q̄ iste habit⁹ mediante actu suo elicito inclinat ad primū actum habitus contemptui munerū p defensanda fide. Alius est habit⁹ martirii qui habet vsum vniuersalē rectitudinem verbi gratia habitus quo quis vult defendere fidē et p nullo quod est contra rectā rationē eam defere non p morte: non p premiss: nec p quouis alio quod est contra rectā rationē et iste habit⁹ inclinat in actū contemptus p̄mioꝝ et munerum vt conseruet fides: potest tamen iste habitus haberi cū vniuersali rectitudine et nullo modo particulari/et tunc tantū inclinaret mediate in actū martiris: et etiā in contemptū munerū. potest etiā haberi cū vniuersali rectitudine et particulari vna vel pluribus/et tunc inclinat immediate in actū oēm cuiuus particularē rectitudinē continet z mediate in alios: aliter tamen z p alium modū q̄ precedens. ¶ Quarta conclusio non omnis martir est quolibet non martire in excellentiori vite gradu constitutus pbatur beata virgo maria est in excellentissimo vite gradu constituta et tamen ipsa nō fuit martir. igit̄. Secundo q̄ licet martirii sit ceteris paribus actus excellentior tamen vt dictum est dabilis: est aliquis actus virtutis actu martirij excellentior et similiter de habitibus ergo nō martir potest esse in excellentioti gradu vite vite constitutus q̄ martir. Tertio constat q̄ multi fuerunt martires qui non accesserunt ad excellentē gradū illum vite in quo fuit Johannes euangelista cōstitutus qui tamen non fuit martir cū ipse seipsū appellet discipulū quē diligebat Jhesus. ¶ Contra primā conclusionē arguit̄ sic ꝑter vnum quodq; tale et illud magis: sed tollerantia mortis in qua consistit martirii non est laudabilis nisi propter aliud magis amatū q̄ oppositū mortis scz vitam vel magis oditum q̄ ipsa mors: ergo volitio illius rei magis amate vel nolitio alterius rei magis odite est laudabilior q̄ actus martirii. ¶ Secundo velle aliquid volitione ptinente ad gradū temperantie est pfectissimus actus virtutis qui circa eandē materiā haberi possit: sed non ois act⁹ martirii est volitio ptinens ad gradū tēperātie: g̃ nō ois act⁹ martirii est pfectior act⁹ eo q̄ nō est martirii. maior pbatur q; volitio que fit sedatis oibus passionibus ita q̄ nō plus notabiliter insurgere possunt contra rationē est pfectissima volitio: hec aūt ēvolitio ptinens ad genus tēperantie. et minor pbat̄ q; multi martires passi sunt sunt interdū vehementes impulsiones a tristiciis cruciatuū z mortis interdū ex delectationibus p̄missionū et donorum. ¶ Tertio mors pugnando contra hostes fidei suscepta est virtuosior q̄ mors suscepta p martirium quod fit sine contrapugnatione: ergo actus fortitudinis ceteris paribus est pfectior q̄ actus martirii. antecedens pbat̄ q; p mortem illam simul defenditur fides z oppugnat̄ ac debilitat̄ hostes fidei ¶ Ad primā nego consequentiā argumentū enim ꝓcedit ac si vno actu quis vellet finē/et alio aliq̄d ꝑter finem non sic aūt est hic. sed vno eodē actu quis vult fidē vel honorē diuinū et mortis tollerātiam ne deserat fidē aut honorē diuinum alteri tribuat/actus enī martirij nec dicit volitionem fidei tantū/aut nolitionē ydolatrie tantū/nec volitionem mortis tantū/sed actus martirii est volitio fidei aut nolitio peccatitā firma v tneq; p morte vlit deserere fidem aut admitterre aliquid cōtra legem imperatiuā formaliter executionis respectu tollerantie talis mali pene ne vel bonū deseratur vel culpa admittat̄. ¶ Ad secundā dico q̄ virtus accipitur tripliciter. Vno modo generaliter p oi habitu electiuo immediate cōsistente. ꝛc. z hoc siue actus ad quē inclinat ille habitus sit sup facultatem cōmunē hominū siue non sit fine in electiōe actus sui patiatur pugnā passionū siue non et hoc modo gradus heroicus est virtus cōtinentia etiā est virtus et similiter pseuerantia. Secundo accipitur virtus minus cōmuniter p̄o habitu electiuo immediate consistente q̄ medietas non excedit cōmunem hominū facultatē: siue tamen hmōi habitus habeat passiones contra se impugnantes z perturbantes et impedimentū contra electionē act⁹ sui facientes siue non. et hoc modo heroicus gradus non dicit virtus sed dicitur esse supra virtutē: sed continentia z pseuerantia sunt virtutes. Tertio modo accipitur virtus strictissime p habitu electiuo immediate consistente non excedente cōmunē facultatē hominū neq; etiā turbato in electionib⁹ actuū suoꝝ pugna et rebellione passionū. Et hoc modo Ari. vocat temperantiā virtutē z negat cōtinentiā esse virtutē in. vij. ethicoꝝ cum ait. Post hec aūt dicendū aliud facientes p̄nciputū q̄m circa mores faciendoꝝ tres sunt species: malicia: incontinentia: bestialitas. contraria aūt duob⁹ manifesta. hoc quidē em̄ virtutē: hoc aūt continentiā vocamus. ad bestialitatē aūt maxime vtiq; p̄gruit dicere sup nos virtutē heroicā quandā z diuinam ecce vbi ari. diuidit et bestialitatē z virtutē que est oppositū malicie contra continentiā et virtutē heroicaz que est virtus sup nos existens. et ideo hoc modo accepto nōie virtutis virtus heroica nō est dicenda virtus sed virtus diuina q; ipa excedit facultatem cōmunē hominū nec cōtinētia est dicēda virt⁹ q; adhuc patitur pugnā et impetū passionum. si ergo accipiatur virtus tertio modo conceditur maior ei negatur ꝓña eo q̄ martirii non est actus virtutis: sed est actus virtutis heroice. nec sequitur est actus virtutis heroice: ergo est actus virtutis ꝑter alienationē termini a sua significatione. hec em̄ determinatio heroica alienat nomē virtutis a sua significatione. si autē accipiatur secundo modo virtus cōcedit̄ maior et minor z similiter negatur cōsequentia ꝑter eandē causam si accipiat̄ tertio modo negatur maior z dico q̄ volitio ptinens ad gradū temperantie. est volitio que nec fin se nec fin actum exteriorē nec ratiōe act⁹ nec ratione circunstantie excedit communē facultatem hominū. actus autē martirii aut ex natura sua aut ratione alicuius circunstātie communem hominū facultatē excedit. et ad pbatienem nego primā partē assumpti: si intelligatur vniuersaliter q; si volitio illa sit infra communē hominū facultatem tunc aliqua alia volitio eiusdem rei q̄ excedet communē facultatē hominū erit excellentior z nō in illa pria parte antecedētis debet addi hec clausula ceteris paribus que q; non addit̄ ideo vniuersaliter intellecta negauda est. ¶ Ad tertiā dicitur negando antecedēs immo dico q̄ mors suscepta p martirii est virtuosior: tū q; ceteris paribus ipsa est dolorosior q; vbi est contrapugnatio sicut contingit in actu fortitudinis ibi est actio sicut passio

Acceptiones virtutis.

Virtus heroica et continētia non sunt virtutes simpliciter loquendo.

et in ualio actiua sicut passiua ratione cuiusactionis diminuitur dolor patiẽdo tum etia ꝓpter cute factionẽ sanguinis. Cum ꝓpter diuisionẽ cogitationis ad inuadendũ ratione cuius minus colligũ turvires in apprehensione lesionũ et ꝑ cõsequens minus est dolor. Cum ꝓterea q; vbi est contrapugnatio ibi est spes euadende mortis q̃ nõ habetur nisi forte tenuissimaꝫ debilissima i martirio. ꝫ ideo ꝓpter has causas opus martirij est difficilius ꝫ ꝑ cõsequens ceteris paribus virtuosius. Et ad ꝓbationẽ nego cõsequentiã q; stat minor virtus cũ maiori vtilitate et econtra. Cõtingit tamẽ frequẽter q; ꝑ martirium spõte susceptũ magis defendit et multiplicat fides et magis debilitant hostes q̃ per contrapugnationẽ. Mã si cõtrapugnando hostes fidei vincat contẽpnit fidem et de virtute sua supra modũ superbit. Raro autẽ contingit in martirio quin ꝑ verba et ꝑ facta martirium et per multitudinem populi conuersi hostis fidei retundatur ꝫ cognoscat se nõ tantũ potuisse in torquẽdo q̃tũ martir potuit in patiendo. ¶ Contra secundã conclusionem arguitur sic aut martirium ẽm speciem suã est quolibet alio actu ꝓfecti⁹ aut per accidẽs tantũ/ si ẽm speciẽ suam: ergo nullus actus q̃ non est martirius est actu qui est martirium ꝓfectior: si per accidens: ergo non est necesse q; omnis actus q̃ est martirium sit quolibet alio qui non est martirium ꝓfectius. ¶ Secundo arguit̃ per illud Joh. xv. maior est caritatẽ nemo habet vt animã suam ponat quis ꝓ amicis suis/ ergo vniuersaliter martitium est ꝓfectius opere quod non est martirium. ¶ Ad primã dico q; martirũ nec per se nec per accidens nec ẽm speciẽ suam est quodlibet actu ꝓfectius q; non est de facto quolibet actu perfectius. Sed dico q; martirium ẽm speciẽ suam est quolibꝫ actu habente cetera oĩa paria ꝓfectius/ ꝫ cũ infertur ergo nullus actus qui nõ est martirium. ꝛc. nego consequentiã sed debet inferri: ergo null⁹ act⁹ qui non est martirius habens cetera paria ꝑterq̃ q; in vno est volitio mortis formaliter imperatiua executionis et in alio non est martirio perfectius. ¶ Ad secundaꝫ dico q; aliqua caritas dꝫ esse qua ponit̃ anima ꝓ amicis suis dupliciter. vnomodo actualiter/ alio modo ẽm ꝑparationẽ animi ꝫ ꝓptitudinem. primo modo non est verũ vniuersaliter q; caritas illa semp sit maior qua actualiter ponit̃ anima siue vita ꝑ re amata q̃ ea qua non ponitur sic actualiter/ nã in beata virgine fuit maior caritas q̃ in aliquo martire et tamen ipsa non posuit animã ꝑ amicis suis sicut fecerunt martires. Secundo modo dico illud esse verũ vniuersaliter nisi impediat dispositio subiecti. nã si caritas quã habuit beata virgo non reddidisset animã eius ꝓmptam et paratam ad hoc q; vbi fuisset sibi oblata conditio mortis q̃ oblata est aliis martiribus ipsa potuisset animã ꝑ amicis suis actu formaliter imperatiuo executionis ponere ipsa non fuisset tãta quanta fuit altoꝫ martirum caritas. Cum quo tñ stat q; duoꝫ vnus habebit maiorẽ caritatẽ q̃ ali⁹ et tamen qꝫ cetera in eis nõ erunt paria puta vn⁹ erit durior ꝫ patientior: alius erit delicatior ille q̃ habebit minorẽ caritatẽ ponet animam ꝑ amicis suis et non alius/ aut ꝓpter grauitatẽ supplicioꝝ qꝫ scꝫ vni cũ morte offerunt̃ grauiora supplicia et alteri minus grauia aut ꝓpter flexibilitatem arbitrij qꝫ caritas q̃tuncũq; magna sit non cogit nec necessitas liberũ arbitriũ sed semp ipsum in libertate sua relinquit/ aut ꝓpter magis auxiliũ speciale vni concessum q̃ alteri quod habet rationem cause efficientis respectu bone volitionis ꝫ operationis sequentis. ¶ Sed arguit̃ iterũ contra primam conclusionem. Actus obedientie est ꝓfectior actu martirii. igitur. Antecedẽs ꝓbatur qꝫ ꝑ obedientiã datur aliquis animã suã deo/ per martiriũ autẽ tñ dat ꝓpriũ corpus. Tũ secundo ꝓbatur ꝑ Gregorium vltimo moraliũ dicentẽ q; obedientia cunctis victimis ꝓfertur. ¶ Secundo actus docendi est ꝓfectior q̃ actus martirii. igit. Antecedẽs ꝓbatur qꝫ melius est alios ꝓdesse q̃ seipsum in bono cõseruare/ sed qui docet ꝓficit multis q̃ martiriũ sustinet sibi soli ꝓdest. igitur. ¶ Ad primã conseq̃ntia non valet: qꝫ dato q; obedientis esset ẽm se perfectior martirio hoc non est cõtra dicta/ sed dico q; obedientia q̃ est martirium semp est perfectior q̃ obedientia que non martiriũ. Ad antecedens tamen respondet beatus Thomas q; martirium est ꝓfectius obedientia qꝫ martiriũ complectitur id quod est summũ in obedientia scꝫ vt aliquis sit obediẽs vsq; ad mortẽ. ¶ Ad ꝓbationẽ autẽ antecedentis dico q; martir ꝫ animã ꝫ corp⁹ dat dño ꝓfectius q̃ ꝑ obedientiã detur. Ad secundam ꝓbationẽ dicendum q; Gregorius loquit̃ de victimis q̃ nõ habent id quod est summũ in obedientia qualis victima est martirium. ¶ Ad secundã dico q; vt ꝓius q; actus docendi qui est martiriũ quo ꝙs scꝫ ne deserat actũ docendi et instruendi populum dei in fide et moribus ecclesie vult suscipere mortẽ est melior q̃ actus docendi sine martirio. Dico vlterius q; martirium ꝑ fidem vel iusticia susceptũ est perfectior actus q̃ actus docẽdi ẽm se. Et ad ꝓbationẽ dico primo q; licet melius sit seipsum conseruare in bono ꝫ alios ꝓdesse q̃ seipsũ cõseruare in bono tãtum tamẽ non est melius. id est virtuosi⁹ alios ꝓdesse q̃ seipsum cõseruare qꝫ seipsum conseruare et non ꝓdesse alios est vnicuiq; simpliciter eligibilius q̃ ꝓdesse aliis et non cõseruare se ibõ ergo per regulã Ari. ꝓioꝝ positã seipsum conseruare in bono est operanti melius q̃ aliis ꝓdesse Et si dicas q; ẽm Ari. bonũ vnius gentis est meli⁹ q̃ bonum vnius hois cõcedo qñ illud bonũ est, eis codẽmodo bonum/ sed si sit eis diuersimode bonũ non oportet Ita est autẽ q; conseruatio sui est q̃ se conseruat bonũ honestum et virtutis. Actus nũ docendi non est genti bonũ virtutis sed tantũ bonum vtile ad virtutem tamẽ ordinabile ideo nihil potest ex hoc concludi. Non est dubiũ ẽm q; cõseruatio totius ciuitatis in virtutẽ est simpliciter melior q; conseruatio vnius hois in virtute et tamen virtus vnius hois est simpliciter ꝓfectius bonum q̃ pax aut immunitas vnius ciuitatis. Dico, vlterius q; ista consequentia nõ valet hoc est melius: ergo est a me magis appetendũ vel ꝓcurandum/ cõsequentia ẽm forte teneret in his bonis quib⁹ quis potest carere sine detrimento salutis eterne/ in aliis autẽ non sicut magis teneor ꝑseruare me ab adulterio vel ydolatria q̃ totã ciuitatẽ ꝫ inde est q; si offerret̃ michi conditio q; si ego vellẽ ydolatrare tota ciuitas sequeret̃ fidem xpi et confringeret ydola/ ego non deberẽ hoc velle vt ego ciuitatem ab ydolatria ꝑseruarem. Dico preterea ad

argu. tho. 2.2.q.124 articu.5.

argumentū q multi p martirium ꝓfuerunt multis et non solū sibi et multo plus patiendo q̄ ipsi vel aliqui alii p̄dicatores veritatis docendo. Et si dicatur cōtra conclusionē ponat q aliquis pro fide xp̄i velit pati grauissima supplicia non tñ mortem alius aūt velit pati mortē p fide sed nō habeat voltionē circa supplicia grauissima. prim⁹ istoꝝ nō est martir/et secundus est martir/ et tñ videtur q actus primus sit difficilior et virtuosior q̄ secūd⁹ qz difficilius est in tormentis viuere q̄ sine tormētis cito mori. igitur. ¶ Ad hanc rationē respōdet q vel in vtroq; est nolitio eius qō non est volitum vel non si sit nolitio tunc aut recta ratio dictat q p fide xp̄i vtraq; sunt tolleranda z tunc neutrius actus est bonus qz neuter est cōformis recte rōni. Si aūt non sit nolitio eis quod nō est volitū. tunc dico q secund⁹ actus est martiriū et non primus z q regulariter difficilior est volitio mortis formalit imperatiua executionis q̄ volitio grauissimorum cruciatuū licet forte apud aliquē secund⁹ sit difficilior/et cū infert ergo aliquis actus q̄ nō est martirium ceteris paribus est martirio ꝓfectior nego consequētiā qz ad hoc q cetera essent paria oportet q primus esset volitio cruciatuū z non mortis. Secundus vero esset volitio cruciatuū z mortis alias cetera non essent paria. ¶ Ad rationem ante oppositū nego cōsequentiā qz dato quocūq; actu caritatis q̄ non est martiriū ille est imperfectior q̄ actus caritatis q̄ est martiriū ceteris paribus et consequi dicendo negat antecedens sintelligat de omni actu qui est vel potest esse martirium quomodo intelligitur questio.

Altissimo repsi libro 3. tractatu vii. ca. pc.

Querit scdo. Utrū martirium sit actus fortitudinis. ¶ Arguitur q sic auctoritate sanctoꝝ q̄ martires fortes appellant. ¶ In oppositum arguit. Martinū vt dicit̄ est virtus heroica ergo aliquod martiriū est actus iusticie et aliq̄ actus alterius virtutis. ¶ Notandū q opinio Thome z aliorꝝ multoꝝ est q martiriū est actus fortitudis ꝓbat Tho. fortitudo cōfirmat hominē in bono virtutis contra pericula mortis et maxime eius q̄ est in bello/sed p martirū homo confir mat in bono virtutis dū fidem et iusticiā nō deserit propter imminētia pericula mortis q̄ etiā in quodā certamine particulari a p̄secutoribus imminent/ ergo martiriū est actus fortitudinis. minorē ꝓbat per illud Cipriani in quodā sermone vidit admirans p̄sentium multitudo celeste certamē/et in p̄lio stetisse seruos xp̄i voce libera mente incorrupta virtute diuina. ꝓbat secundo p illud quod de martiribus canit ecclesia fortes facti sunt in bello hec opinio non michi videt vera nec sufficienter ꝓbata. Et ideo est vlterius aduertendū q sm altissiodore. quinq; fuerunt genera martiruz/ quidā eōꝝ fuerunt martires p p̄dicatione veritatis sicut iohannes baptista z ꝓphete in veteri testamento.

Quidā p defensione legis diuine vt machabei.

Quidā p defensione fidei sicut beatus Stephan⁹ qui dicit̄ ꝓthomartir nō qz nō fuerūt ante eū martires: sed qz null⁹ fuit ante ipsuz sic martir scz pro fidei defensiōe. Quartomodo fuit specialiter xp̄s martir scz pro redemptione generis humani/ vnde inter pascha et pentecostē in festis martirū cantat ecclesia. Filie iherusalē veniteet videte martirem xp̄m scz cum corona supple martirū qua coronauit eum. ꝛc. verū q̄tum ad hoc cū corona pertinet antiphona ad festum. Quinto modo fuerunt martires innocentes in quoꝝ quolibz credebatur occidi xp̄s. Primi fuerunt testes veritatis secūdi legis diuine/ tertij fidei/ quarti summe dilectionis dei patris qua mundū sic dilexit vt vnigenitū suū daret p nobis innocentes vero fuerunt testes malicie tirannoꝝ et crudelitatis. Proprie tamē stricte dicunt̄ martires q̄ passi sunt pro fide xp̄i: sicut beatus stephanus dicitur ꝓthomartir/hec altissiodorē. ¶ Notandum est p̄terea q licet iste doctor non enumeret nisi quinq; genera martirū possunt tamen esse plura vt si alicui dictaret recta ratio q debet sub pena dānationis eterne pugnare pro patria z ꝓhiberet hoc aliquis magnus p̄rinceps sub pena capitis tunc si talis nollet deserere pugnam pro periculo capitis actu formaliter imperatiuo executionis talis videret esse dicendus martir si mortem pateret Similiter si q̄s iubet occidere matrē suā sub pena capitis z mallet hanc penā subire q̄ matrē occidere tunc talis si esset de familia xp̄i et haberet actio sua oēm aliam circunstantiā requisitam ad bonā et laudabilē operationē talis videt esse dicendus martir. Eodēmodo videret dicendū de iudice cui ꝓponeret vel tollerandi mortē grauissimā vel faciendi iniusticiā Ex omnibus tñ istis videtur esse ponēda duo martirū genera. quoddā est genus martirij in quo passio martirii infertur tanq̄ pena alicuius facti vel omissi sicut cū beato iohanni baptiste illata est truncatio capitis propter reprehensionē scz herodis et p̄dicationē veritatis/ita scz q tunc nō est plus in potestate martiris fugere penā illā. Aliud est genus martirii in quo passio martirii proponit̄ martiri sub conditione scz si nō desiterit ab aliquo opere quod ꝓhibetur sibi aut fecerit aliquod opus qō sibi p̄cipitur z tunc martir eligit p̄seuerare in opere non obstāte quacūq; pena illata vel inferenda vel etiā non facere similiter aliud opus qō iubetur/et tunc pena martirii est in potestate libera ipsius martiris qz si obediat tiranno non patiet mortem/si non obediat patiet. Primū genus adhuc diuidit̄ qz martir cū facit opus virtuosum vel omittit opus turpe p quibus mors z cruciatus grauis p pena postea reposcitur aut tunc sciebat verisimiliter sibi immineremortem pro tali opere sicut xp̄s de facto sciebat q ꝓpter p̄dicationē iudei summa inuidia aduersus est mouerent et eū morti traderent/et etiā vt puto iohannes baptista hoc p̄sciebat. z istud genus martirii nō puto differre a secūdo qz volitio equanimitatis in morte que postea infert non ptinet nisi ad executionē p̄cedētis volitionis qua volebat martir p̄dicationē veritatis aut defensionē fidei ita q nec ꝓmorte nec p quocumq; cruciatu eam dimissurus aut ille tunc sciebat mortē et alia supplicia sibi debere imminere p operevirtutis facto: aut opere vicii p̄termissoꝝ et de isto aliter michi videtur dicendū q̄ de primo. ¶ Tunc sit p̄ma conclusio. Equanimis tollerātia mortis z cruciatus q̄ inferuntur alicui p opere virtuoso facto vel omisso/ que tñ faciens nesciebat verisimiliter esse sibi inferenda p hoc opere cōmisso vel omisso/ nec vnq̄ volitionē circa tale opus non obstātibus pe

nis ꝛ cruciatibus formaliter vel equiualenter imperatiuā executionis nō ē martirium ꝓprie dictuz ¶Probatur oīe martirū ꝓprie dictū est actus virtutis heroyce ꝛ excedit cōmunē facultatē hominū sed hec equanimitas non est actus virtutis heroyce nec excedit cōmunē facultatē hominū imo plures sapientes viri cū vident se nō posse fugere penam que eis infertur/ se per patientiā ad equanimem tollerantiā ꝓparant ꝛ tanto magis ꝯto actus ꝓ quo patiuntur fuit virtuosior ꝛ laudabilior.

¶ Secunda cōclusio hmōi martirij genus ad patientie virtutem pertinet. ¶Probaꝫ qz est equanimis tollerantia aduersorū que ꝓ tunc nō est in potestate tollerantis. Contingit tamē interdū q̄ bonus vir in patiendo habēt passiones equiualentes martirio/puta cū nō obstāte pena q̄ eis inferꝫ nō dolet nec penitet eos de bono opere sed placet eis opus nō obstantibus oībus penis/ ꝛ ꝓponunt q̄ si essent facturi adhuc facerent. Iste em̄ sunt volitiones q̄ vel sunt martiria interioza vel equiualent martiriis/ ꝛ iste volitiones nō ptinent ad virtutem patientie sed ptinēt ad virtutē illā ad quā ptinet cōmissio vel omissio operis ꝑ qua plectuntur. Quo ptz oīs cōplacentia in actu virtutis ptinet ad illū actū virtutis q̄ nobis placet/ sed huiusmodi volitio nō est nisi cōplacentie de actu virtutis igiꝫ ꝛ pōt hec cōplacētia ptiuere ad gradū heroycum illius virtutis.

¶ Tertia conclusio ¶Martirium in quo passio martirij ꝓponitur martiri sub conditione modo supradicto aliquando ad iusticiam pertinet aliqñ ad temperantiā aliqñ ad aliquam aliam virtutem. ¶Probatur prima pars de martirio eius q̄ cogiꝫ sacrificare idolis aut penā durissimā pati. Secunda pars patet de martirio mulieris cui ꝓponitur conditio adulterij aut mortis. Tertia ꝓbatur de martirio eius cui ꝓponiꝫ conditio passionis ꝛ dominij aut mortis/ sicut contingit in eo qui contra voluntatem alicuius potentis vult a se abdicare omne dominiū ꝛ sequi xp̄m. q̄ autem primū ptineat ad iusticiam. ꝓbaꝫ volitio iusticie apud deum qui exhibeꝫ ꝓ religionem tam firma ꝛ stabilis vt nec ꝓ morte nec ꝑ quocūq̄ cruciatu velit eam deserere/ est actus iusticie. ſz hmōi martirium mentale non est aliud q̄ volitio religionis ad christum tam firma et tam stabilis vt nec ꝓ quocūq̄ cruciatu nec ꝓ morte velit eā dimittere ergo est actus iusticie. ¶Maior ꝓbaꝫ oēs volitiones q̄ habent idem obiectū cōmune et eodem modo ptinent ad idē genus virtutis licet ꝓpter diuersas circūstantias q̄ se habent vt obiecta partialia respectu volitionū et nolitionū possint ptinere ad diuersas species sed volitio iusticie absolute ꝛ sine cōditione mortis/ ꝛ volitio iusticie cuz cōditione circunstantie mortis ꝛ grauissime q̄ cruciatuum habent idem obiectū cōmune scz opus iusticie quod cuilibet actui iusticie est cōmune ergo ptinent ad idē genus virtutis licet etiā mors ꝛ cruciatus sint obiectū in scōa ꝛ nō in prima sed prima volitio vt cōstat ptinet ad iusticiā ergo et scōa. Secundo volitio cū cōtemptu mortis ꝛ cruciatuuz ne deseraꝫ iusticia imperatiua formaliter executionis/ aut ptinet ad iusticiā tm̄/ aut ad fortitudinē tm̄/ aut ad vtrūq̄. Si ad iusticiā tm̄ habetur intentum. Nec potest dici q̄ ad fortitudinem tantum quia virtus fortitudinis non inclinat ad actum iusticie per se et immediate/ ille autem actus est volitio iusticie. Nec potest dici q̄ advtrūq̄. Tum primo quia ille actus est vnus ergo pertinet ad vnum genus virtutis et non ad duo. Tum secundo qz omnis actus q̄ fertur in aliqua duo in vnū tāq̄ in substantiā actus ꝛ in alterū tāq̄ in circunstantiā ille ptinet ad illud genus virtutis ad quod ptinet substantia actus: sed ista volitio q̄ dicta est ferꝫ in opus iusticie tanq̄ in substantiā actus ꝛ tanq̄ in obiectū ꝓmū ꝛ principale ꝛ ferꝫ in mortē ꝛ cruciatus cōtēpnendo scz tanq̄ in circūstantiā actus qz vt ponit in casu facienti iusticiā ꝓponiꝫ cōditio mortis et cruciatuū ergo iste actus nō ad fortitudinē sed ad solā iusticiā ꝑtinet. ¶Maior probaꝫ qa alias idē actus pōt rōne substantie eius ptinere ad vnū genus virtutis et ratione vnius circūstātie ad aliud et rōne alterius ad aliud qđ est oīno absurdum ꝛ contra omnē doctrinā philosophoꝝ moraliū ꝛ sanctoꝝ q̄ i doctrinis suis declarant manifeste actū virtutis ꝑ nullas circūstantias variare genus virtutis. Tum tertio oīs actus q̄ est circa duo circa vnū tāq̄ circa finē ꝛ circa aliud tanq̄ circa id qđ est, ad finez ptinet ad illud genus virtutis ad quod ptinet actus ille qui est circa finē vt velle adulterari causa diuitiaꝝ acquirendarū quod ptinet ad auariciā et velle furari vt intēperare viuaꝫ ad intēperātiā Similiter velle repetere suū vt pauperibus erroretur ad liberalitatē/ velle potentatū vt iusticia administreꝫ ad iusticiā, hanc maiorē habet Aris. expresse quarto ethicoꝝ sed volitio iusticie vel religionis cū cōtemptu mortis ꝛ grauissimoꝝ supplicioꝝ habet opus iustitie ꝓ fine ꝛ contemptū mortis tanq̄ mediū ad finem ergo hmōi volitio ꝑtinet ad iusticiam. minor est expresse posita a beato Thoma q̄stione de martirio articulo tertio ita dicentē in responsione ad articulū ꝛ sic nō pōt esse q̄ martirium quod consistit in debita tollerantia mortis sit pfectissimus inter virtutis actus quia tollerare mortē nō est laudabile sm̄ se sed solum sm̄ q̄ ordinatur ad aliquod bonū quod consistit in actu virtutis puta ad fidem ꝛ dilectionem dei/ ꝛ sequiꝫ vnde actus ille virtutis cum sit finis melioz est. Aduerte tamē q̄ maior istius ratiōis multa discussione indiget qz tamen frequentissime ea vtitur doctor cuius opinionem recitauimus ideo eadem cōtra ipsum vsi sumus ¶Quarto ꝓcunduz Aristotelem circa mores fugiēdoꝝ sunt tres gradus quibus opponunt tres gradus circa mores ꝓsequendoꝝ sed malicia/ incōtinētia bestialitas quibus opponunt isti tres gradus virtutis/ ꝓtus cōtinentia/ ꝛ virtus heroica: sed constat q̄ vnus istorum graduū scilz malicia pluribus generibus vicioꝝ est cōmunis ꝛ similiter gradus oppositus scz virtꝰ ergo ꝛ alij gradus possunt esse cōmunes sed qua rōne ꝓbatur ꝛ defendiꝫ cōmunitas virtutis heroice ad plura genera virtutū eadē rōne ꝑbari vel defendi pōt cōmunitas martirij ad oēm virtutē in qua reperiꝫ actus quē ꝑ morte nō deserendum esse recta ratio diffinit ꝛ determinat q̄ autē heroica virtus sit multis virtutibus cōmunis. ꝓbatur ꝑ eustra. sup septimo ethicoꝝ ita dicētē. ¶Heroica autem ꝛ diuina virtus est cū aliquis vi-

rigit omnem virtutem super omnē hominem puta cum quis dirigit amorem hominum super omnem amorem hominū dicitur talis virtus heroica z diuina z cum quis dirigit temperantiā super omnem temperantiā dicitur talis virtus heroyca et diuina. Silr aūt et si quis fortis fiat super omnē fortē talis fortitudo q̄ ē super omnē ē heroica et diuina qđ secūdū rei veritatē nō ē aliud q̄ id quod supra diximus q̄ scz ḡdus heroicus ē actus virtutis cōmunē facultatē hoim excedens vl habitus ad talē actum inclinās que đr diuina quia diis z hoibus cōgruit Heroica qr hoibus q̄ semidei fūt ꝓuenit/ad mirabilis z supnaturalis qr cōmunem hominū facultatē excedit. vel đr diuina qr per eā maxime homines appropinquāt ad deū Ex his sic arguitur. Temperantia eleuata super oēm tēperantiā que scilz solet in hominibus reperiri pertinet ad genꝰ temperantie/z iusticia super omnē iusticiā eleuata que cōmuniter solet in hominibus reperiri ptinet ad genus iustitie z sic de ceteris ergo omnis virtus heroica pertinet ad genus aliquod virtutis z vna ad vnū z alia ad aliud. Et omnino eodē modo arguitur de martirio iusticia eleuata super omnē iusticiam pertinet ad iusticiā z temperantia eleuata super omnem temperantiā est temperātia sed aliquod martiriū non est aliud q̄ iusticia eleuata super omnem iusticiā z aliquod nō est nisi tēperantia eleuata super omnē temperantiam z sic de alijs ergo martirium aliquod ad vnā virtutem ptinet et aliquod ad aliā z aliquod ad aliā. Quinto ad omnē virtutē in aliquo gradu constitutā pti net vincere omnē difficultatē q̄ ei cōuenit ēm gradum illum vt ad virtutē ēm gradū cōtinentie pertinet inclinare vt vincant difficultates ꝓueniētes a delectationibus z ad virtutē ēm gradū perseuerantie cōuenit inclinare vt vincat omnes difficultates cōtra actū suū ꝓueniētes ex tristicijs. ergo etiā ad omnē virtutē in gradu heroico cōstitutaz ptinet inclinare habentē ipsā vt vincat oēs difficultates impedientes actū eius/sed excōditione mortis proposita ꝓuenit difficultas i actu heroico que non potest vinci nisi per contemptummortis ergo ad iusticiam in excellentissimo gradu suo cōstitutā p tinet facere cōtēptū mortis impedientis eam ab actu illo excellentissimo. Ex qua ratione patet improbatio fundamenti p̄dicte opinionis. Opinat em̄ p̄dictus doctor q̄ in martirio tria sunt scz actus p quo fuscimus martiriū puta p̄dicatio veritatis/defensio legis/aut fidei cōfessio. z iste actus nō ptinet ad fortitudinē Aliud est firmitas animi cōtra periculū mortis imm inētis z hec est quā ipse dicit ad fortitudinem pertinere. Tertiū est cōformatio in bono virtutis cōtra pericula z p̄cipue mortis/z hoc videt ex duob⁹ priꝰ ribus dependere: qr em̄ aliquis firmatus est in bono virtutis alicuius z habet firmitatē animi contra pericula mortis ipse cōfirmat⁹ est in bono virtutis cōtra ꝑicula mortis. ¶ Contra hunc modū dicēdi sit quarta ꝓclusio. Non oīs cōfirmatio in opere iusticie cōtra ꝑicula mortis est opus fortitudinis. ꝓbat primo ex vltima rōne p̄cedentis conclusionis ꝓbat scōo qr si sic seqret q̄ fortitudo haberet oēs materias virtutū p obiecto nō solū partiali z circūstātionali sz etiā p obiecto cōmuni et principali sed ꝓms est falsum z cōtra auctores moralis philosophie q̄ fortitudini ꝓpriā materiā tribuunt et non extendunt eam ad materias aliarū virtutū nisi forte aliqñ in materiā fortitudinis tā q̄ circūstantie veniant. ꝓbat ꝓma cōfirmatio hominis in bono iusticie aut fidei ꝓtra pericula mortis nō est aliud q̄ volitio iusticie nō obstante conditione mortis ꝓposita facienti iusticiā sed ꝓstat q̄ hec volitio est directissime volitio ꝓtinēs ad iusticiam/z q̄ mortis ꝓditio nō se habet nisi tā q̄ circunstantia igitur.

Tertio ois virtus inclinat ad tollēdū omne illud quod impedit actum suum ergo cum timor mortis interdum impediat iusticie actū sequit q̄ iusticia inclinat ad tollendū timorē mortis nō quēlibet sed impedientē actum suum: sed volitio iusticie cū sublatione timoris mortis est ꝓfirmatio in bono iusticie contra periculū mortis ergo ad iusticiam ptinet cōfirmare hominē in bono iusticie cōtra periculū mortis. Maior ꝓbat q̄ ois virtus q̄tum inclinat in actum suum tm̄ inclinat mediāte actu suo elicito in oppositum illius quod repugnat actui suo et ipsum impedit/sed timor mortis impedit actum iusticie cum ꝓponitur conditio mortis faciēti iusticiā ergo iusticia in tali casu inclinat in sublationem hmōi timoris siue in contēptum mortis q̄ opponitur timori mortis. Ad hanc conclusionem possunt reduci et applicari omnes rationes precedentis conclusionis. ¶ Quinta cōclusio Fortitudo siue magnanimitas multū facilitant actum martirij. ¶ Pro qua cōclusione est aduertendū q̄ in magnanimitate siue fortitudine cōmuniter dicta reperit duplex genus sicut supra dictū est vnum quod est positū in cōtemptu rerum externarum et vite quo fit vt nec aliquas res externas nec vitā nostram plus appreciemur q̄ appreciēda sunt z hoc magnanimitatis genus facit vniuersalem ꝓtemptū mortis z habens ipsum faciliter ad modum confirmat in operibus virtutum contra pericula mortis. Aliud genus est quod est positum in administratione difficiliū rerum/z ista rum rerum difficiliū quedā sunt bellice in quibus frequenter eminet mortis periculum cum contra pugnatione tamen. Alie sunt nō bellice. z iste etiā sunt pene laborum z periculorum rerum z mortis et istud genus fortitudinis non facit vniuersalem contemptum mortis sed vnum facit contemptum mortis que contrapugnando contingere potest aliud facit contemptum mortis. que in huiusmodi arduis administrationibus potest cuenire sine bello et contrapugnatione et frequenter experimur q̄ aliquis est inclinatus ad cōtemptum mortis vnomodo z non alio z aliqui sunt inclinati ad ꝓtēptū mortis istis duobus vltimis modis q̄ non sunt ĩclinati ad vniuersalē ꝓtēptū mortis. Dico ḡ q̄ habit⁹ inclinās adv̄niuersalē ꝓtēptū mortis multū facilitat actum iusticie heroice z ḡnaliter omnē aliū actū ad cuius elicitionē exigit hmōi contemptus mortis non tm̄ est elicitiuus hmōi actus iusticie vel alterius virtutis etiā p tpe p q̄ offert ꝓditio mortis facilitāti. Alie vero species magnanimitatis disponūt ad actꝰ heroicos z ad actus martirij sed remotius qr nō faciūt vniuersalē cōtemptū mortis ecōtra autē actus iusticie vel alteriꝰ ꝓtutis heroice multū disponūt ad cōtēptū mortis z vniuersalē z ꝑticularē nec ista fūt

reputanda extranea q; secũdum doctores sacros vna virtus oritur ꝛ generatur ex alia quod expo nit beatus Thomas ꝛ bene q; vna virtus mediãte scz actu suo elicito inclinat ad actum alterius vir tutis. ꝛ ppter hanc causam forte multi crediderũt q; martiriũ pertinet ad fortitudinẽ cõmuniter ac ceptam nõ quidẽ tanq; ad virtutẽ ꝓxime elicientem/ sed tanq; ad virtutẽ facultãte actũ martirij. ¶ Sexta conclusio. Martiriũ non est actus fidei. ꝓbatur quia omnis actus fidei est actus cogni tiuus sed martirium non est actus cognitiuus sed est actus voluntatis ergo martiriũ non est actus fidei. Et si dicas q; aliquod martiriũ est confessio fidei sed confessio fidei est actus fidei actus scz ex terior igit̃. Respondeꝯ nego minorẽ. sed dico q; actus fidei cũ actus exterior respectu volitiõis cõ fessionis fidei sicut patebit cũ de fide ageꝯ. Septi ma cõclusio. Aliquod martiriũ nõ est actus carita tis ꝓbatur aliquod martiriũ quod est actus bo nus moraliter tm̃ ꝛ nõ meritorie/ sed tale nõ est ac tus caritatis: cũ a caritate nec imperatũ sit nec elicitũ ergo aliquod martiriũ nõ est actus carita tis ꝛ añs videꝯ per se notũ. ꝓbatur tm̃ potest exi stens in peccato mortali nolle deserere fidẽ xp̃i p morte nec pro quocũq; cruciatu actu imperatiuo executionis. sed cõstat q; existens in pctõ mortali nõ habet caritatẽ igitur, q; si dicas q; sicut bapti sato datur gratia ꝛ remissio pctõꝝ ita ꝛ morienti pro xp̃o. si hoc intelligaꝯ vniuersaliter nõ videtur vez q; forte ponit obicem si tm̃ ita sit tm̃ caritas il la sequitur naturaliter actũ martirij/ nec se hz ad ip̃m iperatiue nec electiue. Octaua cõclusio. Ali martiriũ est actus caritatis tanq; totaliter p mo dum habitus vel actus inclinãtis ꝛ aliqꝺ est actꝰ caritatis tanq; partialiter p modũ habitus vel ac tus inclinantis. ꝓbatur prima pars de martirio eius qui sustinet mortem q; nõ vult deserere actũ dilectionis caritatiue nichil em̃ videꝯ elicitiue cõ currere ad illum actũ p modũ habitus vel actus voluntatis nisi caritas. dico per modum habitus vel actus quia volũtas bene cõcurrit sed non per modum actus vel habitus sed per modũ potẽtie. Secda pars ꝓbatur de martirio eius qui existẽs in caritate sustinet mortem quia nõ vult deserere actum iusticie ad quam inclinat habitus iusticie quẽ hz actus em̃ martirii in tali causatur inclina tiue et elicitiue tã ab habitu caritatis q; ab habi tu iusticie vt supponit̃ pro nũc: ꝛ alibi ꝓbabitur/ concursus caritatis ad omnẽ actum vite eterne meritorium. Nona conclusio. Martirium stricte acceptum nõ est actus patientie stricte accepte. ꝓbatur in patientia stricte accepta pena non est in potestate nostra vt patuit cũ agebaꝯ de pa tientia sed pena martirij est in potestate nostra q; si velimus deserere opus pro quo ꝓponitur cõdi tio mortis liberamur a morte/ illud autẽ opus de serere est in potestate nostra igit̃. Dixi autẽ in cõ clusione martirium ꝛ patientiã stricte accipi pro pter varias acceptiones martirij ꝛ patiẽtie supra positas. ¶ Contra tertiã conclusionẽ arguit̃ pri mo ratione Thome posita post argumenta q̃stio nis. ¶ Secundo arguit̃ per illud Cipriani in epi stola ad martires ꝛ cõfessores O beati martires quibus vos laudibus prędicem O milites fortissi mi robur corporis vestri quo preconio vocis expli cem. ¶ Tertio omnis virtus firmans nos contra pericula mortis in bello est fortitudo/ sed marty rium firmat nos contra pericula mortis in bello: ergo martirium ad fortitudinem pertinet. Minor ꝓbatur quia in martirio est pugna ꝛ certamẽ in q̃bus eminet mors vt ptz ex auctoritate supra alle gata. ¶ Quarto arguit̃ auctoritate Leõis pape qui vt Cipzianus vocat martires fortissimos. ¶ Ad primam respondeo negando maiorem vni uersaliter ꝛ dico q; fortitudo non confirmat homi nem in bono virtutis alterius a fortitudine: sed di co q; fortitudo facit vt homo mediocriter ꝛ bene se habeat circa terribilia et audibilia vt scilicet ti meat timenda et audeat audenda. et ad minorem concedo eam pro primis partibus: sed nego p vl tima scilicet q; illa pericula mortis contra que fir matanimũ martirium sint vel contingãt in bello. ¶ Pro quo est notandum q; bellum accipitur du pliciter. Uno modo ꝓprie pro bello in quo est pu gna et concertatio manibus et viribus corporis peracta et hoc est bellum quod exigitur ad fortitu dinem acceptam ꝓprie. aliud est bellũ similitudi narie dictum in quo est pugna nõ manibus sed li gua non viribus/ sed verbis peracta / sicut in vi ta martirum bene legimus contentionem que fa cta est inter martires ꝛ tirannos cum inter se aut de fide aut de lege disputabant ꝛ hoc bellum non sufficit ad fortitudinẽ ꝓprie dictam sufficit tamẽ ad similitudinariã fortitudinem quomõ accipiũt sancti Cipzia. Leo Augus. Jheroni. fortitudinem cum appellant martires fortes et per hoc soluunt omnes auctoritates ad hoc adducte. loquunt em̃ de fortitudine nõ proprie sed similitudinarie dicta quomõ etiam secundũ Ari. milites strẽnue pugnã tes vt cõsequãtur honores vel euitent opprobria vocantur fortes non ad fortitudinẽ ꝓprie dictã sz similitudinarie. ¶ Contra sextam conclusionẽ ar guitur sic martirium est actus illius virtutis cui⁹ est testimonium sed martirium est testimonium fi dei ergo est actus fidei. maior ꝓbatur q; martir in greco dicitur quasi testis in latino. et minor pro batur per illud actuum primo Eritis michi testes in iherusalem. ꝛc. ¶ Secundo martirium sicut dictum est pertinet ad illam virtutem p cuius actu mortem patimur sed martir pro actu fidei mortẽ patitur sicut beatus Stephanus fuit martir p fi de christi igitur. ¶ Tertio arguitur auctoritate Maxi. in quodam sermone martir inquit martirij fides catholica est in qua illustres athlete suo san guine subscripserũt ergo martiriũ ptinet ad fidẽ. ¶ Ad primam dico q; quando est eadem virtus in cuius actu pfistere volumus non obstante condi tione mortis nobis proposita et cui testimonium dare volumus tunc martirium est actus virtutis il lius cuius est testimonium quia est actus illius vir tutis in qua pfistere volumus/ si autem hec virtus sit alia ab illa tũc in tali casu maior est falsa. Exẽ plum primi vt cum suscipimus martirium pro cul tu diuino tunc eidem cultui etiam per martirium testimoniũ damus ꝛ ita martirium est actꝰ iusticie ꝛ religionis cui actui dat testimoniũ. In ꝓposito autem cum pro cõfessione fidei martirium suscipi mus nos damus testimoniũ fidei quia tamẽ fides est virtus itellectualis cõfessio aũt fidei vel defen sio est virtus voluntua ideo martirium est testimo-

Arg. tho. vbi supra arti. 1.

Arg. tho. vbi supra.

nium vnius virtutis et actꝰ alterius non nego tñ quin martirium in tali casu sit etiam testimonium virtutis volitiue sed dico ꝙ non est verum vniuersaliter ꝙ cuiuscūqꝫ virtutis martir est testis eiusdē martirium est actus. ¶ Ad secundā nego minorē et dico ꝙ martir non patitur ꝑ actu fidei sed ꝓ defensione aut confessione/ aut volitione fidei siue volitione actus credēdi. si em̄ ꝓposita conditione sibi cessaret a cōfessione vel defēsione fidei q̄tū cunqꝫ crederet nō pateretur. Aliter respondetur ꝙ martir dicitur pati mortē ꝓ duplici actu scilꝫ ꝓ actu habēte circunstantiaꝫ mortis ꝑ obiecto cuius est formaliter contēptuus ⁊ de isto vera est maiorꝫ Secundo ꝑ actu non habēte huiusmodi circunstantiam mortis ꝑ obiecto cuius formalit̄ fit contēptiuus ⁊ de tali maiorꝫ non est vera. primus actus est volitio cōfessionis fidei nō obstante morte ꝓposita formaliter imperatiua executionis. secundus est ipsum credere vel aliquid tale

¶ Ad terciam ⁊ ad primā respondet beatus Thomas ꝙ martirium cōparatur ad fidē sicut ad finē in qua aliquis firmatur ad fortitudinem sicut ad virtutē elicientē. Ista solutio non mihi videtur sacere. Tum quia falsa. Tū quia non satisfacit falsa quidē quia nō ideo quis firmatur in fide quia ꝑ fide suscipit martirium sꝫ econtra qꝫ firmatus est iam in fide ideo ꝓ fide suscipit martiriū. Est aūt insufficiens quia dato ꝙ fides sit finis martirij nō ꝓpter hoc tamen sequitur ꝙ sit mater/ qꝫ mater non est ꝑpter quā res est sed ꝑ quam res est. Dico ergo ꝙ fides dicitur martirii mater non ꝓxima
cōtra tho. et immediata seu mediata. Fides em̄ est causa dictaminis quo dictat intellectus quo nunc de necessitate vel ꝑ vtilitate salutis confitēda ē fides/ et istud dictamē ⁊ habitus ille voluntatis ad quā ptinet fidei confessio efficiunt ⁊ causant volitionē martirij q̄ est martirium mērale ꝙ si nondū sit genitus ille habitus tunc voluntas ex libertate sua cum dictamine rationi ⁊ speciali motione dei causant huiusmodi volitionē quam specialē motionē necessariam puto de cōmuni lege etiam si assit habitus ille. ¶ Contra septimā conclusionē. Arguitur actus laudabilis est actus illius virtutis que ad ipsum inclinat ab ipso manifestatus/ ⁊ sine qua non valet: sꝫ martirium istis tribus modis se habꝫ
argu. tho. ad caritatē: ergo omne martirium est actus caritatis vbi supra. Minor ꝓbatur ꝑ prima parte ꝑ illud Maximi in quodā sermone. Caritas christi in mēbris suis vicit. Ꝓo secunda parte ꝓbatur ꝑ illud Johannis. xv. Maiorē dilectionem nemo habꝫ q̄ vt animam suā ponat ꝑ amicis suis. Ꝓo tercia pte ꝑ illud. i. ad Corint. xiij. Si tradidero corꝑ meū ita vt ardeā/ caritatē aūt non habuero nichil michi ꝓdest. ¶ Ad terciam concedo maiorē nō tātum ꝑ modum eliciētis quia vt postea dicetur caritas elicitiue concurrit ad omnē actum meritorium concedo vlterius ꝙ omne martirium meritorium est a caritate inclinatiue ⁊ elicitiue aut totaliter aut partialiter ⁊ ideo cum hoc ꝙ ad caritatē ptineat stat ꝙ etiam ad aliquē aliam virtutē ptineat patꝫ de multis actibus meritoriis. Dico preterea ꝙ qꝫ non omne martirium ꝑ qualibet parte temporis ꝑ qua martirium est meritoriū: ideo nō est verum vniuersaliter ꝙ oē martiriū sit hoc modo a caritate ne ad tale martirium caritas inclinat/ neqꝫ per ipsum manifestatur quia nulla caritas est in tali martire/ quod intelligo de caritate infusa. Et cum dicis ꝙ sine caritate tale martirū non valet, verum est ꝙ non valet ad meritū eterne vite/ ꝙ si postea conferatur caritas ⁊ gratia sicut sit interdum ꝑ attritionem tunc martirium nō cō paratur ad eam sicut ad virtutem elicientē sed sicut ad donum quoddam ꝙ ipsum tributū/ nisi martir ꝑsisteret adhuc in actu martirii ⁊ tunc caritas ꝓ mensura illa ad actum martirii inclinatiue siue effectiue concurret

¶ Rationes solute sunt ex dictis

Queritur quarto Utrū

mors sit de ratione martirij. Arguitur ꝙ non quia tunc talis esset martir dū viuit cum nulli viuenti mors insit /, sed consequens est falsum. igitur. In oppositū arguit auctoritate Maximi dicentis in quodam sermone de martire ꝙ vicit ꝓ fide moriendo qui tamē vinceretur sine fide viuendo. Hec questio ꝑ maiorꝫ parte iam absoluta est in primum questioni de martirio. ¶ Ad hanc questionem respondet beatus Thomas ꝙ ad perfectam rationem martirii requiritur ꝙ aliquis mortem sustineat ꝑpter xp̄m ꝓbat ad martirium requiritur ꝙ homo sic testetur fidem ꝙ opere ostendat se cuncta presentia cō tempnere vt ad futura, inuisibilia bona perueniāt quia martirium dicitur quasi testis fidei christiane per quam nobis visibilia ꝓ inuisibilia contempnenda ꝓponuntur vt dicitur Hebre. vndecimo/ sed q̄diu remanet vita corꝑalis hominum nondum ostendit opere se cuncta contempnere. cum homines consueuerint ⁊ consanguineos et omnia bona possessa contempnere ⁊ etiam dolores corꝑoris vt vitam conseruent. vnde ⁊ sathan cōtra Job induxit pellem ꝓ pelle ⁊ cuncta que homo habꝫ dabit ꝓ anima sua ergo ad perfectam rationem martirii requiritur ꝙ aliquis mortem sustineat ꝑpter Christum. Hec oppinio non placet michi Tho. 2. 124. ar. 4

Et ideo sit prima conclusio nulla volitio vel nolitio est martirium nisi ipsa sit contemptus grauissimorum suppliciorum mortis actualiter imperatiua executionis. Ista conclusio ꝓbata est supra cōtra th
prima questione de martirio et eam ꝓbat efficaciter ratio per Thomam adducta nunc. Ꝓbatur preterea ad hoc ꝙ aliquis actus volūtatis sit martirium mentale oportet ꝙ homo per ipsum sic velit persistere in actu virtutis ꝙ ꝓ nullo qō contra rectam rationem velit desistere ab illo/ et formaliter imperet executionem illius /alias non esset supra communē hominum facultatē quia in absentia suppliciorum ⁊ mortis ꝓponere persistere/ et perducere in actu bono est pluribus commune. Martirium autem vt dictum est cū sit actꝰ virtutis heroice est actus supra communē facultatem positus: ergo oportet ꝙ sit formaliter imperatiuus executionis circa mortem maxime qꝫ forte aliorum non ꝓponitur conditio. ¶ Ex qua conclusione sequitur. Secunda conclusio Volitio vel nolitio que est contemptus integritatis carnis ꝑ christo ⁊ non mortis imperatiua formalitater executionis non est martirium. Ꝓbatur quia talis

volitio nec rectitudinem vniuersalē rationis habet nec impatiua executionis circa id quod inter contemptibilia p̄o x̄po p̄ciosissimum quod est vita corporalis. Hoc idē tenet Thomas. pbat q̄stione de martirio arti. iiii. in responsione ad secūdū D. q̄ in muliere que pdit integritatē carnis occisione fidei x̄piane vel ad pdendum eā dampnatur non est apud homines manifestū. Vtrum hec mulier patiat̄ ppter amorē fidei x̄piane vel magis p contemptu castitatis. Et ideo apud homines per hoc non reddit̄ testimonium sufficiens/ vnde hoc non habet ppriē rationem martirij sed apud eum qui corda scrutat̄ potest hoc ad p̄mium deputari sicut Lucia. Ista ratio beati Thome reliquit multa dubia. Primū quod est p̄ciosus vel integritas carnis vel vita quod tamen petebat argumentus ad quod hic respondet. Secundū quod est testimonium illud sufficiens quod requirit̄ ad rationem martirij/ et cuius esse debet testimoniū. Tertium apud quā debet exhiberi huiusmodi testimonium Quartum si de facto mulier illa patiat̄ ablationē integritatis corporis ppter x̄pm Vtrum ipsa sit vere martir apud deū. ¶ Ad primam dico q̄ vita corporalis est p̄ciosior q̄ integritas corporis nec credo q̄ recta ratio dictaret alicui q̄ deberet cōtempnere vitā corporalem p integritate corporis sed potius ecōtra nisi pbabiliter timeret q̄ ex corruptione integritatis sequeretur delectatio et ex delectatione consensus in quo casu deberet contēnere vitā corporalem non p integritate corporis sed p odio peccati quod pbabiliter inde timeret̄ sequi et ita credo illas mulieres fecisse: de quibus arguit Thomas argumento sc̄o illius articuli. ¶ Ad secundā q̄stionem respōdeo q̄ ad rationem martirij requirit̄ q̄ det testimoniū q̄ vniuersaliter omnē rem p x̄po et fide eius contempnit siue visibilem siue inuisibilem cuius cōtemptus nō est cōtra legem dei/ de re visibili hoc dicit Thomas de inuisibili vt cōstat de sapientia multis donis gratuitis que si possent a nobis auferri deberem⁹ potius pati ablationē illoꝝ q̄ deserere fidem immo etiā de actibus virtutū p tempore p quo non cadūt sub p̄cepto. Ad hoc aūt q̄ illud testimoniū sit sufficiens videtur exigi q̄ testificans iperet actualiter et efficaciter executionē circa tollerantiam mortis oīm maloꝝ que sibi ppenuntur vt fidē deserat/ et id signis exterioribus iudicet non fallacibus non duplicibus/ sed ppriis de quibus rationabiliter dubitari non possit quibus sint vera et certa signa contemptus istoꝝ. Dixi circa tollerātiam mortis quia qui tollerat mortem p fide dat sufficiens testimonium q̄ esset omnia alia mala ppter x̄pm tolleratus. Dicitur q̄ iudicet signis exterioribus quia non esset imperium actuale efficax nisi ad exteriores actus p̄cederet. Dicitur non fallacibus ppter signa que licet non sint duplicia non tamen signatum inferunt. aut ppter signa ficta z non vera/ sicut sunt vera et dicta multoꝝ quibus ptestatur se potius velle mori q̄ x̄pm et fidē eius deserere. Dicitur duplicibus ppter signa illa que indifferenter plura signata repsentant sicut scōm beatum Thomam perdere integritatem corporis aliquando ex amore fidei est aliquando ex contēptu castitatis et ita aliquando hoc aliquādo illō repsentat. ¶ Ad tercium videtur Thome sentētia q̄ de ratione martirij est q̄ illud testimonium fiat apud homines. Arguit sic Thomas Ad martirium pertinet vt homo opere testificetur se cuncta presentia propter fidem contempnere/ nō hoc autem sufficienter ostēdit q̄diu remanet vita corporalis. Et ex hoc concludit q̄ martirium de ratione sua requirit q̄ aliquis mortem sustineat propter Christum si minor rationis intelligatur q̄ talis non ostendit hoc sufficienter nec apud deum/ nec apud homines falsa est quia deus scrutat̄ corda et renes/ ideo per solam elicitionem volitionis bene contemptiue mortis et omnium p̄sentiū propter Christum sufficienter ostendit et testificatur apud deum. Si autem intelligatur q̄ talis nō ostēdit sufficienter apud homines hoc nichil ad ppositum vel de intentione sua est q̄ de ratione martirij est q̄ sit testificatio apud homines. Et ideo in responsione ad secundū argumentum hoc magis exprimere videtur cum ait de muliere que perdit integritatē corporis p Christo non apud homies manifestū. vtrum hec mulier patiatur ppter amorem fidei aut propter contemptum integritatis. Et statim post ideo inquit apud homines non est redditur per hoc sufficiens testimonium et ex hoc concludit q̄ hoc non habet ppriē rationem martirij et statim subiungit. Sed apud deum qui corda scrutatur potest hoc ad p̄mium deputari. non tamen dicit ad martirium nec ad premium martirij ex eo q̄ non fuit facta testificatio sufficiēs apō homines ¶ Ad quartam respondeo q̄ si mulier illa non patitur ad aliud q̄ non est dicēda martir accepto ppriē nomine martirij nec apud deū nec apud homines: sed de hoc postea.

¶ Tertia conclusio contemptus carceris p̄o fide Christi ad quem carcerem mors sequitur que tamen non fuit p̄ius propter fidei confessionem contempta non fuit martirium. Probatur in tali non est vniuersalis contemptus omnium rerū cōtemptibilium p̄o fide Christi nec formaliter nec interpretatiue non formaliter vt constat / nec interpretatiue quia non habet actualem cōtemptū eius quod homo inter omnia talia bona reputat p̄ciosissimum scilicz vite nec eius quod inter oia talia mala reputat terribilissimum scilicet mortis si enim talem haberet verisimiliter interpretaret̄ habere contemptum omnium aliorum. huic aut̄ conclusioni videtur contradicere beat⁹ Thomas dicens in responsione ad tertium argumentū articulo quarto questionis de martirio q̄ nec martirium proprie dicetur p̄sola tollerantia carceris vel exilij/ vel ratione diuitiarum nisi forte secundum q̄ ex his sequitur mors. q̄ est verum si vbi videt q̄ carcer incipit disponere ad mortem q̄ eam contempnat actu imperatiuo executionis/ sicut contempsit carcerem aut sibi complaceat in actu bono non obstante circunstantia mortis cum iam est dispositio necessitans q̄ si carcer alienauerit in eo vsum rationis tunc tollerantia mortis virtute violentis precedentis carceris si non affuit nolitio actualis mortis habet rationem martirij. sed si non habeat vsum rationis nec tamen cum vidit mortem consequi ad carcerem habet actualē contemptum mortis tunc nō videtur hmōi tollerātis

Dubia i rō ne Thome contenta.

habere rōnē martirii. ¶ Quarta conclusio ꝗuis ad martiriū exigatur contēptus mortis actualiter imperatiuus executionis non tñ ad ratione m martirij exigitur vniuersaliter tollerantia mortis prima pars satis patet ex dictis. secūda probatur potest esse pfecta volitio vel dilectio fidei cum contemptu vite ꝓpter eā formaliter imperatiua executionis indicta signis exterioribus nō fallacib⁹ nec duplicibus sed tam certis q̄ nullus apprehēdens hmōi signa rationabiliter poterit dubitare talem contēpnere mortē actualiter & interpretatiue oīa alia que dicūt bona pñtia ꝓ bono fidei sine actuali tollerantia mortis. sed positis prioribus ponitur perfecta ratio martirii: ergo ad perfectā rationez martirij non exigit vniuersaliter actualis tollerātia mortis. Maior videtur manifesta q̄ omnibus illis positis est sufficiēs testificatio non tantū apō deum sed etiā apud homines. minores probāt. volo q̄ tirannus se habeat ad virum catholicū oīno eodēmodo sicut se habuit Abraā ad Isaac filiū et quod sicut angelus impediuit Abraā volentē occidere filiū suū in holocaustū / ita etiā impediat tirannum extendentē brachium suū ad occisionem viri catholici omnimode preparati et iam collum extendētis ad susceptionē mortis. Tūc sic Abraā per illud factū testificatus est sufficienter tā apud deum ꝙ apud homines se credidisse deo et Isaac se obediuisse / sed factū istius viri fidelis est omnino simile et continet tot et tanta et tā euidētia argumenta dilectionis fidei sue & contēptus mortis sue sicut factū. Abraā. et Isaac ergo est sufficiens testimoniū q̄ iste contēpsit vitā & omnia bona presentia propter amorē fidei xpi. Secundo si ad rationem martirij exigat de necessitate tollerantia mortis aut actus martirij erit post mortē. et hoc non quia actus martirij est meritorius / post mortem aut non est martirij est meritorius post mortē autem nō est actus meritorius aut in instanti alicuo p̄cedente instans mortis et hoc non: q̄ inter tale instās et instans mortis est tempus mediū ergo potest naturaliter vel supnaturaliter non cōsequi mors / ponatur q̄ non cōsequat per potentiaz diuinā sequit tunc vel q̄ ad martiriū non exigitur actualis tollerantia mortis vel q̄ actus iste q̄ cessus est fuisse martiriū nunc̄ fuit martirium qō non concederet opinans. sit in tempore p̄cedenti tunc idem sequitur q̄ in secunda medietate eius poterit impediri ꝓ potentiā diuinā ne sequat mors & tamē in prima medietate actus ille fuit martiriū ergo actus q̄ fuit martiriū potest nunc̄ fuisse martirium quod non cōcederet opinans. nec pōt dici q̄ in instanti mortis q̄ tunc non est plus viator et ꝓ consequens nec tunc habet actum meritorium. ¶ Ad istā rationē respondet beatus Thomas vbi supra in responsione ad quartū argumentū q̄ meritum martirij non est post mortē: sed in ipa volūtaria sustinentia mortis put sez aliquis volūtarie patitur inflictionē mortis. ¶ Sed contra hanc solutionem omnino eodēmodo arguit & querit quā do est inflictio mortis meritoria merito martirij / aut ante instans mortis. aut in instanti mortis aut post instans mortis & prosequat vt prius. Et subdit contingit tamē qñq̄ q̄ aliquis mortalia vulnera susceptā ꝓ xpo vel alias quascūq̄ tribulationes continuatas vsq̄ ad mortem patitur pro fide xpi dū viuit in quo statu act⁹ martirii meritorius est etiā ipso eodē tpe quo hmōi afflictiones patit. ¶ Cōtra hoc omnino similiter arguit q̄ vel hmōi tollerantia afflictionum est actus martirij meritorius pro instanti terminante continuationē earuz ad mortem & hoc nō q̄ tale instans est instans mortis in quo non concederet opinans actum creature rationalis esse meritoriū vel in instanti vel in tē pore precedente & hoc non. Tum primo q̄ tunc nō est tollerantia mortis. Tum secūdo q̄ possibile est per patientiā diuinam q̄ impediat mors ne sequatur: ergo actus qui fuit martirium poterit nunc̄ fuisse martiriū. Tum tertio q̄ si de facto impedire tur ne mors q̄ ex illis naturaliter secutura erat se queretur sicut in multis martiribus queritur vtrū esset talis martir aut non / sī nō ergo ad martirium non sufficit tollerare afflictiones q̄ naturaliter cōtinuande sint morti. si sic ergo sine tollerātia actuali mortis pōt esse martirū. ¶ Quinta conclusio Nullus actus est martirium nisi ad ipsum regulariter & vt in pluribus sequatur tollerantia mortis. Probatur q̄ omnis actus qui est contēptus mortis formaliter imperatiuus executionis testificat⁹ signis exterioribus non fallacibus nec duplicibus & iunctis est actus ad quē regulariter & vt i plurib⁹ sequitur tollerantia mortis sed martiriū est hmōi actus ergo nullus actus est martiriū nisi ad ipsuz & quēlibet consimilem regulariter & vt in pluribus nata sit sequi tollerātia mortis. ¶ Contra primā conclusionem. Arguit beata virgo fuit martir et tñ nunc̄ habuit contemptū mortis ꝙ fide Christi actualiter imperatiuū executionis igit. ꝓma pars antecedentis ꝓbatur per Jeronimum in sermone de assumptione virginis ita dicētē. Recte dixerim q̄ dei genitrix virgo & martir fuit. ¶ Secundo Arguitur auctoritate Grego. dicentis ꝙuis occasio persecutionis desit habet tñ pax suū martiriū q̄ & si carnis colla ferro non subdimus spirituali tamē gladio carnalia desideria trucidamus. Ad istas duas rationes respondet beatus Thomas & bene q̄ ille auctoritates et si que simles inueniantur loquuntur de martirio per quandam similitudinem. ¶ Contra secundam cōclusionem Arguitur sic integritas corporalis est preciosior ꝙ vita corporalis ergo si tollerātia mortis ꝓ Christo faciat martirē tollerantia corruptionis integritatis faciet martirem. antecedens ꝓbatur quedam mulieres leguntur vitā contempsisse ꝓ integritate corporali: ergo apud eas maiores precij erat integritas corporis ꝙ vita corporalis. ¶ Secundo Arguitur de beata Lucia que tiranno minanti q̄ eā pstitueret nisi desereret fidem / et ydolis sacrificaret. respondit q̄ illud duplicaretur sibi ad coronā ergo ipsa intendebat q̄ tollerantia huius coronationis erat sibi ꝓfutura ad coronā martirij ¶ Tertio tollerātia corruptionis integritatis ne fides deseratur eleuat actum religionis supra cōmunem hominum facultatem: ergo est actus martirij. ¶ Ad primā nego antecedēs. Et ad ꝓbationem respōdet multipliciter. primo q̄ ille mulieres non ptulerunt integritatē corporis vite corporali sed ptulerunt innocentiā vite corporali / timebāt cīn virisimiliter q̄ ex corruptione carnis sequeretur delectatio et ex delectatione consensus et ita peccatū. Secundo respondet q̄ si ptulerunt inte

Argumentho. 2. 2. q. 124. ar. 4.

gritatem corporis vite corporali hoc nō fuit ex dictamine rationis recte sed errantis erroꝛe non insuincibili simpliciter: sed inuincibili aut pconditione personariū aut pro circūstantia temporis quia tunc persecutores non sinebant eas considerare: quid pro quo esset faciendum. ¶ Ad secundam dico q in beata Lucia rectitudo vniuersalis qua p nullo quod esset generaliter contra rectam rationem voluit fidem deserere nec pro corruptione integritatis nec pro grauissimis suppliciis nec pro mortez ideo in ea ptemptus integritatis erat martirium. Tum qz erat coniunctus cōtēptui mortis actualiter imperatiuo executionis. Tū qz manebat ex rectitudine vniuersali. ¶ Ad tertiā negat antecedens et dicit q hoc non excedit communē facultatē hominū cum etiā multi contēpnant integritatē corporis p minori bono cū̄ sit fides non quidē minori tantū fim veritatem etiā fim estimationem suā. Et dato q ita esset adhuc non valet consequentia qz non omnis actꝰ virtutis q eleuat virtutē supra facultatē hominū est martirium sed oportet q sit testificatio quedā apud homines q talis pter fidem contēpnit omnia bona presentia formaliter vel interpretatiue nullus autē actꝰ est talis testificatio nisi sit cōtemptus mortis formaliter et actualiter signis exterioꝛibus nō fallacibus sed certis iudicatꝰ. Et ita patet q cuius talis actus eleuaret religionis virtutem supra cōmunem hominum facultatem / non tamen esset martirium. ¶ Contra tertiā conclusionē. Arguit sic vbi propter carcerem seqtur moꝛs ibi est apud homines sufficiens testimoniū q talis cōtempnit vitam: et p cōsequens omnia bona p̄sentia p fide Christi et est ibi tollerantia mortis: ergo ibi sunt omnia requisita ad martirium. ¶ Ad hanc rōnez respondeo q si in tali sit contēptus mortis cū videtur dispositio non necessitans aut etiā necessitans ad mortē tunc est ibi verum testimoniū qz martirium. Si aūt hec non insit tunc nō est ibi verum testimoniū necverū martiriū. ¶ Contra quartam conclusionem Arguit ratione Thome do. posita post argumenta q̄stionis. Secundo vel moꝛs est de ratione martirij vel non si sic habetur intētum si non ergo ad rationē martirii nō exigit cōtēptꝰ mortis signis exterioꝛibus certis iudicatus. Tertio de beato Martino canit ecclesia. O felix aias quā licet gladiꝰ pcutoꝛiū non inuenit palmā tamen martirij nō amisit. ¶ Ad primā concedo maiorem et nego minorē et dico q per signa exteriora non mendacia neq; duplicia sed certa etiam seclusa tollerantia mortis id potest et apud deum qz apud homines sufficienti testimonio ostendi vt patuit in casu ad conclusionē adducto. ¶ Ad secundam dico q cōtemptus mortis imperatiuꝰ actualiter executionis est de ratione martirii sed nō est de ratione martirij vniuersaliter q moꝛs tolleret sicut multis rationibus ostēsum est. ¶ Ad tertiaz dico q in beato Martino fuit martiriuz per equipollētiā fim scz p̄parationē qz promptitudinē animi fuerunt etiā multe volitiones cōtemptiue mortis equiualenter imperatiue executionis sed non formaliter. Et ideo licet ecclesia non venerez eū tā̄ martirem pie tamē credit q ei est merces qz palma tanta quanta est martiribus qz tamen nō effudit sanguinem pro xpō nec visus est habuisse contemptum sanguinis qz vite formaliter imperatiuā executionis. ideo ecclesia non assignat ei coꝛonaz purpureā sicut ceteris martiribus. Contra quaz cōclusionē Arguitur rōne secūda posita ad quartam conclusionē. ¶ Ad illā rationē respondeo q cum primū volitio vel nolitio contēptiua mortis pter xpm formaliter imperatiua executionis est sufficientibus signis certis et manifestis indicata ipsa incipit esse martirium et qz hoc est p aliquod instans et tempus etiā ante mortē ideo do partez illam diuisionis. et cū dicis possibile est q ad hec signa non sequaꝛ moꝛs/ concedo qz si non sequatur non erit martirium nego/et dico cōformiter ad ea que dicta sunt postq̄ illa volitio est sufficientibus signis testificata siue sequatur moꝛs siue nō cuius tamen regulariter et in pluribus nata sit seq ipsa dicitur martirium. Et cū dicis ponaꝛ q nullꝰ assit qui huiusmodi signa apprehēdat in tali casu non erit testificatio aliqua apud homīes: ergo nō erit martirium. Ad hoc respōdeꝛ q aliqua facta dicūtur non esse sufficientes testificatiōes dupliciter. Uno modo quia nō sufficiunt ad causandum testimonium de re illa in creatura rationali apprehendente ea et hoc modo vbi deficit testificatio ibi deficit ratio martirij. Alio modo qz licet cū tum ex se nata sunt facere sufficienter fidē apprehendētibꝰ quia tamen non est q apprehendat ideo nō faciūt nec causant fidē aliquā. et hoc modo non oportet q vbi deficit testificatio q ibi deficiat martirium alias eē mortem in occulto sustinens p xpō nō diceꝛet martir qō non est verū nec rōni cōsentaneū.

QUeriturquito vtrum per sola fide sit tollerandū martiriū? ¶ Arguitur q sic qz non patimur rationabiliter martirium nisi propter veritatē q̄ nobis per christū innotuit: sed omnis virtus que per xpm nobis innotuit ad fidē pertinet: ergo p sola fide tollerādū est martiriū. ¶ In oppositū arguit per illud Mathei. v. beati q̄ persecutionē patiuꝰ pter iusticiā. sed huiusmodi pcutio est martirium. ergo pter iusticiam lz tollerare martirium ¶ Notandū q sicut supra dictū est quinq; de causis contingit pati martirium/ p p̄dicatione veritatis/ p defensione fidei/ p defensione legis/ p redēptione generis humani et p xpō quē qs in martire putat occidere sicut contingit de innocentib⁹. ¶ Notandū vlterius q veritas fidei sunt duplices quedā sunt formaliter practice vt nō est adulterandū/ non est furandum/ sanctificandū est sabbatum. alie sunt virtualiter practice que lz scz nō sint dictamina formaliter directiua operis: ex his tamen sequunt alie veritates que formaliter sunt practice/ vt ista tm̄ est vnus deus non est formaliter practica ex ipsa tamen sequitur ista veritas tantū vnum est summa veneratione colendū. alie sunt q̄ nec formaliter nec virtualiter sunt practice / vt q in diuinis vna persona est genita et alia est procedens ille que sunt formaliter practice habent rōnē fidei et rōnē legis fim q fide iubemur eis assentire credendo/ fim q leges debemus eis obedire operando et adimplendo. ille que nec formaliter nec virtualiter sunt practice habent tantū rationē fidei et sufficit eis assentire credendo: alie habent vtrāq; rationem aut fim se aut fim regulas practi

Cause martirij.

Veritas credibiliū.

cas in eis inclusas qui ergo patitur martirium p veritate catholica secūdū q veritas est ex eo scz secūdū q asserit aliquid esse verū qđ alis negatur esse verū/ z per testificationē huiusmodi veritatis morti se exponit z eam tollerat talis dicitur pati martiriū pro fide sicut sancti martires dicebāt gē tium ydola non deos esse sed demonia z i testificationē huius veritatis se morti firmiter et intrepide exponebāt. qui vero patitur martirium quia in sistit operi legis. aut vitat opus prohibitum a lege quod tamen sibi ne vl faciat illō vel istud omittat sub pena mortis iubetur talis dicitur pati martirium p lege/ sicut fecisse legitur Eleazarus. ita etiā pponeretur alicui cōditio mortis nisi adulterare et ille eligeret fugere adulteriū non obstante circūstantia mortis sibi pposite tunc talis diceretur pati p lege Christi martiriū Contingit autē interdum q quis simul patitur martiriū pro fide z p lege Christi vt martires quibus pponebatur cōditio vt colendi ydoli vel subeūde mortis simul patiebantur pro fide z p lege. p fide quia tirāni nitebātur vt ipsi abnegarēt veritatē catholicā de vnitate dei/ de deitate Christi/ z cōfiterētur tanq̄ verum et indubiū falsitatē de deitate ydolorū suorū. Pro lege vero quia iubebant eos facere opus lege Christi prohibitum scilicet sacrificare ydolis. Interdū patitur quis pro lege z non p fide cū scilicet opus quod iubetur cōceditur a tirāno esse vera et equissima lege phibitū aut quod prohibetur esse vera lege preceptū. nihilominus tamē volunt q illud quod sciunt phibitum fiat aut quod fuit p̄ceptum omittat vt cū tirannus phibet ne iusticia fiat/ aut iubet e necationē innocentū/ aut oppssionem populi Pro fide aūt cōtingit pati tripliciter Uno modo p virtute quā apud oēs recipientes fidē constat esse veritatē fidei et hoc modo p fide passi sunt fideles martires ab infidelibus. Secundo modo p veritate quā multi recipientes fidem negant ad fidē ptinere/ et hoc modo passi sunt catholici martires ab hereticis. Tertio modo p veritate aut falsitate que ēm veritatē non ptinet ad fidē multi tñ recipientes fidē dicūt eā ad fidē pertinere/ et istis duobus modis passi sunt catholici martires ab hereticis vt patuit in pfecutionibus ecclesie p hereticos pcuratis z factis. Exemplū vltimi, vt vicelff hereticus asserebat q ēm fidem z doctrinā traditam a xpo ecclesia non poterat habere dominū temporale/ q non debent cōstrui tēpla deo q ois fidelis tenetur sub vtraq̄ specie ad cōmunicandū et sic de multis alijs. catholici z fideles talia nec vera esse nec ad fidē ptinere z de multis ostēdunt q oppsita ad fidē ptinent. Hec tñ exempla nō ponimus nisi vt intelligat id quod dicere intēdim⁹. Dico ergo q aliqs aliqñ patitur martiriū cōtra dicēdo assertioni vere nō quiō asserando q falsa sit denegādo q ad fidē pertineat nā vt fidei nichil est detrahendū ita etiā ne qđ addamus et phibemus. Si ergo aliqs diceret q ēm doctrinam fidei paruulus baptisatus ab heretico est rebaptisandus: ergo possum cōtradicere dupliciter Uno modo negando talē paruulū esse rebaptisādum. Secundo modo dicendo q q̄uis esset rebaptisandus hoc tñ non est ex doctrina Christi nec potest ex doctrina xpi conuincti talē esse rebaptisandum q̄uis etiā oppositū non possit ex doctria xpi conuinci. Ex quo patet q non solū p veritatibus fidei pati possumus martiriū sed etiā pro aliquibus q̄ non sunt fidei. Contingit p̄terea adhuc triplicer pati p fide. Uno modo pro cōfessione fidei sicut multi sancti martires q iubebant a principibus terre abnegare fidē cōstantissime eā confitebant et cōfitendo inter grauia tormēta vitā finiebant. Secundo modo p publicationeveritatū fidei et exhortatione populi ad ita credendū z cō fortiter ad credulitatē suā operandū sicut legit in actibus apostolo capitulo quarto. q sacerdotes et magistratus populi et saducei doluerunt q apostoli docerent populū et annūciarent in iesum resurrectionē et iniecerunt in eos manus z posuerunt eos in custodia vsq̄ in crastinū et post nonā vocātes eos denūciauerunt ne oīno loqrent neq̄ docerent in noīe iesu q̄bus petrus et iohannes dixerunt/ si iustū est in cōspectu dei vos potius audire q̄ de fide iudicate nō em possumus quevidim⁹ z audiuimus non loqui q si passi fuissent p hac cā martiriū non passi fuissent nō pro assertiōe catholice veritatis qz non prohibebant eos ita credere aut hmōi veritates apud seipsos cōfiteri sed passi fuissent p publicatione hmōi veritatis quā principes et magistratus eis phibebant/ nec nego eos etiam passos fuisse in dicto dū pro lege xpi quia cum esset in eis iussum a xpo vt p̄dicarent euāgelium oī creature/ phibebant p̄dicare iudeis cuāgelicam doctrinā. Tertio contingit pati p veritate fidei non qz publicat et p̄dicat veritas fidei absolute sed qz ita p̄dicatur in hmōi p̄dicatione intelligatur z ephensio quorūdam mox contrarioz doctrine z regule fidei sicut iohānes baptista passus est martiriū quia p̄dicabat q non licebat alicui habere vxorē fratris sui z reprehendebat herodem propter herodiadē quā tulerat fratri suo vxorem. et istud martiriū dicitur esse proprie propter reprehentionem victorū: que reprehensio quomō debeat fieri non est hic dicendum. et ita si aspiciatur ad id propter quod talis proxime patitur non patitur pro veritate fidei sed patitur pro veritate particulari que nec est cōtenta in sacris litteris nec est ex veritatibus sacrarū deducibilibus nec patitur qz falsum dixerit: crimen em est notorium sed qz dixit quod non placuit maiestati principis esse dicendū qz non vult vitia sua reprehendi: hoc mō passus est Christus si inspiciamus ad motiuū eorum per quos passus est propter scz reprehensiones pharisecz et scribarū p quas reprehensiones cōcitati sunt in inuidiā et odiū aduersus eū posset fieri fere consimilis de martirio causa legis suscepto patitur em aliquis p defensione vel pmulgatione legis. et hoc non pono multū differre a martirio pro fide. patit secundo aliquis p lege quia dicit non ptinere ad legē xpi quod alij ptinere/ sed falso dicunt. Et istud modum etiā pono differre a martirio p fide. Patitur tertio pro lege qz propositā conditione mortis insistit operibus p legē preceptis: vel omittit opera a lege prohibita. Quarto patit aliquis pro lege priuata puta pro preuilegio sicut p libertate ecclesiastica et pro immunitatibus ecclesie/ quo modo passus est beat⁹ Thomas cantuarien⁹. Et ita extendendo nomē legis potest esse quadruplex lex pro qua quis potest pati martiriū scz consulens p̄cipiens/ prohibēs z lex

Fidei nihil detrahēdū vel addēdū

priuata scz priuilegium/ p libertate eiñ ecclesiastica potest qs decertare rõnabiliť vsq; ad mortẽ. ¶ Prima conclusio. Non p sola fide tollerandus est martiriũ. Probatur põt aliquis tollerare martiriumvt dictum est p operibus legis non qz negetur lex/ sed quia nõ placet principi hmõi opera fieri igitur. Antecedẽs satis pt; ex dictis. Secũdo qui patitur p reprehensione viciorũ que psone reprehense sciunt et cõfitentur esse vicia non patitur p fide sed multi hoc modo passi sunt sicut iohannes baptista et multi alij. igiť. ¶ Secunda conclusio non. Pro qualibet veritate catholica potest se qs rationabiliter exponere martirio. Patet nõ quelibet veritas catholica scita est esse catholica nec quãlibet catholicã veritatem teneť quis scire eẽ catholicã veritatem sed p sola veritate catholica quã quis scit vel teneť scire esse catholicã tenetur se exponere martirio. igiť. Minor patet quia ẽm Augu. sup genesim tandiu aliquid non ptinet ad fidem quandiu id nõ certissima ratione mõstratur ad fidem ptinere. Maior pbatur qz nõ quelibz veritas catholica scripta est in canone biblie s; multe sunt q̃ deducunť ex scriptis sed constat q inter dum cõsequentie p quas deducunť sunt multe dubie et incerte/ interdum etiã ppositiones biblie q̃ assumũtur p antecedente deductionis habẽt multos sensus ꝛ in vno cõsequentia est bona ꝛ in altero non valet et dubiũ est in quo sensu ptineant ad fidem. Interdũ etiaz discursus fit ex vna q̃ ptinet ad fidem et ex altera pbabili tantuz et constat q nullus predictorũ pcessuum facit certitudinẽ q̃ p positio de qua q̃ritur ptineat ad fidem. igitur

¶ Item constat q circa materiã fidei sunt multa pbleumate ꝛ multe assertiones doctorũ quorũ pro bleumatum altera pars est catholica et altera repugnat fidei et tamen doctores p hmõi assertionibus nõ exponerent se martirio quia nõ sunt certi sed tantũ probabiliter oppinãtur q ad fidẽ pertineant. ¶ Tertia cõclusio. sicut p qualibet veritate catholica potest quis scienseã esse catholicã se exponere martirio: ita p qualibet non catholica potest scienseam nõ esse catholicam se exponere martirio. Probať quia sicut catholica veritas potest negari ab aliquo esse catholica ꝛ pponere scienti eã catholicam cõditionẽ q̃ vel neget eam esse catholicã vel mortem subeat. Ita eam nõ catholica potest ab aliquo cõcedi et reputari catholica ꝛ scienti eã nõ esse catholicã pponere cõditionem q cõfiteatur eã tanq̃ catholicã aut mortem subeat sed in vtroq; casu vir catholicus nec debz eam catholicã negare nec debz nõ catholicã tãq̃ catholicam cõfiteri licet possit eam cõfiteri tãq̃ veram qz sicut blasphemiuz est detrahere deo qõ sibi cõuenit etiã tribuere quod nõ sibi cõuenit ita sacrilegium est impiũz fidei detrahere quod suum est et sibi tribuere quod non suum est. ¶ Quarta cõclusio. Non potest quis rationabiliter se exponere martirio p veritatibus non catholicis quo earum veritati testimoniũ afferat. Probatur soli veritati que ẽm pietatẽ eam possumus reddere testimonium nostris corporalibus passionibus vsq; ad mortẽ: sed veritates aliarũ scientiarũ non sunt ẽm pietatem qz omnis veritas que est ẽm pietatẽ ptinet ad cultum diuinitatis et nobis p christum innotescunt: ergo pro veritatibus non catholicis siue aliarum scientiarum nõ debet se quis exponere martirio. Hanc rationẽ innuit beatus thomas secũda secũde q̃stione de martirio articulo quito in respõsione ad scõm. Ad secundũ inquit dicẽdũ q veritas aliarũ scientiarũ nõ ptinet ad cultũ diuinitatis et ideo non dicitur esse ẽm pietatẽ: vnde nec eius cõfessio potest esse directa causa martirij ¶ Quinta conclusio. Non q̃libet veritas siue catholica siue nõ catholica potest ratione mendatij vitandi quod negando eã incurreret esse cã martirii. Probatur primo qz vt constat ẽm oẽs multe sunt veritates catholice de quibus nõ sumus sufficienter certi nec tenemur esse sufficiẽter certi qõ sint catholice/ et sunt multe alie veritates de qb⁹ etiam nõ solũ sufficenter certi q sint veritates: s; tantũ ista cognoscimur p quasdã persuasiones et pbabiles rationes que nõ faciunt certitudinem ergo talibus nõ debemus dare testimoniũ vsq; ad mortem probať cõsequẽtia. Omnis q̃ ex forma testimonij sui dicit se esse certũ de eo quod nõ est certus et forte scit se nõ esse certum q̃uis magis putet ita esse est falsus ꝛ mendax ꝛ ptinax sed reddẽs testimoniũ alicui veritati p passiones corporales vsq; ad mortẽ q̃ tum est forma testimonij sui nõ solum dicit ita esse s; dicit etiam ꝛ operibus ꝛ passionibus suis ostẽdit se esse certum ꝛ indubium q ita est ergo si nõ sit certus ꝛ indubius ipse est falsus ꝛ mẽdax q aũt sit ptinax probatur quia pertinax nõ solum ille est q̃ pfistit in tenendo quod nõ est tenẽdum/ s; etiam qui pfistit in tenẽdo aliquid aliter q̃ debeat tenere sed qui p veritate probabili ꝛ dubia patitur vsq; ad mortẽ pfistit in tenẽdo aliquid aliter q̃ debet tenere q̃ veritatẽ quã debet tenere tanq̃ probabilẽ tenet tanq̃ certã ꝛ indubiã et in hoc inter cruciatus duros etiã vsq; ad mortẽ pfistit ergo talis est ptinax ꝛ non martir. De veritate aũt non catholica certa ꝛ indubia probať eadem cõclusio/ quia si nõ est catholica p nullo tempore necessaria est ad salutẽ: si pro nullo tẽpore necessaria est ad salutẽ pro quocunq; siue hmõi veritatis cognitione põt esse salus/ ergo p ea asserenda vel testificanda nõ debet se vir doctus exponere martirio: sed debz cũ omni diligentia verbis etiã apertissimis exponere etiã rationẽ vel rationes quib⁹ facta est sibi de hmõi veritate certitudo ꝛ dubia si que circa eam explanare habeant/ qui si cõsenserint bñ actum est. Si eo nõ cõsenserint potius ꝛs eos in erroze eoz relinquere/ ꝛcedere furori ac impetui cecoz ꝛ errantiũ q̃ sepro tali veritate q̃ nũ q̃ ad cultũ diuinitatis p futura est exponere martirio. Ex quibus sequiť q nec abiuratio nec cõiuratio facienda est in assertione probabiles tantus siue catholice sint siue non. Sequitur secundo q nec faciende sunt in assertiones nõ catholicas qz in quancũq; assertionem licet comurare vel abiurare p ea licet patimartiriũ sed de his diffusius dicemus cum agemus de iuramento. ¶ Sexta conclusio. Me abiurenť doctrine vniuersaliter de quarum nullis aut paucis assertionibus cõstat q sũt aduerse catholicis veritatibus. Me etiã cõiurek in doctrinis de quarũ omnibus assertionibus non constat eas esse catholicas põt quis se exponere martirio. Probať quia taliter abiurare vel cõiurare est actus hereticalis ꝛ in auctoribus abiurationis ꝛ cõiurationis hereticali deterior quia au-

aug p õ M ibã ppõne l vel partẽ du mest martirium

Pertinax quis est

Tertio sustinere passionē est meritorium ergo sustinere maiorem passionem est magis meritoriū sed consequens est falsum igitur. Minor ꝓbatur. Volo q duo velint sustinere penas eiusdem quantitatis vnus tamē ex maiori caritate alius ex maiori. Tunc sic Ille qui vult sustinere penam tante quantitatis ex maiori caritate magis meretur et tamen minus patitur ergo minorem penam sustinet ergo nō est verum quod sustinere maiorem penam semp sit magis meritoriū. Quarto. Volo q aliquis ꝓpter demerita ducat ad patibulū ⁊ quod ei iungat sacerdos quod in remissionē peccatorum voluntarie et equanimiter sustineat penam ⁊ opprobriū suspēsionis tūc sic talis sustinentia est volita ⁊ tñ nō est meritoria vite eterne. Tū primo q: nō est satisfactoria ꝓ peccatis suis quia alias statim euolaret ad celū. Tum secōdo quia fur velit nolit sustinet hmōi passionem. Tum tertio q: ille qui est i purgatorio quātus velit pati vt citiꝰ euolet ad celum tamē patiendo nō meretur quia velit nolit patitur. Ad primum dico quod aliquid dicit opus libertate arbitrij quadrupliciter. vnomō tanquam elicitum ⁊ sic nō valet ꝯsequētia q: tūc nullus actus alteriꝰ potētie a volūtate eēt nec intrinsece nec extrinsece meritoriꝰ vite eterne. Secōdo tanꝯ imperatū ⁊ hoc tripliciter vnomō tanꝯ imperatum vt fiat ⁊ de tali nego etiam ꝯsequēti am

Argumentum altissiodoren.

Alias enim tollerantie passionum que secundum naturā suam honestatē habent vel vtilitatem nō essent meritorie vite eterne cuius oppositū dicit idem altissiodorensis cuius ratio hic soluitur.

¶ Tertio modo tanq̄ imperatum vt sustineatur. Quarto modo tanq̄ imperatū vt non fugiat dico ergo q̄ ad hoc q̄ aliquid dicat opus liberi arbitrij sufficit q̄ sit volitio q̄ contingit si imperāt fieri vel sustineri Si autē imperant vt nō fugiantur q̄ cū hoc stat q̄ nō sint volite ideo etiam stat q̄ non sint meritorie. Non fugere tamē eas quod est actus imperatus est meritorium vite eterne.

¶ Ad secundā concedo antecedens & nego cōsequentiā q̄ licet nō sit in libera potestate merētis vt causa applicata nō agat eo q̄ naturaliter agit quia tamē est in libera eius potestate vt causa nō ponat ideo est simpliciter concedendū q̄ et labor et dolor & defatigatio sunt in potestate merentis.

S Ad tertiam posset faciliter dici q̄ cōsequentia nō valet eo q̄ stare potest q̄ ferens paruā penā sponte nō fert maiorē nisi inuite. Sed q̄ hoc non euacuat difficultatē Ideo dico q̄ aliqua pena potest dici maior pena quam altera quadrupliciter vno modo cōparando penam ad penā absolute sicut ieiuniū triū dierū est maior pena quā ieiuniū vni⁹ vel quā peregrinatio vnius horæ. Secūdo modo cōparando penam ad suscipiētem sicut ieiunium vnius diei est maior pena colerico quā flegmatico. Et hoc tripliciter quia vel maioritas illa p̄uenit ex bonis aut malis naturalibus vel fortuitis. Exemplum p̄imi sicut colerico ex cōplexiōe sua magis penale est ieiunare p̄ vnum diem quam flegmatico. Exemplū secundi sicut regi ꝓpter copiam diuitiarū minus penale est dare tria quā vetule pauperi ꝓpter paupertatē suam aut p̄uenit maioritas illa ex bonis & malis moris/ ex bonis sicut habenti multā intensam caritatē aut habitū tēperantie minus penale est ieiunare p̄ tres dies quā hos habitus nō hobenti aut habenti sed minus intensos. Ex malis habenti habitū auaricie intēsum magis penale est dare tria quā talem habitum malū nō habenti. Ideo ad argumentū concedo q̄ sustinere maiorē penā libere & sponte maioritate sumpta ex cōparatione pene ad p̄sonam suscipientis p̄uenīte ex bonis vel malis naturalibus vel fortuitis sed non p̄uenīte ex bonis aut malis moris est magis meritorium q̄ sustinere et mortē ceteris paribus. Non ex bonis q̄ nulli sua strēnuitas ob esse debet. Nō ex malis q̄ nulli sua malicia debet ꝑdesse Argumentū aūt p̄cedit de bono moris scz de bono caritat' & ideo nō ꝓcludi.

¶ Ad quartā dicit altissiodorēn. q̄ sustinentia pene nō est meritoria plene liberationis licet valeat sustinēti. Hec solutio nō michi satisfacit. Tum q̄ si valeat sibi adminutionē pene cū pena nō sit infinita sed finita tunc posset tm̄ intendi hec volitio et diuini possent circumstantie peccati q̄ valeret ad plenā liberationē. Tum scdo q̄ possibile esset quod nō sciret se ad iudicatū morti et ideo in tali casu tm̄ valeret acsi oīno mere libere pateret. Et ideo dico q̄ vel talis scit se irreuocabiliter adiudicatum mortiuel nō. Si nō eodēmodo dicēdū esset acsi nō esset adiudicatus. Si sic aut talis in actu exteriori habet circūstantiā iudicij ꝓ obiecto q̄ scilicet videt se nō posse euadere mortē ꝓpter iudicium factum vult de necessitate virtutē facere et tollerare penam cui adiudicatus est equanimitatem seruare et hoc est multū meritoriū licet nō valeat ac remissionē totalē illius pene que volitionem mere liberā et talem circunstantiā non habentem posset totaliter dimitti ymo etiā ꝓ aliquā to minorē penā. Et in hoc casu bene dicit altissiodorensis. Et ideo sm eum nō valeat ista cōsequētia. Iste sustinet penā iniunctam & minor illi sufficeret ad plenam liberationē ergo ꝓ istam penā plene liberatur quia nō sustinet voluntate plena libera.

¶ Aut in actu interiori nō habet hmōi circunstātiam ꝓ obiecto/ aut si habet gaudet eam habere & sibi placet hmōi circūstantia vt digne puniat in eo delictū quo legē trāgressus/ & libereť totaliter a pena cui est ꝓ hanc trāsgressionē obligatus.

¶ Est in isto casu videtur michi quod nō est min⁹ meritoria. Et ad p̄mā ꝓbationē dico quod si nō habeat aliud peccatum statim emolat ad celum.

¶ Ad secundam ꝓbationem dico quod licz velit nolit sustineat tamen ita vult sustinere in isto casu acsi in potestate sua esset non sustinere.

¶ Ad tertiam dico quod ille qui est in purgatorio extra statum merendi. Et ideo siue pati possit siue nō nō mereť ꝓ illam passionem/ cuius tamen a pena cui erat obligatus patiendo liberetur.

¶ Contra quartam & quintam conclusionē arguitur p̄imo argumento post oppositum. Secundo arguit gaudendū erat sanctis de suis passionib⁹ et non ꝓpter vtilitatē aliquā tēporalē ergo ꝓpter vtilitatem eterne vite ergo hmōi passiones sunt eterne vite / antecedens ꝓbat p̄imo ꝓ illud Jacobi Omne gaudiū existimare fratres cum in varias temptationes incideritis ergo cū passiones martiriū sint grauissime temptationes sequit quod de hmōi passionibus est sanctis gaudendū.

¶ Tum secundo ꝓ illud actū ibant apostoli gaudentes a conspectu consilij quoniam digni habitati sunt ꝓ nomine ihesu contumeliam pati.

¶ Tum tertio ꝓ illud apostoli ad philipēses. gaudete q̄ datum est vobis non solum vt credatis in eum sed etiā vt patiamini ꝓ eo. Tertio sancti meruerunt aureolam martirio suo/ aut ergo voluntate patiendi aut ipsa passione. Non voluntate patiendi q̄ ipsam voluntatē habebant ante martirium & tamen nō merebant aureolam. Tum etiaz q̄ in casu nō habēt voluntatē respectu hmōi passionum quia cōclusio expresse posita est de passionibus nō volitis ergo martires aureolam meruerunt ipsa passione martirij. ¶ Quarto ois passio que est actus bonus et voluntarius recte rationi cōformis est meritorius. sed hmōi passio est actus bonus cū ita patientes laudent & voluntarius q̄ si non vellent non paterent igitur sunt meritorie.

¶ Quinto tam actiones q̄ passiones spirituales sunt meritorie vt sunt amor/ spes gaudiū ergo et passiones corporales. ¶ Sexto si beata Lucia fuisset corrupta fuisset duplicatum meritū sue castitatis secundum illud q̄ ipsa respondit tiranno Si inuitā me violaueris castitas mihi duplicabitur ad coronā/ & hoc quia merito castitatis additum fuisset meritum patientie sed cōstat q̄ beata Lucia nō meruisset volūtate patiendi corruptionem ergo meruisset ipsa passione corruptionis. Minor patet quia tūc nō fuisset inuita corrupta.

Quo mō vna pena ē maior alīa

Contra altissiodorensis libro. 3. tractatu. 7 capō ante penultimo.

Maior pena nō tm̄ liberat q̄ minor.

Argumēta altissiodorēsis. vbi s.

Altisiodo/ resp.

¶ Ad primam respondet Altisiodorēn. q̄ mors sanctorum dicitur preciosa ratione sustinētie cui ipsa mors est annexa frequēter eām vt dicit attribuitur passioni quod cōuenit motui cui passio est annexa/ sed q̄ hoc est cōtra quintā conclusionem ideo aliter dicendū est q̄ mors sanctoꝝ dicit p̄cio sa ꝓpter bonos motus ⁊puritate ꝓscientie quam habent sancti cū moriunt. ¶ Secundo dico ſ auctoritas intelligat tm̄ de sanctis qui pro Christo aut fide eius occidūt tūc mors eoꝝ preciosa dici tur ſ sit abeis ꝓpter aliq̄ causam rationabilem volita sicut contingebat in Apostolo cū dicebat/ cupio dissolui ⁊ esse cum Christo q̄ ſ nō sit volita dicit preciosa q̄ p̄ciosum est ⁊ laudabile minus fu gere eam q̄ ydolatriam vel aliud minus malum.

Marti. de passionib⁹ gaudent.

¶ Ad secundam dico q̄ sanctis est gaudendū de suis passionibus. tum primo ſ ꝓpter aliquā ratio nabilem causam nō sint volite. tum q̄ actus inte rior cōcomitante passione est meritorius alicuius premij cuius non erat meritorius nō cōcomitāte passione. tum tertio q̄ frequēter p actum patiendi augetur ⁊ intenditur actus interior qui ꝓprie et per se est meritorius. tum quarto quia in p̄scentia passionis frequenter multi boni motus et laudabiles habent qui sine ea nō haberent. Tū quinto q̄ hoc quod est nō fugere passionē est laudabile ⁊ meritoriū saltē extrinsece. ¶ Ad tertiam dico q̄ duplex est voluntas patiendi vna est imperativa executionis formaliter Et non loquēdo de tali voluntate dico q̄ cū martir vult passionē suam ipsa voluntate patiendi merē aureolam q̄ eām talem voluntatē cōcomitat passio. Alia est q̄ nō est formaliter imperativa executionis ⁊ de tali vo luntate concedit q̄ non merē p eam aureolā sicut bene cōcludit prima. ꝓbatio. ¶ Ad secundaz ꝓbationem dico q̄ in casu ꝓclusionis tales nō me rentur voluntate patiendi sed merent aureolam aut voluntate defendendi fidem vel iusticiā nō ob stante circunstantia passionis aut voluntate non fugiēdi hmōi passionem p defertionem fidei vel iu sticie formaliter imperativa executionis hec solu tio satis est conformis solutioni altisiodorēn. ita dicentis. ¶ Ad tertiū dico q̄ martires merent au reolam voluntate patiēdi ⁊ nō ipsa passione. Sz distinguenda est duplex voluntas vna est precedens passionem. Alia cōcomitans voluntate pri ma nō merē sanctus aureolam sed voluntate cō comitante merē q̄ñ efficatioꝝ est voluntas con comitans ⁊ strenuioꝝ ꝓpter operis excellentiā et priuilegiū. Et ideo aliquid p eam merē quod nō merebat ante passionem/ sicut predicatoꝝ in actu predicationis merē aureolam/ quā tamē non me retur ſ nō p̄dicaret ⁊ hoc ꝓpter excellentiā ⁊ pri uilegium predicationis. Si ista opinio intelligat ad sensum iam dictū ſ scz q̄ per voluntatē antece dentem intelligat voluntas non imperativa for maliter executionis ⁊ p̄ concomitantē intelligatur voluntas vel volitio formaliter imperativa execu tionis est vera. Si autē intelligat vt videat sona re verba q̄ scilz eadē voluntas siue ēm numerum siue ēm speciē sit primo p̄uia actu vel operi ex teriori ⁊ postea sit cōiuncta actui et p cōiunctio nem ad actū ipsa nec ēm speciem nec ēm intentio nem mutata sit meritoria alicuius p̄mij cuius ipa prius nō erat meritoria cuius etiā ipsum opus nō est meritorium non videt michi rationabiliter dictuz nisi hoc totaliter attribueret institutiōe cau se premitiue ⁊ nō nature actū cuius tm̄ videt op positū dicere cum dicit q̄ hoc habet voluntas cō comitans ꝓpter excellentiā ⁊ priuilegiū operis.

Duplex vo luntas.

declaratio opinionis; altisiodo= rensis.

¶ Dico ergo q̄ voluntas formaliter imperativa executiōis differt spem ⁊ merito a voluntate que non est formaliter iperativa executionis. Et ideo tali voluntate merentur aureolam et non alia.

¶ Ad quartam cōcedo maiorē et nego minorem. Talis eām passio nō volita nec est actꝰ bonus nec voluntarius. Et ad ꝓbationē cū dicit ſ nō vellēt non paterent. Dico q̄ ista ꝓpositio est truncata ⁊ ad eam respōdendū tuerſimode pfici potest vno mō pōt sic pfici ſ nō vellent pati non paterentur. ⁊ sic ego nego q̄ de facto ita est q̄ nō volunt pati ⁊ tamen patiunt. Alio modo sic q̄ pro ꝓstructibili ponat terminus significās rem principaliter vo litam puta iusticiā vel fidei defensionē vel aliquid simile ita q̄ sit sensus ſ non vellent fidei defensio nem vel ſ non vellent minus fugere passionem q̄ negationē fidei nō paterent ⁊ sic ꝓcedo. sed nego consequentiā qua infert/ ergo volūt pati/ ⁊ cum di citur q̄ ita patientes laudātur/ dico q̄ laudantur nō ꝓpter passionē ipsam quā nō volunt sed ꝓpter multas alias causas quas assignamus cū ostendi mus causas ꝓpter quas est eis esse gaudendū ex passionibus suis. Ad quintam respondet altisiodorēn. negando cōquentiā q̄ passiones spirituales sunt voluntarie/ sed non passiones corporales distinguit tamen de passionibus spiritualibus q̄dam sunt que simul sunt passiones ⁊ actiones siue agens vt amor dei q̄ simul illate sunt ⁊ inferūt illate quidē a deo ⁊ inferūt delectationē ⁊ iocundi ditatē: tales sunt meritorie suis motibus non ēm q̄ passiones sed ēm q̄ actiones/ sunt alie passiōes q̄ pure passiones sunt vt suauitas cōscientie iocū ditas mētis ⁊ tales nō sunt meritorie q̄ licet sub iaceam libero arbitrio non tamē sunt opus liberi arbitrij imo dulcedo dei est causa illaꝝ/ sicut dul cedo causata ex gustu mellis non est a gustu sed a melle. Ista solutio non michi placet q̄ siue passio sit passio tantū siue simul sit actio ⁊ passio ipsa tm̄ est voluntaria ⁊ meritoria vel demeritoria dum tm̄ ipsa ēm se vel secundū suas causas ꝓximas sit in potestate voluntatis immo ēm aristotelem secun do ethicoꝝ omnis virtus est circa delectationes et tristicias ⁊ tamē cōstat q̄ cause delectationis naturaliter causant eam nec in potestate volunta tis est q̄ oppositis causis delectationis non ponatur delectatio. Ideo aliter dico ad argumentū q̄ si accedens intelligat vniuersaliter falsum est si cut enim passionū corporaliū aliq̄ sunt meritorie ⁊ aliq̄ non ita ⁊ passionū spiritualiū tristicia eām ꝓueniens ex passione corporali nō volita con est meritoria sicut nec ipsa passio corporalis ⁊ de lectatio mentalis proueniens ex corporali passio ne non volita non est meritoria. ¶ Ad sextam cō cedo maiorē. habuisset eām meritū castitatis/ ha buisset ꝓpterea velle minus fugere corruptiones corporis q̄ fidei habuisset preterea meritum recu sationis corporalis corruptionis et cum dicis q̄ nō meruisset voluntate patieddi cōcedo assumptū et ne ꝓñam q̄ multis alijs volitionibus meruisset scz nō patiēdi/ ꝓferēdi fidē corruptioni corporis.

Solutio al tisiodorēn

Cōtra altisiodorēsem.

Solutio auctoris.

Ratio qua re duplica= tafuisset co rono linie.

¶ Contra sextam z septimã conclusiones arguit sic. Sustinere hmõi passiones nõ meritoriumvite eterne: ergo nec fugere hmõi passiones est meritoriumvite eterne. Añs est notum ex conclusione quinta z p probatione cõsequentie supponitur q tota cã propter quã hmõi sustinentia nõ est meritoria z qz non est volita. Tunc sic bene sequit Tu negabis fidem vel sustinebis acerbissimã mortem sed non negabis fidẽ ergo sustinebis acerbissimã mortẽ sed añs est a te volitum: ergo z cõsequens et p cõsequens tu vis sustinere mortẽ acerbissimã ne fidem neges. Secundo bñ sequit. Tu nõ fugies mortẽ ergo sustinebis mortẽ sed antecedẽs est a te volitũ ergo z cõsequens. Tertio ẽm Ari. que per violẽtam fiunt sunt magis volita q̃ nolita qz ad talia mouemus potentia organicas quarũ motus est in potestate nostra sicut patz de proiciere merces i mare: ergo licet ad talia violẽtemur hoc tñ non impedit quin sint volita. ¶ Quarto volitio conditionata sufficit ad meritũ z demeritũ sicut ad tristiciam z delectationem sed in martirib⁹ fuit volitio cõditionata respectu sue passionis Si eĩ non poterant euadere negationem fidei aliter q̃ patiendo volebãt pati ergo in eis erat volitio passionis sufficiens ad meritũ z p consequens passio ipsa erat sufficienter volita vt esset meritoria

¶ Ad primã negat consequentia z ad probationem concedo assumptũ q bñ sequit Et cum dicis q antecedens est a te volitum negat/ licet cĩ vna pars antecedentis sit volita scz non negare fidez tamen altera non est volita scz vel negare fidem/ vel sustinere mortẽ acerbissimã. ¶ Ad secundam nego antecedens scz q bñ sequat. In multis enĩz antecedens est verũ scz in his in qbus non est posita conditio supradicta z tñ consequens ẽ falsum. ¶ Quod si dicas q consequentia est bona vt q nunc scz retento casu supradicto. dico dupliciter. Primo q dato q cõsequentia sit bona z nunc scz posito casu z antecedens sit volitũ qz tamẽ casus ex quo partialiter dependet ꝓña non est volitus. ideo hoc non infert cõsequens esse volitum. Secũdo dico q in omni cõsequentia q̃ non tenet nisi casu posito ꝓpositio exprimẽs positionem casus est pars añtis: z ideo negatur q antecedens sit volitum. qz casus non est volitus. ¶ Ad tertiã dico q eoz que pviolentiã fiunt: quedam sunt q̃ a nobis fiunt. alia sunt q̃ non fiũt a nobis sed respectu eorum nõ habemus nos nisi passiue. Exemplũ ꝑmi vt cũ ad pñtiam tempestatis ꝓicio merces i mare et de talibus concedo q sunt volita. Alia autẽ respectu quoz non habemus nos nisi passiue fiũt dupliciter. quedã sunt quoz tollerantia potest a nobis esse rationabiliter volita. vt in punitionẽ delictoz nostroz possumus rõnabiliter velle nos pati grauia supplicia. z si esset nobis certum aut verisimile q patiendo z tollerando mortem pro fide augeretur notabiliter fides. possumus rationabiliter velle tollerantiã mortis/ sicut xps voluit passionẽ z mortẽ suã. qz sciebat genus humanũ esse p eam redimendo z ralia possunt esse volita a nobis Non est tamen necesse q quotiẽscũq; tolleram⁹ ea q ea velumus. Alia sunt quoz tollerantia non potest esse a nobis rationabiliter volita licet rationabiliter possumus velle ea non fugere sicut corruptio integritatis corporis non est a nobis volita Aliquando tamen conditio rerum est talis q eam nolimus fugere qz non patet nobis p tunc via fugiendi eam nisi deserendo aliquid ad cuius cõseruationem magis tenemur. Et hec sunt q̃ altissiodorẽ. z ꝑpositiuus dicunt habere turpẽ exitum.

¶ Ad quartã dico q non oẽs martires habuerũt hmõi volitionem conditionatã. sed multi habuerunt volitionem tantũ circa fide cõfessionem non obstante circunstantia mortis ꝓpositi q̃ non erat nisi velle fugere negationem fidei q̃ tollerantiaz mortis z quicqd sit de morte/ tñ de passionib⁹ que turpẽ exitum habebant hoc est magis manifestũ.

Sed circa materiam de martirio adhuc sũt duo dubia Primũ est vtrũ martiriũ sit de consilio aut necessitati p̃cepti. Ad hoc dubiũ respondet q martirium aliquãdo suscipit ne quis cõtraueniat p̃cepto Aliquando vt obsequatur cõsilio. verbi gra p pauptate amplectenda aut p virginitate ꝺa. Primo modo dupliciter. Uno modo ne cõtraueniatur p̃cepto negatiuo. Alio modo ne contraueniat p̃cepto affirmatiuo ego hic p̃ceptum affirmatiuum includens negatiuũ/ reputo negatiuum vt in p̃cepto quo p̃cipitur colere vnũ deum includitur non colere deos alienos. Tum dico q martirium susceptũ ne quis contraueniat p̃cepto negatiuo cũ necesse esset aut eidẽ p̃cepto cõtrauenire aut subire grauissimos cruciatus z mortẽ est de necessitate p̃cepti. ꝓbatur qz quanta necessitate subimus p̃ceptum tanta necessitate subim⁹ id sine quo cadimus a p̃cepto: sed in casu iam dicto sine martirio cadimus a p̃cepto ergo in tali casu martirium cadit sub p̃cepto. Tunc eĩm quis obligatur ad martirium cũ conditio rerum talis est vt vel ipsum subeundũ sit/ vel cõtraueniendũ sit precepto ad quod p tunc de necessitate salutis obligamur.

¶ Dico secundo q martiriũ susceptum ne cõtraueniatur p̃cepto affirmatiuo ẽm illud quod affirmatum est in eo non est semp de necessitate p̃cepti probatur qz p̃ceptum affirmatiuum nõ obligat p semp sed tantũ p loco z tempore. Dixi añt ẽm id quod affirmatũ est in eo qz in multis p̃ceptis affirmatiuis affirmatur vnũ et ꝓhibetur sine negatur aliud vt in hoc p̃cepto sabbata sanctifices precipitur opus sanctũ z ꝓhibet opus seruile/ z qz hoz vnum est affirmatum z aliud negatũ ideo in nulla parte diei dominice faciendũ est opus seruile licz in multis partib⁹ possit quis ab ope sancto cessare. ¶ Tertio dico q hmõi martirium p loco z tempore est de necessitate p̃cepti patet qz pro loco et tempore obligat sub periculo salutis eterne.

¶ Quarto dico q si violentans intendat vt p hoc irritetur p̃ceptum ita q faciat in contemptũ p̃cepti q martiriuz pro eo susceptũ est de necessitate salutis probat quia licet p̃ceptum non obliget pro semp ad faciendum quod eo p̃cipitur / tamẽ obligat p semp ad non contemnendũ ipsum ergo obligat pro semp ad non faciendũ vel omittendum aliquid quod faciendum vel omittendum iubetur vel contẽpnatur z irritetur p̃ceptum.

non omne precepti affirmatiui obligat semper

¶ Quinto dico q si in obseruatione p̃cepti verisimiliter insit vtilitas tã magna vt equipolleat necessitati subire martiriuz est de necessitate p̃cepti vt si p confessionem fidei non obstante circunstan

tia duriſſimoꝝ cruciatuum veriſimiliter vna tota regio cõuertanda eẽt ad fidẽ ille cui probabiliter de hoc cõſtaret teneretur ad cõfitendum fidẽ non obſtante tali circũſtantia/ꝛ per ꝓſequẽs ad ſubeũdum martirium ſi eẽt ſibi ꝓpoſita denegatio fidei conditio¶ Sexto dico ꝙ martiriũ aliquando nec eſt de precepto nec de cõſilio ſed potius cadit ſub prohibitione. ꝓbatur ſi quis veriſimiliter cognoſceret ꝙ manifeſtando ſe ꝛ palam fidem cõfitendo magnus populus nondum in ſatis fide firmatus deſiſtere a fide expectando tam ꝛ differẽdo poſſet nõ ſolum iſtum populũ ſed multos alios ſtabilire in fide Tunc recta ratio non dictaret tali ꝙ debeꝛet palã cõfiteri fidem ꝛ ſe exponere martirio: ſed potius debet diſſimulare paululũ. Eodem modo videtur feciſſe Paulus qui ne reparetur ad ſupplicium ꝓ fide ceſarem appellauit. Eodemmodo feciſſe legũtur multi ſancti qui captiuoꝝ animos in agone ꝓ fide diſſimulato habitu cõfirmabant ꝛ roborabant. ¶ Septimo dico ꝙ aliquando martirium eſt de conſilio cum ſcz ad id nec neceſſitate/nec vtilitate equipollente neceſſitati cogitur/ nec ab eo ꝓpter detrimenta inde ſecutura rationabiliter ꝓhibetur iſtud ſatis patet ex dictis.

Dubium ſecũdũ Utrũ

martir qui durius reſpondendo tirãno paſſione ꝛ morte accelerat peccet ¶ Reſpondeo ꝙ vel tirannus ꝓcedit ex ſimplicitate ꝛ ignorantia ꝛ quadã affectione ad patrũ nõ leges ſed coꝛruptioneſꝛ et in tali caſu decet martirem eſſe circunſpectũ vt potius nitatur ꝛ tentet inſtruere eũ in his q̃ ſunt fidei et rationabilitate eoꝝ ſicut fecerunt multi martires qui aliquando ita fidem tirannis explicauerunt vt partim erudictione partim miraculoꝝ euidentia cõuerteretur ad fidem. Si ſecundo modo tunc dico ꝙ aliqua reſponſio vel ꝓpoſitio dicitur dura dupliciter. Uno modo qꝛ nimis actua ita ꝙ acumine ſuo cõfundit aduerſariuꝫ qua confuſione incenditur ad ſupplicii reſpondentiſeo ꝙ non põt hmõi reſponſionem ratione confutare. Et tunc dico ꝙ hocmõ martir non modo non peccat ſed multũ meretur et prouocat non credentes ad fidem ꝛ in credentibus eam auget. Secundo modo aliqua reſponſio dicitur dura qꝛ tiranno non impendit honoꝛ a martire/qui eidem a ceteris cõmuniter impendit Et hoc non videtur faciendum ſine multa diſcretione ꝛ niſi poſtq̃ martir multipliciter temutauit reuocare tirannũ rationibus apertis et manifeſtis ab erroꝛe ſuo. Tertio modo aliqua reſponſio dicitur dura cũ in ea ponuntur cõuicia ꝛ cõminationes ꝛ reꝓhenſiones varie de reꝓhenſionib⁹ vt fecit Johannes cũ reꝓhendebat herodem ꝓpter herodiadem/de cõuicijs vt idem cũ dicebat genimina viperarũ quis vos liberabit a ventura ira: vbi etiam cõminatio poſita eſt. ¶ Item de cõminationibus vt ſilueſter tarquino penã mortis cõminatus eſt. Eſt hmõi reꝓhenſione dura non videtur vtendũ cũ nota eſt ꝛ manifeſta ptinacia tiranni ꝛ totaliter deſperaꝫ de cõuerſione eius ad fidẽ Et adhuc conſiderandũ eſt ſi aſtantes ex talibus verbis duris offenduntur ad fidem excitantur Si veriſimiliter offenderenꝫ non eſſet eis indulgẽdũ Si aũt ad fidem excitarentur/ cũ etiam valeant ad excitamentum ꝛ confirmationẽ reſpondenti ꝙ videtur melius eis vtendum. Et ſi dicas ꝙ mollis reſponſio frangit iram. Reſpondeo ꝙ in tali caſu non tantũ ira frangenda eſt ſed etiã furoꝛ ꝛ ptinacia que frangi nõ poſſunt molli reſpõſione. Similiter nõ ſolum attendendũ quomodoſe dari poſſit tirannus. ſed etiam quomodo melius ꝛ fidei ꝛmultitudinis ſaluti cõſuletur/ et ſm hoc vel molli vel vel dura reſpõſione vtẽdum. Et hec de martirio dicta ſunt ꝛ ꝓ cõſequens vniuerſaliter de virtute fortitudinis et ſpẽbus eius. Nũc dicendum eſt de vitiis oppoſitis ꝓ ordinem. Et primo.

Queritur vtrũ caymotes ſit vitium magnanimitati oppoſitum¿ ¶ Arguitur ꝙ nõ/ qꝛ ſm Ariſto. quarto ethicoꝝ. Caymus nõ eſt malus g̃ caymotes non eſt vitium. ¶ In oppoſitũ aꝛ. auctoꝛitate eiuſdẽ ari. loco eodẽ qui hoc exꝑſſe diffinit.

¶ Notandum ꝙ ſub fortitudine cõmuniter dicta ſicut ex ſupradictis apparet cõtinẽtur fortitudo ꝓprie dicta/et magnanimitas ſub magnanimitate cõtinentur/ fiducia/ magnificentia/ patientia ꝛ humilitas. Nam de ꝓſeuerantia ꝛ martirio dictũ eſt ꝙ ſub nulla virtute cõtinẽter ꝛ ꝙ faciũt gradꝰ in virtutib⁹ et ꝙ Ari. non aſſignat inter vita magnanimitati oppoſita niſi caymotẽ ꝛ puſillanimitatem/extendenda videnꝫ iſta noia ad hoc ꝙ cõtineant oia vitia oppoſita ſpẽbus magnanimitatis. ¶ Notandum ergo ꝙ caymotes eſt ſuperhabundans appetitus honoꝝ. Ea autẽ q̃ cõmuniter nata ſunt appeti tanc̃ honoꝛabiliora ſunt in multiplici differentia. quedã ſunt opa honeſta ardua et magna. Alia ſunt res ſiue adminiſtrationes honoꝛabiles circa quas hmõi opera honeſta verſantur. Alia ſunt gloria ſiue opiniones honoꝛabiles ex hmõi honoꝛationibus cauſate. Alia ſunt excellentie que oꝛiuntur ex bonis in hominibus exiſtẽtibus. Alia ſunt ſigna operũ honoꝛabiliũ ꝛ maxime benefactiuoꝝ vt genuflexo laudatiua oꝛatio ſiue ſoluta ſiue numeroſa imagines ꝓmitas ſedis et reliqua huiuſmodi Circa que omnia poteſt eſſe caymotes extenſo noie. Unde vera ꝛ per ſe honorabilia ſunt opera honeſta ꝛ habitus ex q̃bus cuꝫ bonis nature vel gratie hmõi opera honoꝛabilia ꝓcedunt. Et iõ reliqua oia ſunt appetenda ꝓ cõparationem ad huiuſmodi opera honoꝛabilia: et per comenſurationẽ ad ipſa. Honoꝛabiles eñ ad miniſtrationes ſunt appetende ſm cõmenſurationem bonoꝝ nature vel gratie vel moꝛis in nobis exiſtentium per que redimur potentes tali adminiſtrationi ſatiſfacere. Et ita ſuꝑhabundat ꝑmo in appetẽdo qui appetit dignitates ꝛ adminiſtrationes vires ꝛ facultatẽ ſuam excedẽtes quas ſcz nõ poteſt bene ꝛ comode ꝛ ad vtilitatẽ publicam gerere. Scõo cum quis appetit hmõi dignitates quas licz bene poſſit gerere ꝛ adminiſtrare/ tamẽ honoꝛ dignitati cõiunct⁹ notabiliter excedit qualitatem perſone/ aut ſimpliciter ſibi diſcõuenit vt ſi nõ nobilis aſſumeret ꝛ ſibi dignitatẽ vel officiũ quod ſoli nobilibus committi poſſet aut ſi laicus aſſumeret ſibi dignitatẽ vel officiũ eccleſiaſticum vel econtra q̃uis in ſcõo videreꝫ eſſe quedã ſpẽs puſillanimitatis. Tertio cũ quis nõ aſſumpt⁹ ad dignitatẽ vel officiũ exercet ſine legittima aucto

ritate actꝰ illius/aut attribuit sibi honores ei debitos vt simplex sacerdos vel archidiaconꝰ vsurparet vel officio vel sedem vel aliquē alium honorem episcopi. Et istis omnibus modis ꝓtingit dupliciter/vel qz talis sine quacūqz deliberatiōe appetit z ꝓsequitur ista nec multū cogitat aut deliberat vtrum possit satisfacere Aut vtrū talia sint vel possent esse rationabiliter debita vel de talibꝰ deliberat/z existimat licet falsa q talia non excedunt facultatē suam. Et hec estimatio aliquādo est visibilis aliqñ nō z quomōcunqz fiat semp erit caymotes ſm vnam speciē eius que dicit ꝓsumptio. Sed bene verū est ꝙ si error non sit vincibilis tunc ꝓsūptio illa non imputat ad culpā Ex quo patet q ꝓsumptio opponitur directe fiducie. Contingit preterea excedere in appetitu honoris ratione finis ratione mediꝯ ratione quātitatis. Ratione finis dupliciter. Uno modo qz facit honorem finē illaꝫ rez que ſm reiveritatē debēt esse finis honoris vt qz appetit res honorabiles nō vt eas bene administret nō vt alijs ꝓsit sed vt eaꝫ assecutione honoret. Secundo mō cum nō refert honorem in finem in quem referendus est/vt quia honorē sibi cupit nō referendo in deum sed totam gloriā honoris sui vsurpendo sibi. Rōne mediꝯ vt cum quis largitionibus/ꝑcibus/ambitu alijs falsis modis huiusmodi honorabiles res sibi ꝓcurat. Ex parte numeri vt cū quis reperitur inflatis bilis circa hec et vno vel duobus habitis ad alia cupidissime inhiat. Constat cm talem superhabundare in honoribus appetendis z eum esse caymuꝫ ſm illā ſpēm caymotis q̄ dicitur ambitio. Preterea circa excellentie appetitū cōtingit multipliciter superhabundare. Uno modo cū quis estimat se plꝰ excellere. Et multipliciter. Uno modo cum quis estimat se bona habere excellentia q̄ non habet. Secundo modo cū quis estimat se malis carere quibus non caret aut ea non tanta habere quāta habet. Tertio modo cū quis sibi ex aliquibus bonis excellentiam tribuit q̄ non sunt nata causare excellentiā/aut saltem que nō sunt nata causare excellētiam tātam quātam se ꝙ hec habere putat Quarto modo cum nō habet comodo talia bona quomodo putat se habere puta cū non habet totaliter a se sed partialiter ab alio cum nō ex meritis habet sed ex dono mere gratuito aut cum habet ea defectibiliter que stabilit se habere credit. Quinto modo cū ex bonis alicuius sibi excellentiam magnam tribuit vt qui ex generositate/aut diuitijs/aut sapientia parentū se excellentes maxime putant. Sexto modo cū quis ex his que nata sunt causare detectionē se excellentem esse putat ista aūt excellentia potest appeti dupliciter. vno modo absolute cū quis estimat se esse magne excellentie. alio modo comparatiue vt cum quis putat se alio excellentioꝛē esse z tunc ex omnibus ex quibus se excellentem putat ex eisdē cōtrario modo ductus estimat alium minus excellētē z quo modocūqz hec fiat causatur caymotes ſm speciē illā que est superbia que quidē est ꝓtraria humilitati. Deinde habundat quis in honoribus appetendis cū inordinate fertur appetitus eiꝰ in ea ꝓpter q̄ honores appetunt z q̄ immediatissime excellentiā repsentant sicut sunt bona opinio z gloria. Propter hec cū appetuntur honores vt habeatur bona opinio/vt quis appareat glorioſus: gloria aūt et bona opinio immediate repsentant ꝓsone excellentiam. Et licet omnis appetens honores appetat gloriam quia ꝓpter gloriam z bonā opinionē ſm Arist. ij. rhetorice. Honor est delectabilis non tamen inanis gloria est ambitio. Nā qui appetit gloriam ꝙ honores est ambicioſus qui aūt nō per honores sed modis qui infra dicendi sunt / ille est inani gloria repsus qui aūt se plus iusto excellere putat aut alium superiorem vel equalē/et interdum inferiorem inordinate estimat antecellere/ ille dicendus est superbus. Ex quibus omnibus patet distinctio inter ꝓsumptionē/ambitionem/superbiam/ et inanem gloriā: que multā affinitatē inter se habere videntur adeo vt interdum cōfundantur ab auctoribus z alio ꝙ alio vtātur. Quot modis autem pusillanimitas ex opposito dicaſ videbiſ cū agetur de his vitioꝛ speciebus. ¶ Tunc sit cōclusio respōsiua. Caymotes est vitium magnanimitati oppositum. Probatur qz magnanimus digni ficat se honoribꝰ q̄bus ꝓpter que quomodo z qualiter est dignus z ꝓpter finem quem dignum est se dignificare honoribus/sed omnis caymꝰ se digni ficat honoribus vel quibus non est dignus vel nō ꝓpter que vel non quomodo vel qualiter ē dignꝰ vel non ꝓpter finē ꝓpter quē oportet se dignificare honoribus vt ex deductione superiori latius ptz ergo omnis caymotes est vitium magnanimitati oppositum. ¶ Sed contra cōclusionem. Arguitur primo ratione ante oppositum. ¶ Secundo sic summe appetere honorem nō est vitium ergo nec caymotes nō est vitium/cōsequentia tenz qz caymotes cōsistit in summo appetitu honoꝛ. Antecedens ꝓbatur nullus appetitus est malus qui nos vehementer incitat ad opera virtutū/ ꝫ summe appetere honorē nos vehementer incitat ad opera virtutum. Cū solis operibꝰ virtutū debeatur honor. ¶ Tertio. Non est vitiosum q ꝙs apetat honores q̄bus non est dignus ergo caymotes nō est vitium. Antecedēs ꝓbatur qz ꝙs rōnabiliter appetit virtutes quas nō habet: sed ꝓ huiusmodi virtutes fiet dignus honoribus q̄bus nō est nunc dignus. ergo non est vitiosum q quis appetat honores quibus non est dignus.

¶ Quarto nihil quod est ignorantia fit vitiose sit sed caymus ex ignorantia appetit honores q̄bus nō est dignꝰ cum de eo z de pusillanimo dicat ari. q̄ est insipiēs. ¶ Quinto nullus vitiosus ē dignꝰ honoribus: sed caymus est dignus honoribus cū ſm Ari. aliquis non sit caymus qz ꝙis magnis dignus sit honoribus maioribus tamen se dignificat ꝙ dignus sit. ¶ Sexto si caymotes sit vitiuꝫ vel est deterius ꝙ pusillamitas vel minus malum non ſm vt ptz ꝓ Ari. qui expresse diffinit pusillanimitatem esse deteriorem. nec primū qz caymotes magis accedit ad superbiam: z pusillanimitas ad humilitatem. Tum secundo qz caymotes magis declinat ad iniusticiam scz ad depssionem alioꝛuꝫ Tum tertio qz vt ptz ex textu Ari. caymus est indignus honoribus z pusillanimus est indignus ergo caymus est deterior pusillanimo. ¶ Ad primā dico q malicia accipitur tripliciter. Uno modo ꝓ iniusticia qua aliquis iniuriam affert alteri Et hoc modo accipit Ari. cum ait. caymū nō eē malum quod ptz ex causa ꝙ assignat. Non enim

Multipli. fit aliquis caymus.

Argumen

na. 4. eth. questio. 1.

malefactores. Secundo modo accipitur malicia p vitio in gradu opposito gradui temperantie/ z sic cōsummatus in caymote est malus. Tertiomodo accipitur malicia p omni habitu inclinante in opus recte rationi diffome. z hoc modo caymus est malus. Et ideo subiungit Ari. Non eīm male factores/ peccantes aūt. ¶ Ad secundā nego añs et ad pbationē nego antecedēs z dico ad opa virtutum possumus z bene z male incitari/ bene/ cum incitamur ad ea vel ppter deū/ vel ppter honestatem operis/ male/ cū incitamur ad ea ppter honorem vel ppter lucrum vel libidinē licet eīm pentētia sit bona et ad eam nos peccatū incitet nō tamen peccatū est bonum. Et ad minorē dico q caymi magis appetunt apparere virtuosi q̄ esse. Et ad pbationem dico q licet honores debeātur solis virtuosis: tamen tribuunt de facto non solum nō virtuosis: sed etiam multis pessimis moribꝰ infectis/ lenonibus/ adulatoribus/ et psonis ridiculosis etiam ppter ipsa ridicula. ¶ Ad tertiam dico q licet nō sit virtuosum vt quis appetat honores quibus nō est dignus faciendo se dignū illis z vt habeant postq̄ fuerit illis dignus/ tamē vitiosum est q quis appetat habere honores q̄bus nō est dignus etiaz ppter tempore p quo nō est illis dignus quod facit caymus. ¶ Ad quartam nego maiorē de ignorantia crassa aut affectata si autē fiat ignorantia inuincibili vitiosum est tamen nō imputabile. ¶ Ad quintā nego minorē. Nam cū nō quodlibet vitium cuilibet virtuti repugnet: ideo stat aliquem esse vitiosum vno modo/ et virtuosuz virtute non repugnate illi vitio z ratione illiꝰ virtutis erit dignus honoribus/ sed bene verū est q non est virtuosus sm q dignus honoribus. Et ad minorem dico q licet nō sit caymus sm q caymꝰ dignus honoribus/ est tamen caymus aliqs propter aliquā virtutem benefactiuam quā habz honoribus dignus. ¶ Ad sextam dico q sm Ari. in quarto ethicoz. pusillanimitas ē deterior q̄ caymos. Et ad primaz pbationē dico q aliqua caymotes bene est supbia/ sed nulla pusillanimitas ē humilitas q̄tuncūq̄z simlitudinē habeat. Auaricia eīm magis accedit ad psimoniam q̄ pdigalitas z tamen auaricia est prodigalitate deterior. ¶ Ad secundā pbationem dico q licz caymotes inclinet ad iusticiam/ tamen ipa non est iniusticia sicut luxuria aliquando inclinat ad ydolatriam z tamen ipa non est ydolatria. ¶ Ad tertiam pbationez nego assumptū/ sed bene verū est q caymꝰ est indignus honoribus q̄bus se dignificat quia dignificat se maioribus q̄ dignus sit. Dico pterea q dato q caymus sit indignus honoribus: z pusillanimus dignus. q; tamen nō habet hanc dignitatem a pusillanimitate: ideo nihil cōcludit sicut nō sequit iste iniustus est dignus honoribus quia habet aliā virtutem ppter quam sit dignus. Iste homolochus nō est dignus honoribus ergo homolochia est deterior iniusticia. ¶ Jam agenduz est de spēbus caymotus. Et primo de psumptione.

ad ſtutes sepe. male mutantur.

Queritur primo Utrū

Presumptio sit peccatū. ¶ Arguit q non. Non est peccatū tendere i ea que sunt supra se: ergo nec psumptio est peccatū quia tendimus in ea q̄ sunt supra nos. Intecedēs pbatur per illud apo. ad Phil. iii. que retro sunt obliuiuiscens ad interiora me extendo. ¶ In oppositum arguitur p illud ecclesia. xxxvii. O psumptio nequissima vnde tāta es. Ubi respōdit glosa de mala voluntate creature/ sed omne quod pcedit ex mala voluntate est peccatū ergo psumptio est peccatum. Notandū est q presumptio est qua quis assumit sibi aliquā rem honorabilem facultatē suam excedentē. accipitur autez res honorabilis dupliciter. Uno modo p dignitate honorabili arduā aliquā administrationem habente. Secundo modo accipiť pro honore aliquo magno vel actu honorabili. Primo modo contingit dupliciter q res aliqua honorabilis facultatē excedat. vno modo ex parte administrationis sicut doctoratus theologie excedit facultatē grāmatici: vel dialetici: quia purus grāmaticus vel dialeticus nō posset sufficere lecture theologice. Secundo modo ex parte honoris sicut doctoratus ex parte honoris excedit facultatē laici etiā periti in sacris litteris. Si aūt accipiatur p honore vel actu tunc etiā contingit psumere duppliciter sicut patuit in pcedenti questione.

AB

psumptio quid est.

Inceptiones rei honorabilis.

¶ Secundo Notandū q aliquando aliquis psumit q̄ tamen non assumit aliquid quod facultatez suam excedat: sed ideo psumit quia non satis sibi cōstat quod illud qđ assumit sit infra facultatem suam positū. Et ita q̄tuz est ex modo assumendi psumit quia pcedendo modo quo pcedit assumeret rem excedentē facultatē suam sicut non excedentem. Et huic simile est cū quis sine meditatione respōdet ad interrogata nō curans nec sciens vtrum vere vel falsē respōdeat. Talis eīm licet aliquando verū dicat tamen nō mentitur. quia non est sufficienter certus de eo quod affirmat/ z si nō fuisset ita sicut affirmat nichilominus eque affirmasset sicut affirmat. Antecq̄ enim quis assumat vel pcuret rem aliquā honorabilē debet diligēter cōsiderare q̄ administrationē habet z quibꝰ opꝰ sit ad eam bene gerendā: et deinde debet cōsiderare vires suas et videre si habeat omnia q̄ requiruntur et sufficiunt ad administrationē talē bene gerendam: et ideo q̄ deficit in hac cōsideratione et rem honorabilē non pūia sufficienti de liberatione psumit et assumit. ¶ Notandū tertio q pre ter quatuor modos psumptionis est adhuc vnus modus quo quis cōfidit se aliquā grauem administrationem bene gerere immo etiā quodcūq̄ bonum opus facere sine fiducia diuini auxilij: quia talis psumit de viribus suis z credit eas p se sufficientes vbi tamen p se sunt ineptissime: et hec est sententia beati Thome. Et ideo inquit nō est presumptuosum si aliquis ad aliquod opus virtuosū faciendum tendat. Esset aūt psumptuosum si ad hoc aliquis tenderet ab sed fiducia diuini auxilij. Maz secluso diuino auxilio nō habentur oīa q̄ requiruntur ad opus illud pficiendum. Et hoc est pessimū genus psumptiōis qđ omnes virtutes pariter necat/ non eīm est possibile in eo qui ita psumit esse aliquod bonū virtutis opus Sed de hoc latius dicemus cū agemus de supbia. Tūc sit prima conclusio. Omnis psumptio est peccatū: probatur: omnis assumēs sibi aliquid vel aliquo modo quod vel quomodo recta ratio dictat non assumendum esse peccat/ sed omnis psumēs assu-

alius modus psumptionis.

tho. 2. 2. q. 130. ar. 1. in

mit sibi aliquid puta dignitatem vel officium vel actum aut dignitatis vel officii quod recta ratio dictat se non esse assumendū. Aut eomodo assumet quomodo recta ratio dictat nō esse assumendum puta vel sine sufficienti p̄meditatione vel sine cōfidentia diuini auxilii ergo p̄sumptio est peccatum. ¶ Secuda cōclusio ꝓpositio simplex non est omniū peccatoꝝ grauissimū/ appello aūt p̄sumptionem simplicem eam qua quis sine multa p̄meditatione assumit sibi aliquā rem honorabilē cui non sufficit sed tamē sic assumēdo nec est blasphemus in deum nec iniurius in ꝓximum. Nam q̄ vsurpat honorem vel actū non sibi sed alteri debitum est iniurius in ꝓximum q̄ autem bonum opus attentat sine fiducia diuini auxilii est blasphem⁹ in deum ꝓpabatur quia in hmōi p̄sumptio simplex non est tazvitiosa sicut pusillanimitas vt dr Ari. ¶ Tum secundo quia tales p̄sumptuosi ideo p̄esumunt quia ignorant aut vires suas: aut rei suscepte gratuitatem: difficilitatem/ z ideo Aristote. dicit eos ignorantes/ ignorant aūt quia nō considerant. Tertio iste p̄sumptuosus nō est itavitiosus sicut ambitiosus: gr̄ antecedēs ꝓbatur quia ambitiosus assumit rem honorabilem ꝓpter honorem nec multū curat de administratione cōiuncta dignitativel honori. ꝓesumptuosusvero nō assumit eam ꝓpter honorē z nititur q̄tum potest satisfacere administratiōi q̄uis nō possit nec sufficiat. Et inde est q̄ res publice frequenter grauia detrimenta capiunt ꝓpter huiusmodi p̄sumptionem eoꝝ q̄ eis p̄feruntur. Ideo difficile est reperire p̄sumptuosum qui nō afferat dampnū rei cui p̄fertur quia tamē res publica eum p̄ficit. aut habens auctoritatē eius nec ipe intendit damnum inferre sed vtilitatē: ideo non dr̄ ꝓprie iniuriā facere. ¶ Contra primā cōclusionem. Arguitur sic homines debent appetere q̄ supra se sunt ergo nō est p̄sūptiovitiosa qua q̄ supra nos sunt appetim⁹ Antecedēs ꝓbatur p Ari. ꝓmo ethicoꝝ dicētem. Oportet aūt non ēm suadentes humana sapere hominem: neq̄ mortalia mortalē/ sed inq̄tum cōtingit immortalē facere. Et primo methaphisice dicit q̄ homo debet se trahere ad diuina q̄tū potest: sed immortalia z diuina sunt sup nos: igitur. ¶ Secundo quia vel homo dz reputare ea eē infra facultatē suam q̄ potest mediante speciali auxilio deivel ea tantū que potest sine hmōi auxilio speciali: si ꝓmum tunc cū omnia possit homo cuz tali auxilio sequit̄ q̄ nichil debet estimare esse supra facultatem suā. Si secundū tunc nullū bonū possit sine huiusmodi auxilio sequitur q̄ nullū bonum dz estimare esse infra facultatē suam. Et cōfirmatur p illud Apostoli. ii. ad Corinth. x. Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis: ergo nichil bonum cogitandum sufficimus: ergo attētare aliquod bonū cogitare erit p̄sumptio. ¶ Tertio opus virtutis pfecte est supra vires eius q̄ non habet virtutem nisi imperfectam: sed habens virtutē impfectam pōt appetere opus virtutis pfecte: cū vnusquisq̄ debeat sp̄ficere in melius: ergo attētare aliquid supra vires suas non semper est vitiosum.

¶ Ad primam distinguitur antecedēs q̄ aliqua dicuntur esse supra hominē dupliciter. Vno modo sicut res dicitur esse supra rem ratione dignitatis et gradus altioris. Aliomodo sicut operatio dicitur esse supra causam efficientem. ꝓmo modo res vna dicitur esse supra aliam / q̄ est dignior et excellentior: et hoc modo possumus appetere res q̄ sunt supra nos: nō quidem vt operemur eas sed vt operemur circa eas vt cognoscamus scilz et diligamus. Secundo modo res aliqua dicitur esse supra nos sicut operatio dr̄ esse supra causam efficienter et tūc illud dr̄ esse supra nos q̄ est operatio quā viribus nostris cum auxilio dei speciali quod scz solet regulariter tribuere sic operantibus facere non possumus/et sic non debent hoies appetere q̄ supra eos sunt nisi ad hoc speciali instinctu aut reuelatione diuina moueātur sicut cōtingebat in apostolis et aliis sanctis q̄n testimoniumveritatis fidei mortuos suscitabāt: aut alia queuismiracula faciebant/ et hec solutio satis cōformatur solutioni Thome dicentis. Et ēm hoc dicit phūs q̄ oportet hominē se attrahere ad immortalia et diuina/ nō quidem vt operet ea q̄ decet deum facere sed vt ei vniatur p intellectum et voluntatem. ¶ Ad secundum dico q̄ bona opera q̄ potest facere mediantibus viribus suis et auxilio dei speciali quod regulariter immittit talibus et taliter operantibus debz reputare esse infra facultatem suā/et ea etiā in quibus opandis se vel instinctu diuino vel reuelatione diuina cōfidit sibi adhuc specialius auxiliū diuinum affuturū aut illa ad intercessionē suam deū esse facturum. Nō em̄ p̄sumpserunt sancti cū ea attentabant que nō nisi diuina opatione fieri poterant. Et ad ꝓbationem dico q̄ non omnia potest homo cū auxilio dei speciali quod regulariter immittit talib⁹ z taliter opantibus. Quod si arguatur de auxilio specialiori tunc oportet q̄ habeaturvel reuelatio de eo q̄dam diuinus instinctus. ¶ Ad confirmationem concedo q̄ si excludatur speciale auxilium dei q̄ ad nullum bonū sufficimus/ sed dico q̄ sine p̄sumptione attentare possumus omne illud quod viribus nostris et speciali auxilio dei tali quale diximus pficere possumus. Et in hac solutione satis cōuenit beatus Thomas dicens q̄ que per altos possumus p nos quodammodo possumus/ et ideo quia cogitare et facere bonum cū auxilio diuino hoc non totaliter excedit facultatem nostram ¶ Ad tertiam dico primo q̄ maior est falsa loquēdo de virtute morali. Nam nullo modo habēs virtutem nec perfectam nec impfectam potest ex arbitrii libertate et noticia rerum agendaruz exiri in actum pfectissime virtutis. Et ad minorem dico q̄ potest dupliciter intelligi. Vno modo sic q̄ aliquis possit rationabiliter appetere q̄ p tempore p quo habet virtutem imperfectā habeat op⁹ pfectissime virtutis et in hoc sensu multi hoc falsum esse dicerent. Alio modo sic q̄ aliquis possit dum habet virtutem impfectā appetere opus pfectissime virtutis: non quidem q̄ appetat exire in actum pfectum dū habet virtutem imperfectam sed quia dū habz virtutem impfectam appetit eā pfici et virtute pfecta in opus exire pfecte virtutis et hoc est verū. Et hec solutio concordat cuz beato Thoma questione. cxxx. articulo ꝓmo i responsione ad primum. Sic etiam inquit vitiosum esset et p̄sumptuosum q̄ aliquis existens in statu impfecte virtutis attentaret statim assequi ea q̄

Drīa iter p̄sumptuosum z sūp.

Argu. tho. 2. 2. questi. 130. arti. 1.

Approbat solutio tho me.

sunt perfecte virtutis/ sed si quis ad hoc tendat vt perficiat in virtutem perfectam hoc non est ꝑsumptuosum nec vitiosum. Et hoc modo apostolus se in anteriora extendebat scilicet per continuū profectum. Hec solutio pro secundo mẽbro michi placet pro primo vero non sine difficultate est. Mã primum mẽbrum ad intellectum beati Tho. videt innuere duo. Primum est q nullus existens in statu imperfecte virtutis pōt statim attentare actum perfecte virtutis sine presumptione quod si intelligat vr non michi videtur verum nec historijs ecclesiasticis nec morali rōni consonū. Non quidē historijs ecclesiasticijs cū legamus multos qui erāt in statu impfecto volasse ad heremum/ aut religionē ingressos z vitam maxime austeram z pfectam duxisse. Alios se pro fide Christi exposuisse martirio quod est opus excellētissime virtutis. Rationi morali. nam cuilibet virtutis moralis act⁹ est in plena facultate liberi arbitrij adiuti specialiter a deo maxime suppositā cognitione requisita ad actum illum/ ita q habitus nō facit vt liberum arbitrium possit quod prius nō poterat licet reddat facilitatem z prōptitudinem in operante ergo existens in statu impfecte virtutis pōt appetere opus pfecte virtutis. Tertio post habitū virtutis impfecte generatur opus impfecte virtutis z non p actus impfectos ergo p actus pfectos ergo opus pfectū precedit habitū pfectum ergo opus pfectū habeꝫ pro tempore p quo non habeꝫ adhuc nisi habitus imperfectus ergo nō est ꝑsumptuosum vniuersaliter q aliquis habens infectum habitum attētet opus pfecte virtutis. Aduerte tamen q opinio Thome magnā apparentiā habet. Pro cuius intellectu dico primo q regulariter z vt in pluribus cōtingit q ꝑsumptuosum est q habens habitū impfecte virtutis attentet opus virtutis perfectissime/ licet in paucis in quibus scilcet est speciale auxiliū maius et efficacit⁹/ quedā impulsio diuina z instinctus de confidentia diuini auxilij/ hoc nō sit ꝑsumptuosū. Dico secundo q si opus illud sit opus administratorium z pertinens ad vtilitatē publicā quod hoc est ꝑsumptuosum. ¶ Dico tertio q si opus sit op⁹ virtutis intellectualis sicut est opus ꝓdicationis/ aut lectionis q hoc vt in pluribus est ꝑsumptuosū q difficile est q parū erudit⁹ doceat z exponat res difficilimas. Dico quarto q hoc veritatem habet cum fit attentatio operis quod cum difficultate grauj multam diuturnitatē habet vt annua tollerantia duri cruciatus Si quis etiam habens virtutem imperfectam statim ꝑiteretur durissimā religionem hoc non videretur ꝑsumptione carere nisi esset sibi instictus diuinus de confidentia diuini auxilij. ¶ Ex quibus patet q regulariter z vt i pluribus habens imperfectam virtutem sine impulsione diuina non debet attentare opus perfectissime virtutis. Potest tamen licet raro z extra casus dictos. ¶ Ad rationem annte oppositum de antecedente dictum est supra. ¶ Dico enim q ꝑsumptuosum est tendere in ea que sunt supra facultatem nostram ad intellectum iam datum. Et ad Apostolū dico q Apostolus nō tendit in ea que sunt supra facultatem suam speciali auxilio dei adiutam sed bene tendit in anteriora id est in opera perfectiora et excellentiora ꝙ erant ea quibus prius intenderat Hec hoc est tendere supra facultatē suam Sed est vsus facultis sue excellentior et melior quia supra dictum est oportet q actus excellentiores habitus precedant ipsum habitum loquendo de habitibus acquisitis, alias nū ꝙ posset quis proficere de gradu in gradum virtutis. Licet enim tale opus excedat gradum habitus tamen quia tale opus est in plena facultate liberi arbitrij specialiter adiuti etiā sine quocunq habitu perfecto vel imperfecto ad quod tamen habitus imperfectus disponit et inclinat licet imperfecte. ideo simpliciter concedendū est illud opus non esse supra facultatem operātis.

Declaratio opinionis Tho.

Ꝛ Nisi virtutē ipfectaz nō attētet ardua opa

Queritur secundo vtrū presumptio opponatur magnanimitati secundum excessum. Arguitur quod non quia si sic sequeretur quod aliquid esset oppositum presumptioni quod opponeretur magnanimitati secundum deffectum sed consequens est falsum igitur. ¶ In oppositū arguitur. Presumptio opponitur magnanimitati et non secundum defectum vt ex dictis patet ergo secundum excessum. Notandum quod presumptio accipitur dupliciter vno modo generaliter pro quocunq actu vel habitu quo assumitur aliquid honorabile siue magnum siue paruum facultatem assumentis excedens aut vt facultatem assumentis excedens. Secundomodo accipitur presumptio pro actu vel habitu quo assumitur aliquid multum honorabile facultatem assumentis excedens aut vt huiusmodi dico autez aut vt facultatem et cetera propter eum qui assumit aliquid quod in rei vetitate non excedit facultatem eius sed tamen assumens credit quod facultatem suam excedat aut saltem non est sufficienter certus certitudine morali quod facultatem suam non excedat. Quilibet enim talium licet assumat rem que nō excedit facultatem suam sic tñ assumit eam ac si excederet facultatem suam excederet nichilominus tamen eam assumpsisset. ¶ Prima cōclusio/ ꝑsumptio primo modo dicta non opponitur adequate magnanimitati/ ꝓbatur q ꝑsumptio illo modo dicta continet sub se ꝑsumptionem oppositam magnanimitati et ꝑsumptionem oppositam modestie sicut enim in appetitu magnorum honorꝫ cōtingit ꝑsumere ita z in appetitu paruorꝫ. hoc tñ differt quod rectus appetitus honorum magnorū et paruorꝫ nō est nominatus vno nomine sed diuersis primus enim dicit magnanimitas/ secūdus modestia. Inordinatus tñ appetitus tam magnorꝫ quā paruorū honorꝫ est vno nomine nomiat⁹ scz nomine ꝑsumptiōis z ideo ꝑsūptio opponit adequate alicui cōmuni magnanimitati z modestie. ¶ Secunda conclusio/ ꝑsumptio secūdō mō dicta opponit magnanimitati secundum excessum/ ꝓbatur. Omnis magnanimitas inclinat ad appetendū magnos honores qui sciuntur esse intra facultatem ipsius appetentis sed presumptio inclinat ad appetendū magnos honores qui nesciuntur esse infra facultatez appetentis et hoc est superhabundare in appetendo ergo ꝑsumptio hoc modo dicta opponitur magnanimitati secundū excessum: minor istius ratiocinis satis patet ex his que supra dicta sunt et intelligenda est ad sensum supradictum: nec tamen intelligo quod ꝑsumptio sit opposita magnanimitati secundū omnē ambitum suum: sed tantum proprie ꝙm speciem illam magnanimitatis que est fiducia.

S Presumptio dupliciter accipit

T

Excedentes appetitu honozis

¶ Secundo posset pzobari inductiue per oēs spēcies p̄sumptionis: cōstat eīm quod ille qui appetit res honozabiles habentes administrationē aliquā vires suas excedentē excedit in appetendo honores Similiter ille qui appetit res honozabiles habentem honozē excedentē cōditionem p̄sone appetentis: excedit in appetendo honozes magnos. Similiter qui appetit honozem vel opus illi rei honorabili ꝓpzium que nō est sibi adhuc cōmissa quamuis etiam dignus sit vt sibi cōmittatur excidit in appetendo honozē. Similiter ille qui appetit rem honozabilē vel honozē quo nescit se esse dignum excedit in appetendo honozem. Deinde ille etiam q̄ appetit rem aliquā cui ex viribus suis credit sufficere excedit in appetendo honozem quia talis directe et pzecedēs peccant cōtra fiduciā quia talis aliqualiter putat se dignū qualiter nō est dign⁹ quia putat se etiam nō specialiter adiutum dignuz et ipse nō specialiter adiutus non est dignus.

¶ Tertia conclusio. Omnis p̄sumptuosus peccat ignozans ꝓbatur: oīs p̄sumptuosus putat rem quā appetit esse infra facultatē suā aut nescit eam esse supza facultatē suam que tamen sm rei veritatem est supza facultatē suam ergo oīs p̄sumptuosus est peccans ignozans. ¶ Secundo oīs p̄sumptuosus vel credit facultatē suā esse maiozē quā sit vel rem honozabilē quā appetit esse minozē quā sit minozē quidē aūt in administratione aut in honoze aut de facto caret deliberatione z inquisitione qua cōparet vere rem quā appetit advires suas. Sed oīs talis peccat ignozās igit̄. Et si dicas q̄ aliquis est p̄sumptuosus qui appetit rem honozabilē quā scit excedere vires suas. Et quā scit se nō debere appetere ergo aliquis est p̄sumptuosus nō ignozās. ¶ Ad hoc rn̄deo quod si aliquis appetat rem honozabilem cui se nō posse sufficere iudicat/ipse non appetit eā rōne administrationis neq; ꝓprie dignificat ea sed eam appetit rōne honozis annexi z ita est magis ambitiosus q̄ p̄sumptuosus. Et si dicas q̄ talis appetit eā vt exerceat se in opibus ad que nō sufficit adhuc se exercitādo fiat sufficientioz et cū hoc tm̄ ipse iudicat q̄ nō debet appetere qz plures detrimentū patiunt̄ ꝓpter insufficiētiā. ¶ Ad hoc rn̄deo q̄ talis p̄sumptuosus raro et in paucis reperit̄. conclusio aūt que posita est cōformiter ad doctrinā arist. veritatē habet vt in pluribus sicut z reliqui sermones vniuersales ad quos vt determinat aristo. libzo ꝓmo ethicoz nō exigit̄ necessaria veritas sed sufficit q̄ vt in pluribus veri sint. ꝓbatur ꝓterea cōclusio per arist. in quarto ethicoz dicentem caymi autē insipientes z seipsos ignozantes ex hoc manifestū vt eīm digni existentes ad honozabilia conant̄ deinde redarguūtur. Vbi Eustracius insipientes aūt manifeste seipos ignozantes sunt/p̄dicant eīm vel in mediū ferūt ipsoz insipientiam conantes ad ea que honozabilia quoz nichil ipsius inest ꝓpter qō z velociter manifeste fiūt Ex quibus verbis apparet q̄ caymi z ignozantes sunt z insipientes: aut vt vult alia trāslatio demētes qō ideo est qz demētia est ignozātiā suā in publicum afferre qō faciūt caymi/pusillanimi aūt ignorantes sunt sed nō insipientes ꝓpter cōtrariā cām dicente de pusillanimo Arist. sed et ignozare seipm appeteret eīm quibus dignus erat bona existentia. nō tamen insipientes vident̄ esse sed magis pigri.

Dis p̄sumptuosus ignozans.

Eustraci⁹.

¶ Quarta conclusio. Et si non omnis p̄sumptuosus maiozem honozem appetit q̄ magnanimus. Omnis tamen p̄sumptuosus superhabundantius appetit q̄ magnanimus. ꝓbatur ꝓma pars Volo q̄ sint duo inequales notabiliter in facultate z viribus z alijs bonis que possūt esse principia arduarum operationum et isti appetāt aliquam rem honozabilem habentem difficilem administrationē q̄ nō excedat facultatē vnius z tm̄ excedat facultatē alterius/Tunc sic. Istoz vnus est magnanimus et alius est p̄sumptuosus et tamen ambo equalem honozem appetūt ergo p̄sumptuosus nō semper appetit maiozē honozem q̄ magnanimus. Secunda pars. ꝓbat nullus mognanim⁹ appetit rem honozabilem supza vires suas existentē. Sed omnis p̄sumptuosus appetit rem honozabilem supza vires suas existentē ergo oīs p̄sumptuosus superhabūdantius honozē appetit quam magnanimus Secundo in omni p̄sumptuoso est superhabūdantia appetitus rerum honozabilium sed in nullo magnanimo est superhabundantia appetitus rerū honozabiliū igitur. Vnde multū differt dicere iste appetit maiozem honozē quā ille et iste superhabūdantius appetit honozē q̄ ille. In ꝓma enim istud cōparatiuum maiozē non dicit cōparationem honorum appetitoz ad facultatem appetentiū sed tm̄ cōparationū honozis appetiti ab vno ad honozez appetitum ab alio. Sed in secunda hoc aduerbiū superhbundantius nō dicit cōparationē vnius honoris ad alium sed tm̄ dicit comparationem z pzoportionem ipsoz honozum ad facultates appetentium et significat q̄ honoz appetit⁹ p istum magis excedit vires suas quā honoz appetitus per illum excedat vires illius. Quinta conclusio. Et si p̄sumptuosi vt in pluribus sint superbi potest tamen reperiri sine supbia p̄sumptio ꝓpzo ista cōclusione est aduertendum quod ad magnanimum ptinet cōparare vires suas ad rem honozabilem assumēdā et si comparatione debite facta inueniat q̄ nec ex se nec ratione alicuius circūstantie res honozabilis excedit facultatem suam potest eam assumere si inuenit quod excedat debet eam reliquere. Ad huiusmodi autē cōparationem exigitur duplex cognitio scilicet cognitio facultatis ꝓprie q̄ consistit in bonis nature/in bonis gratuitis z in bonis acquisitis tam voluntatis quā intellectus quā etiā potentiarum executiuarū z etiā in bonis fortune tanquā in auxilijs quibusdā virtuosaz operationū. Et generaliter oīa cōsiderāda sunt que possunt esse principia arduaz operationū aut etiā impeditiua earum. Et hoc sine illa nobis insint siue p aliquos nobis aliqua necessitudine cōiunctos sint in ptāte nostra qz sm aristo. ea p nos possumus que p amicos possumus. Ex igit̄ etiā ꝓsideratio rei honozabilis assumende tam sm administrationē quā habet sm honozem ei annexū. Tunc ꝓbat ꝓma pars conclusionis. In pluribus cōtingit q̄ aliquis p̄sumptuose appetit rem honozabilem ex eo q̄ credit facultatem suam esse maiozem quā sit z ex eo q̄ credit q̄ ex aliquibus bonis exterioribus oriatur excellentia et facultas et appreciatio in hoīe que sm reiveritatem non oriunt̄ sicut diuites credunt q̄ ex diuicijs suis oriatur excellentia z appreciatio et facultas bene administrandi rem aliquā/que tamen potissime oriunt̄ ex virtutibus siue acquisitis siue gra

Comparatio magnanimi ante q̄ opus aggrediatur.

tuitis sed estimare se excellentiorē quā sit aut ex illis rebus habere excellentiā que non sunt nate facere excellentiā superbie est igitur. Secūda pars ꝓbatur aliquis nō plus estimens de facultate ꝛ viribus suis quam estimare debeat potest ꝑsumptuo se assumere sibi rem honorabilem vires suas notabiliter excedentē ex hoc ꝙ nō sufficiēter inquisiuit pondus ꝛ difficultatem administrationis illius rei aut mugnitudinē honoris annexi illi rei/ sed ꝓstat talem esse ꝑsumptuosum ꝛ tī nō est supbus qz non plus estimat de excellētia sua quā sit estimādū igr.

Bona fortune ad ꝑsumptionē inducunt.

Sexta conclusio bona fortune sine virtute ꝓfecta inexistēti nata sunt habentē ad ꝑsumptionē inducere ꝛ ad supbiam ꝛ petulantiam ꝓbaf ꝙ habēt bona talia sine virtute ꝓfecta estimant se superexcellere alios ꝛ attentant indifferēter quascūqz administrationes etiā que facultatē ꝛ vires suas excedunt cū nō habeant virtutē ꝓfectam qua hmōi inclinationi resistant qua etiam grauibus administratiobus gerendis sufficiant igr: sine em̄ virtute ꝓfecta vt habet aristoteles nō facile ferre moderate bonas fortunas: nec etiam res graues debite administrare. ¶ Secunda pars et tertia ꝓbaf qz habentes hmōi bonas fortunas sine virtute sunt despectores. i. superbi ꝛ iniuriatores. i. petulantes vt habet alia translatio. Secundo tales imitātur magnanimū ꝛ quantū possunt conanf vt appareāt magnanimi ꝛ magnis honoribus digni/ sed nō pñt imitari eum i arduis operationibus ꝛ administrationibus iniusto cōtemptu indignorum ꝛ vera glorificatione indignoꝝ ergo cum oporteat quod habeant aliquas operationes accedentes ꝑm apparentiam ad operationes magnanimi necesse est vt attentent administrationes quibus nō sufficiūt ꝑ ꝑsumptionem ꝛ contēnant meliores et prestantiores ꝑ superbiā et eis conuicienf ꝛ iniuriā afferant ꝑ petulantiam Et hanc conclusionem cum rationibus suis videf posuisse aristoteles quarto ethicorum cū ait. Qui aūt sine virtute bona talia habēt neqz iuste magnis se ipsos dignificāt neqz recte magnanimi dicunf. Sine virtute enim ꝓfecta nō sunt hec: despectores autem et iniuriatores et talia habentes mali efficiuntur: sine virtute enim non facile ferre bonas fortunas moderate nō potentes autem ferre et existimantes alios superexcellere: illos quidē cōtēnunt ipsi aūt ꝙcūqz vtiqz cōtinget operanf. imittanf em̄ magnanimū nō similes existentes hec aūt operanf in ꝗbus possunt ꝙ quidē igr ꝑm virtutē non operanf cōtēpnunt autē alios: magnanimus autem iuste contēpnit: glorificat enim vere multi autem contingenter. ¶ Septima conclusio. Non solū ꝑm apparentiā sed ꝑm rei veritatem ꝑsumptuosus se habet in excessu ad magnanimum ¶ Presumptuosus sic se habet i omni actu suo respectu appetitus rei multū honorabilis ꝙ si tdē ipse esset vere magnanimus et circunstantie essent omnino pares ipse nō appeterit illam ꝛ iudicare se sic appetendo supabundare ꝛ excedere ergo presumptuosus semp in excessu se habet ad magnanimum añs posset ꝓbari inductiue in oībus actibus ꝑsumptuosi. ¶ Secūdo si nō hoc maxime ideo eēt qz ꝑsumptuosus in multo ꝓcio habet bona exteriora que magnanimus reputat parua ꝛ quasi nullī pretij sed nō ob hoc se habet ꝑsumptuosus in defectu ad magnanimū igitur/ ꝓma pars antecedentis est Thome qui ex hoc infert quod presumptuosus secundum rei veritatem quandoqz deficit a magnanimo sed secundum apparentiam in excessu se habet. Et secunda pars ꝓbatur quia nullus ꝓcise ex hoc est presumptuosus quod diuitias multi facit sed si per hoc credat se excellere aut velit haberi in maiori precio quam docti et virtuosi est superbus et si etiam velit ad arduas dignitates preceteris bonis et virtuosis ꝓmoueri est ꝑsumptuosus: et in hoc superhabundat in appetitu honorū. Tertio si sic hoc maxime esset quia presumptuosus appetit precioſis vestibus indui despicit alios ꝛ iniuriatur eis que nō sunt magna ꝑm veritatem sed ꝑm opinionem stultorum/ sed ꝑsumptuosus in hoc nō deficit a magnanimo sed se habet in excessu respectu eius igitur. Minor patet quia ista duo nullus reprehendere et reprehendere omnes indifferēter tam bonos quam malos se habent ꝑm defectum ꝛ excessum et primum quidem secundū defectū ꝛ ꝑm excessum et inter est medietas quedam scilicet reprehendere reprehendendos et contemnere contēpnendos que est magnanimi. Tunc sic nullum reprehendere se habet ꝑm veritatē vt extremū in defectu respectu huius medietatis que ptinet ad magnanimum ergo indifferenter omnis reprehendere se habet ꝑm veritatem vt extremum in superhabūdantia respectu medietatis pertinētis ad magnanimum. Et eodē mō argueref de ꝓciositate vestiū.

Tho.2.2. q.130.ar.2.

ꝑsumptuosus excedit magnumuꝫ in appetitu honoris.

¶ Secundo ꝓbatur auctoritate senece libro de quattuor virtutibus quam pro se inducit beatus Thomas/ magnanimitas inquit si se supra moduꝫ suum extollat faciet virum minantem inflatū turbidum inquietum et quascūqz excellentias dictorū factorumqz neglecta honestate festinum/ vbi seneca non dicit si se infra modum suum deiiciat sed si se supra modū suum extollat. ¶ Contra primā cōclusionem arguif sic nullum peccatum in spiritum sanctum opponif magnanimitati qz quodlibet tale opponitur caritati sed presumptio est peccatum in spiritum sanctum ergo non opponif magnanimitati. Secundo nullum peccatum ex ignorantia opponitur magnanimitati ſz presumptio siue caymotes ꝑm aristotelem est peccatum ex ignorantia/ qz secundum eum caymi insipientes sunt et ignorantes. Tertio vitium oppositum secundum excessum magnanimitati non est magnum cum sit minus pusillanimitate ꝑm aristotelem quarto ethicorum sed presumptio est peßimum vicium ꝛ multo magis detestandum quam pusillanimitas ergo presumptio non opponitur magnanimitati secundū excessum.

Seneca.

Arg.tho. 2.2. questi. 130. arti. 2.

Arg.buri. 4. ethi. q. 12.

¶ Ad primam respōdet beatus thomas ꝙ nō quelibet presumptio ponitur peccatum in spiritū sanctum/ sed illa qua quis diuinam iusticiam contempnit ex inordinata cōfidentia diuine misericordie/ et talis presumptio ratione materie inq̄tū scilz ꝑ eam cōtempnif aliquid diuinum opponif caritati vel potius dono timoris cuius est deum reuereri in q̄tum tamen talis contemptus excedit ꝓportionē ꝓprie facultatis potest opponi magnanimitati.

Nō ois ꝑsumptio est pctm̄ isp̄m sanctum.

¶ Hanc solutionem pro nunc non reprobo nec approbo quia alibi terminandum est quid sit peccatū i spiritumsanctum/ et an sit aliqua talis ꝑsumptio qualis hic describif et si sit aliqua talis vtrū opponaf magnanimitati qz nō videf qō aliquis cōtemptū illū diuine iusticie affectat tāq̄ rē honorabilē

nec ℈m veritatē nec ℈m apparentiā. Ideo si aliqua
sit talis ꝑsumptio ipsa nō est illa q̄ est spēs vicij op
positi magnanimitati nec etiā ꝓprie caritati/ sed
magis spei ℈m qđ ait Thomas q̄stionibus de ma
lo q ꝑsumptio est inordinata spes. q si dixisset bea
tus Thomas q cōfidentia illa inordinata de diuina
mia fuisset ꝑsumptio ꝓprie habuisset maiorem
apparentiā eo q ꝑsumptio opponit ordinate fidu
cie q̄ est spēs magnanimitatis/ z tñ adhuc ita non
eēt qz fiducia illa q̄ est spēs magnanimitatis est re
spectu rez arduaz z difficiliū agendaz/ cōfidētia
aūt illa de diuina mia in extremo iudicio nō est re
spectu rez agendaz sed est respectu impunitatis.
Ad secūdā negat maior aliqs em̄ interdū ex igno
rantia cōfidētiā hz alicui⁹ rei ardue agēde qz non
satis cognoscit facultatē suam vel difficultatē rei
agende z hmōi cōfidētia mediāte tali ignorantia
suscepta est ꝑsumptio/ z minor rōnis vniuersaliter
intellecta est falsa. Et ad ꝓbationē dico q lz cay
mi ignorātes sint z insipiētes licz etiā ignorantes
peccent nō tñ ex ignorantia peccant/ aliud est em̄
peccare ignoranter z aliud peccare ex ignorantia
vt declarat. ari. in tertio ethicorum. ¶ Ad tertiaz
dico q sicut supra dictum est vna species ꝓesump
tionis est maxime detestanda/ sed de ea nō est lo
cutus arist. nec eam forte cognouit. Similiter ꝓe=
sumptio est pessima ℈m vitia illa ad q̄ regulariter
inclinat sed vt dictū est ꝑsumptio simplex nō est tā
vitiosa q̄ vitiosa est pusillanimitas. ¶ Cōtra quar
tam conclusionē arguit sic Nullus magnanimus
appetit honorem supra facultatē suam ois ꝑsump
tuosus appetit honorē supra facultatē suam er
go omnis honor appetitus a ꝑsumptuoso est ma
ior q̄ honor appetitus a magnanimo. cōsequētia
tenet quia honor qui est supra facultatē appetētis
illum est maior q̄ honor qui nō est supra facultatē
illum appetētis. Ad hanc rōnem nego ꝓmā con
sequentiam et ad ꝓbationē nego assumptū quia q
aliquis honor sit supra facultatē appetentis/ con
tingit interdum ex magnitudine honoris vbi scilz
esset paritas facultatū. Aliquādo cōtingit ex par
uitate facultatis verbi gratia vbi esset paritas ho
norum appetitoz. Et ideo argumentū illud nō cō
cludit nisi q ꝑsumptuosus suphabūdantius appe
tit q magnanimus sicut ista cōsequentia nō valet.
iste eger plus comedit quā possit digerere. Iste sa
nus nō plus comedit quā possit digerere/ ergo iste
eger pluri cibo vtitur quā sanus. Constat q cōse
quentia nō valet. Sed bene sequitur ergo iste eger
superhabūdantius cōmedit vel plus excedit in co
medendo quā ille sanus. Contra septimā cōclusio
nem arguitur rōnibus quas innuit thomas/ ꝑsum
ptuosus excedit magnanimū i appetitu bonoz ex
teriorum/ sed hmōi bona non sunt maiora aliis ℈m
veritatem sed tantū ℈m apparentiā igitur. Secun
do ꝑsumptuosus excedit magnanimū in appetitu
ornatus exteriorꝭ sed ornatus exterior nō est ma
ior secundū veritatē bonis q̄ appetit magnanimus
sed tantū secundū opinionē stultoz igitur. Tertio
ꝑsumptuosus appetit despicere bonos et eis inui
riari/ magnanimus aūt no despicit nisi malos z re
prehensibiles sed primū non est maius secundo ℈m
veritaten sed tñ ſcōm apparentiam et opinionem
stultorum igitur q̄ꝫ ꝑsumptuosus nō se habet in
excessu ad magnanimū secūdū veritatē sed solum
secundum apparētiam. ¶ Ad primā dico quod ali
quid dicitur appetitu ab aliquo dupliciter vnomō
tanquā finis. Aliomō tanquā ordinatū in finem di
co q ꝑsumptuosus non appetit diuitias/ ꝓciosum
ornatū reprehensionē bonoz tanquā finem ex cuius
scilicet appetitu dicatur ꝑsumptuosus sed appetit
ea tanquā quedā ordinata in finē quia enim caret
virtutibus quibus solis debet honor z ex quib⁹ ve
ra excellētia nascit necesse est qđ ipse sibi falsis ar
tibus apparentē excellentiā cōparet vt ea cōpara
ta ꝓuehatur ad honores quibus est indignus z ad
grauissimaz rerum administrationes. Et ideo licz
ista que appetit tā q̄ media nō sint maiora hijs q̄
appetit verus magnanimus honor tñ quem inten
dit p hec sibi cōparare magis excedit facultatem
suam q̄ honor que appetit magnanimus facultatē
magnanimi excedat nō tantū ℈m apparētiam sed
etiam ℈m veritatem: dico ꝓterea q hec oia que ap
petit ꝑsumptuosus etiam ℈m veritatē sunt maiora
quā illa eiusdē generis q̄ appeteret si ipse esset mag
nanimus puta si ceteris paribus ipe esset magna
nimus/ nec tātas pecunias nec tam ꝓciosas vestes
nec tot z tam graues reprehēsiones appeteret neq
valet ista ꝓña/ aliqua q̄ appetit ꝓesumptuosus sunt
multo minora ℈m veritatē his que appetit magna
nimus ergo magnanimus q̄ꝫ ℈m veritatē ꝑsum
ptuosum excedit in appetēdo quia lz hec sint muno
ra illius qz tñ p hec minora ꝑsumptuosus tēdit i alia
maiora quia excedūt facultatē suam: magnanim⁹
autem non tendit in aliqua que facultatē suam ex
cedant ideo ꝑsumptuosus semper se habet secundū
veritatem in excessu ad magnanimū. Aduerte tñ
q facultas honoris que appetit pōt dupliciter cō
parari ad facultatē appetentis vnomodo cum vnū
absolute cōparatur ad aliud. Aliomō cū sit cōpa
ratio vnius ad aliud secundum circunstantias oc
currentes. Contingit em̄ interdum q in ꝑsumptuo
so est simpliciter maior facultas agendi z adminis
trandi et q in eo sunt plura z excellentiora princi
pia arduaz operationum quam in magnanimo et
tamen honor appetitus ab vtroq̄ est equalis z ni
chilominus qui habet minorem facultatē in eo ap
petendo est magnanimus et qui habet maiorē fa
cultatem in eo appetendo est ꝑsumptuosus ꝓpter
circunstantias occurrentes ꝓpter quas principia
agendi in vno sint impedita notabiliter z nō i alio
aut ꝓpter egritudinem/ aut ꝓpter aliaz rerū ad
ministrationem/ aut ꝓpter ꝓhibitionē alicuius po
tentis/ aut ꝓpter alias causas que infinite possunt
accedere/ potest etiam dari casus in quo quis assu
mit rem honorabilem quam scit esse supra faculta
tem suam et tamen in hoc est magnanimus et non
ꝑsumptuosus Casus est talis/ si sit ꝓuidendū ali
cui grauissime dignitati administrationem difficī
lem habenti et nullus sit qui eam sufficiat gerere.
Tunc ille qui est maioris facultatis inter ceteros
licet nō sufficiat p consensum alioz potest eam cū
confidentia iuui auxilij suscipere/ quo auxilio tā
to magis eum indigere constat quanto minus ad
dignitatem illam gerendam sufficit.

Peccare ignoranter et peccare ex ignorantia.

Tho. 2. 2. vbi supra.

Nota.

Duplex cō paratio.

Nō omnis appetens honorē qui nō est dignꝰ est ꝑsumptuosus.

QUeritur tertio. Utrum cuilibet ꝓesumptioni sua pusillanimitas opponatur. Arguitur q non/ ꝓe=
sumptioni q̄ est ex virium suarum cōfidentia nulla

pusillanimitas opposita est cū virtuosum sit in nullo de viribus suis cōfidere igit. In oppositum arguitur quot modis cōtingit superhabundare tot modis cōtingit deficere ergo quod sunt modi presumptionis tot sunt modi pusillanimitatis. ¶ Notandum est q sicut plures sunt modi siue species p̄sumptionis ita z pusillanimitatis. Contingit enim q aliquis recusat rem honorabilem quia quamuis sufficiat administrationi z honori diffidit tñ de viribus suis z ꝓpter metū deficiendi z fugā laboris sine inquisitione sufficiente iudicat se non sufficere. Secundo quia quāuis sciat ꝓbabiliter se sufficere tamen fugit honorem et magis vult agere priuatā vitam z sectari ocium sicut habet Tullius p̄mo de officijs quāuis tamen honor ille sibi ꝓpter conditionem ꝓsone debeatur. ¶ Tertio cum quis assumptus ad dignitatem vel officiū non exequiturea q̄ sunt dignitatis vel officij sui neq; attribuit sibi honores ad dignitatē vel officium suum ꝓtinētes nō quidē humilitatis aut exempli causa sed ꝓpter quādam incuriam. Quarto recusat aliquis rem honorabilem eo q ipe certitudinaliter scit q sine auxilio diuino nō pōt bene geri q; tamen diffidit de auxilio speciali quod deus regulariter solet immittere inuocantibus eum. Ideo estimat se non sufficere z recusat. ¶ Tunc sit conclusio prima Cuilibet p̄sumptioni sua pusillanimitas opponit/ posset ꝓbari cōclusio inducendo p singulas species p̄sumptionis. ¶ Secunda cōclusio/ Prima species pusillanimitatis est deterior p̄sumptione sibi opposita/ probat. ¶ Pusillanimus ex vi sue pusillanimitatis nullo etiā vicio alio adito priuat se multis z laudabilibus exercitijs p quoz cōtinuationē posset de virtute in virtutē ꝓficere z bonas artes z disciplinas quas hñt cōtinue augere p̄sumptuosus aūt ex vi sue p̄sumptionis se bonis artibus z disciplinis z in re q̄ facultatē suam excedit se cōtinue exercet igitur. Secundo viciū pusillanimitatis est cōmunius et magis inūtū z cōplātatum nobis vt vult eustracius ergo iste deterius. Et confirmatur p aristotelē quarto ethicoz. Opponit aūt magnanimitati pusillanimitas magis quā caymotes z fit magis z deterius est vbi eustracius dicit pusillanimitatem esse nobis magis a natura cōplātatam. ¶ Tertia cōclusio Scda species pusillanimitatis est deterior p̄sumptione sibi opposita ꝓbat vt ꝑcedens. ¶ Quarta cōclusio tertia spēs pusillanimitis est minus vicium quā p̄sumptio/ ꝓbat q; p̄sumptio nūq; est sine iniusticia q; p ipsam vsurpat vel actus vel honor ad aliū ꝓtinens. ¶ Quinta cōclusio presumptio opposita quarte speciei est deterior pusillanimitate. Pro ꝓbatione Aduerte q̄ tā pusillanimus quā p̄sumptuosus ẽm istā speciē detrahunt deo beneficiū q̄ est hoibus largiturū scz specialem assistentiā in rebus difficilibus z bonis q; p̄sumptuosus dicit se nō egere illo beneficio/ pusillanimus dicit se indignū eo et ideo nō habiturū eū. Sed in hoc differunt q; p̄sumptuosus detrahit beneficium illud tanq; eo non egeat et tanq; sibi ipsi sufficiat/ pusillanimus vero confitet illud esse sibi necessariū sed q; putat se non ꝑmeruisse illud ideo detrahit tanq; nō sit habiturus eū Ex quibus satis patet veritas cōclusionis q; p̄sumptuosus presumit de viribus suis q̄ nō facit pusillanimus imo q̄tū ad hoc recte se hz pusillanimus p̄sumptuosus est blasphemius in deum in hoc quod dicit auxiliū suū nō esse nobis necessariū in bonis operationib⁹ pusillanimus nō blasphemat in hoc sed recte sentit pusillanimus dicit se indignū diuino auxilio q̄ frequenter verū/ p̄sumptuosus dicit se tali nō egere/ pusillanimus diffidit diuinū auxilium sibi adesse in quo grauiter peccat/ p̄sumptuosus vero nec diffidit nec sperat q; dicit illud nō esse sibi necessariū. ¶ Cōtra ꝑmā cōclusionē arguit sic. Prius sunt posite quinq; spēs p̄sumptionis sz hic nō ponūtur nisi q̄ttuoz spēs pusillanimitatis igit. Ad hāc rōnē Rñdetur q ꝑma spēs pusillanimitatis opponitur ꝑme z q̄rte spēi p̄sumptiōis/ q; q̄rta spēs ob hoc cōtingebat q; nōdū satis cōstabat appetēti q̄llō q̄ appetebat esset infra facultatē suā/ cuius oppositus defectus satis cōtinetur in ꝑma spē. ¶ Cōtra scdam cōclusionē. Arguitur sic. Caymi ẽm Aris. insipiētes sunt z seipsos ignorātes/ z pusillanimus est ignorās seipm sed nō insipiēs ergo caymus siue p̄sumptuosus est deterior pusillanimo. ¶ Secūdo caymi rōnabiliter redarguūt pusillanimi nō redarguunt igit. ¶ Tertio. Presumptuosi ornant vestibus p̄ciosis z manifestāt bonas fortunas suas exterius: z de se ipsis magna dicūt vt p hoc videant honorabiliores: pusillanimi vero his oīb⁹ abstinēt igitur. ¶ Ad ꝑmā cōcedo antecedēs z nego consequentiam q; pusillanimus lz nō sit insipiēs: est tamen ignorās z piger dicēte Aristotele non tñ insipientes tales vident esse magis pigri: dicta autem est supra causa ꝓpter quā dicunt caymi insipiētes q; scilz ignorantiā suam publicant. ¶ Ad secundā cōcedo antecedens et nego cōsequentiam quia q illi redarguant et nō isti non est q; illi vitiosi sit et non isti: sed quia illi ignorantiam et defectus suos publicant z nō isti Publicatio autem vitij antecedit semper redargutionem que fit a multitudine. Ad tertiam nego consequentiam quia licet pusillanimi non habeant ista: habent alia q̄ sunt his deteriora ita dicente Aristotele de pusillanimis. Talis autem opinio videt deteriores facere. Singuli enim appetunt que ẽm dignitatē. Discedūt autē z ab operationibus bonis z ab inuentionibus vt indigni existentes. Similiter z ab exterioribus bonis. Ecce quō pusillanimus vt sue pusillanimitatis se multis z magnis bonis priuat. Et hec de q̄stione.

Quod pusillanimitas ꝑtinet ad ꝑsumptionē.

Pusillanimitas pōt est presumptione.

Consequenter. Queritur de ambitione. Et ꝑmo. Utrū ambitio sit pctm̄. ¶ Arguit q nō appetitus honoris nō est peccatū cū honor sit maximū bonū inter externa bona sed ambitio nō dicit nisi appetitum honoris g ambitio nō est peccatū. ¶ In oppositum arguitur p illud apli ad cozin. xiij. caritas nō est ambitiosa non querit q̄ sua sunt/ sed quicqd repugnat caritati est peccatū ergo ambitioest peccatum. Notandum q ẽm beatum Thomam. q.c. xxxj. articulo ꝑmo tripliciter cōtingit appetitum honoris esse inordinatū. Uno mō p hoc q aliquis appetit testimoniū de excellentia quā nō habet q̄ est appetere honorem supra suam proportionem. Secūdo mō p hoc q honorem sibi cupit nō referēdo in deū. Tertio mō per hoc q appetitus eius in ipso honore q̄escit nec refert ipm ad vtilitatē aliorum z q; ambitio importat inordinatū appetitum honoris ideo manifestū est q ambitio est peccatū.

Diuisio thome insufficiens.

Ista opinio assignat tres modos ambitionis sed videntur michi esse alij preter istos ideo magis placet diuisio suprapositā. Dico ergo q appetitum honoris contingit esse inordinatū quadrupliciter: scz ratione q̄titatis/ rōne finis: z rōne mediorum/ z ratione vehemētie. Ratione quātitatis dupliciter. Unomō ſm magnitudinem. Aliomō ſm multitudinem. Secundū magnitudinē cōtingit dupliciter Unomō ſm magnitudinez absolute quādo honor quē appetit excedit cōditionē appetentis z est signum excellentie alicuius quā nō habet appetens vt si ineruditus in sacris litteris appeteret magisteriū in theologia. Et iste est primus modus quez ponit sanctus Tho. Aliomō ſm magnitudinem ratione alicuius circūstātie. Et hoc dupliciter. Unomō rōne circūstantie debiti iusti z simpliciter obligatorij. Aliomō rōne circunstantie debiti moralis siue ſm moralem honestatē. Verbi gratia si sit honor aliquis distribuēdus quē ticius appetit qui honor ſm rei veritatē nō excedit excellentiā ticij/ est tamē aliquis alius ita excellēs (aut magis) sicut ticius qui multis officijs in rem publicā aut aliomō pmeruit istum honorē/ ticius aūt nullis. Tūc ſm iusticiā distributiuā iste honor nō debetur ticio sed debeť alteri z ticius appetēs ipsum ambitiosus ē. Si vero sit alius multis cōditionibus ticium excellens puta scientia nobilitate virtutibus licet etiaz nō pmeruerit honorē istū vllis officijs sicut nec ticius petit/ tñ iudicabiť ticiꝰ ambitiosus si se velit alteri pferri nō q̄ honor excellat simpliciter z absolute sed q̄ excellit ex circūstōtia aūt q̄ alius notabiliter excellit cui ticius nō potest sine ambitione velle se pferri. Secundū numez cōtingit etiam dupliciter. Unomō obsolute cū quis appetit multitudinem honoz quoz quolibet seorsum est dignꝰ nō tamē est simul omnibus dignus. Et iste modus continek sub primo modo beati Thome. Scōomō ex circūstantia vt cū quis cupit honoz multitudinem quibus z diuisim z cōiunctim est dignus multi tñ sunt digni honore etiā eque aut plus q̄ iste: z q̄ iste ambit oēs multi alij priuank honoribꝰ quibus vel sine iniuria vel sine inhonestate carere nō pñt. ideo in tali casu q̄ multitudinē honoz appetit est ambitiosus. Rōne finis cōtingit appetitū honoris esse dupliciter inordinatū. Unomō cū id qō debet esse finis honoris non appetimus tanq̄ finē honoris: sed potius appetimus ipsum propter honorem tanq̄ propter finem vt cū honor habet administrationem publicā z appetimus administrationem propter honorem z nō ecōtra tunc superhabundamus in appetitu honoris. Et iste est tertius modus quē ponit Thomas. Et hic peccak q̄ honor nō refert in finem particularē in quē referri debet. Scōomō cū nō referimus honorē in finē vniuersalē in quem referendus est scz in deum neq̄ in eo suscipiēdo de excellentia diuina sed de nostra magnificanda cogitamus. Et iste est secūdus modus beati Thome Rōne medioz appetitus honoris est inordinatus cū quis siue dignus siue indignus procurat sibi res honorabiles pcibus ambitur z alijs falsis aut subdolis artibus ſm q̄ ait. Sallustius bonꝰ z Ignauus gloriā honorē z imperiū sibi expetunt: sed ille vera via nititur iste q̄ bone artes desūt dolis ac falacijs contendit. Et hoc genere ambitionis captus videbatur ille qui dicebat q̄ non nisi pro imperio fides frangenda est. Quarto modo cōtingit rōne vehementie cum scz vehementius et ardentius honorē etiā sibi debitū q̄ idem sit appetendus cupit ac desiderat. Oibus eñ rebus suus modus addendus est. ¶ Prima cōclusio. Omnis ambitio est peccatū Probak oīs ambitio est appetitus inordinatus honoris ergo oīs ambitio est pctm̄. ¶ Secunda conclusio. Non cuilibet ambitioni sua pusillanimitas opposita est. Probak q̄ ambitioni ex parte finis nulla est pusillanimitas ex parte finis opposita cū liceat totaliter honores in deum et propter deū in vtilitatem publicam referre neq̄ eñ pusillanimus ideo est pusillanimus q̄ totaliter refert honorem in deum et nullo modo ppter se honorem appetit. ¶ Tertia conclusio. Cuilibet reliquoz modorum ambitionis sua opponitur pusillanimitas. Probatur ambitioni ſm q̄titatē opponiť pusillanimitas ſm q̄titatem qua scz vel non tm̄ honorē vel nōtot appetimus q̄tum vel tot recta ratio dictat nos debere appetere. Similiter ambitioni ex parte mediorum opponit pusillanimitas qua medijs veris z honestis z bonis artibus honorem prosequi nolumus et ambitioni secundū vehementiā opponiť pusillanimitas qua remissius q̄ oportet honorem appetimus cū scz volitio est tam remissa vt non possit esse regulariter principium actionis/ aut cum pro tempore pro quo debet esse imperatiua executiōis ipa non est imperatiua executionis/ aut est ita remissa q̄ aliqua parua bona nolumus exponere periculo pro honore consequendo que tamen recta ratio dictat esse periculo exponenda. ¶ Contra primā cōclusionem. Arguitur sic quilibet absq̄ vitio potest appetere id quod sibi debetur pro premio/ sed honor est premium virtutis vt vult Philosophus primo secundo z octauo ethicoz ergo appetitus honoris non est peccatum. ¶ Secundo oīs honor q̄tuscunq̄ sit est imperfectum premium virtutis/ sed tm̄ tribuimus virtuoso q̄ nō habemus aliquid maius quod sibi inferamus vt habet aris. quarto ethicorum ergo nullus virtuosus excedere potest in appetitu honoris. ¶ Tertio michi per quod homo puocatur ad bonum z reuocatur a malo est peccatū sed per appetitū honoris hō puocak ad bonū z reuocak a malo ergo nullꝰ appetitus honoris est peccatum. minor probatur per aris. quarto ethicoz dicentē q̄ fortissimi videnk esse apud quos timidi inhonorati fortes aūt honorati Et Tullius in libro de tusculanis questionibus ait q̄ honor alit artes. ¶ Ad primam respondet beatus Thomas q̄ honor non est p̄mium virtutis quo ad ipm̄ virtuosum sed beatitudo eterna sed est p̄miū virtutis ex parte honorantiū qui non habent aliud maius qō tribuant q̄ ex hoc ipso magnitudinē hz q̄ phibe testimoniū virtuti z ita nō est sufficiēs p̄miū. ¶ Hec solutio nō michi placet. Tū primo quia nō est verum q̄ cuiuslibet virtutis beatitudo eterna sit p̄mium/ sed virtutis meritorie. Actui eñ bono moraliter z nō meritorie nō debeť beatitudo eterna pro p̄mio Dico p̄terea q̄ solutio non eneruat argumenū sed corroborat. nam si honor sit premium insufficiens virtutis z nichil aliud obstet hmōi insufficiētia nō concludit q̄ appetitus eius sit inordinatus z vitiosus sed magis oppositum imo si non aliud obstet videtur ex hoc sequi q̄ q̄tuscunq̄ honor appeti potest tanq̄ p̄mium ab habēte exiguissimā virtutem

Tho. 2. 2. questio. 131 articu. 1.

Ambitiosꝰ ſm numez

Primus modus auctoris.

Secūdus modus auctoris.

Quartus modus autoris.

Argumenta thome fcōa scde q̄stionis in argumento p̄mo.

cōtra tho M

Solutio auctoris

cum hmõi exigua virtute honor maximus sit indignus. Ideo aliter respõdeo et cõcedo maiorẽ minorem et nego cõsequentiã sed tantũ potest cõcludi ex illis p̃missis q̃ quilibz põt absq; vitio honorẽ appetere quod est verũ sed tñ cũ hoc stat q̃ appetendo ipsum põt quis superhabundare et defendere modis supradictis sicut licet quilibet sine vitio possit appetere beatitudinẽ que est p̃miũ virtutis meritorie. põt tamen quis appetendo beatitudinẽ superhabundarevt si quis appeteret eã sine meritis aut ex viribus pprijs / aut aliter q̃ recta ratio dictat eam esse appetendã q̃ si ad rigorem sermonis respondendũ sit maior est falsa rebus stantibus vt stant qr homines aliqui sunt boni q̃bus debet̃ premium aliqui vero sunt mali quibus nichil p̃mij debetur quia tñ simpliciter possibile est oẽs esse bonos ideo simpliciter hec cõcedenda ee quilibet potest appetere absq; vitio id quod sibi debetur pro p̃mio. ¶ Ad secundã concedo añs et nego ꝓñam: quia licet honor q̃tuscũq; sit minus bonus q̃ virtutis p̃mium nõ tamen q̃libet honor est cuiuslibet virtutis p̃mium sed solũ illius est virtutis p̃mium cuius est signũ. exhibetur em̃ in testimoniũ excellẽtie ideo si aliquis habens vnã virtutẽ appetat honorem qui solet exhiberi in testimoniũ alterius virtutis peccat in appetendo. Et ideo s̃m Tho. peccat q̃s appetendo honorẽ cũ appetit testimoniũ illius excellentie quã non habet et circa honorẽ quo est dignus adhuc multipliciter peccare ꝓtingit sicut dictum est. ¶ Ad tertiã nego maiorẽ. Offensa em̃ dei ꝓuocat hominẽ ad implorandũ diuinã miam z tamen offensa dei est peccatũ. Dico secũdo q̃ licz appetitus moderatus honoris ꝓuocat ad bonum et reuocet a malo. non tñ appetitus inordinat⁹ honoris quia licet interdũ ad aliqua bona ꝓuocet et reuocet ab alijs malis puta a malis ex quibus potest iudicari indignus honore et ab honorib⁹ repelli simpliciter tñ ad plura mala ꝓuocat q̃ reuocat et etiã ad deteriora s̃m q̃ declarat Salust⁹ in catilina q̃ ex ambitiõe et auaricia omnia mala orta sunt. Dico tertio q̃ appetitus inordinatus honoris non ꝓuocat adverũ sed ad ostentionẽ z simulationem boni quia bona q̃ fiunt causa honoris nõ sunt vera bona sicut nec s̃m Ari. iiij. ethicoꝝ. qui fortes sunt ꝓpter honorem et p̃mia non sunt vere fortes nec reuocat a malis ꝓprie: sed tñ occultat mala / et reuocat a publicatione eoꝝ. Aliter autez de appetitu ordinato honoris. ¶ Contra secundã conclusionẽ arguitur sic. vbicũq; contingit superhabundare et medio modo se habere ibi cõtingit deficere / sed ambitionẽ ex parte finis cõtingit superhabundare z medio modo se habere. ergo in ambitione ex parte finis contingit deficere. ¶ Secũdo ille deficit ex parte finis in ambitione qui appetit honorem inordinate inordinatione finis: sed constat q̃ quis potest appetere honorẽ inordinate ex parte finis ergo potest esse aliqua pusillanimitas opposita ambitioni ex parte finis. ¶ Ad primã dico p̃mo q̃ concessus maiore et minore ꝓñs non valet: quia plus concluditur in cõclusione q̃ assumatur in maiore. In maiore em̃ assumebatur q̃ in tali cõtingebat deficere / et in cõclusione concludit q̃ in tali ex parte finis contingit deficere. ¶ Dico secũdum q̃ si in maiore sit distributio p̃ singulis generum ipsa est simpliciter falsa qr significat q̃ omnis qui potest esse superhabundans et moderatus potest esse actus deficiens et hoc est falsum qr nullus actus p̃ se bonus potest esse malus / nec vllus p̃ se superhabundans potest esse defectuosus. Si sit distributio p̃ singuloꝝ etiam falsa est quia si aliquis actus sit p̃ se bonus null⁹ actus eiusdẽ speciei erit superhabundãtia aut defectus manente p̃cepto. si sit distributio p̃ gñibus singuloꝝ cõcedo eã / sed tũc dico q̃ non oportet q̃ in actu eiusdem generis qui est defectus defectus ipse et inordinatio ꝓueniat ex parte finis: sed ꝓueniet ex aliqua alia circũstãtia. ¶ Ad secundam dico q̃ deficere ex parte finis accipitur dupliciter. Uno modo vt deficere idem est q̃ inordinate agere et sic concedo maiorẽ. Mã qui superhabundat hoc modo deficit et nego consequentiã. Alio modo accipitur deficere vt opponit̃ ad superhabundare et sic negatur maior. dico q̃ talis superhabundat et nõ deficit. ¶ Ad rationẽ ante oppositũ dico q̃ licet appetitus honoris ordinat⁹ et moderatus nõ sit peccatũ. appetitus tñ inordinatus qui dr̃ ambitio est peccatũ. Et ad ꝓbationẽ nego consequentiã quia vt dictum est in maximoꝝ appetitu bonoꝝ potest esse inordinatio vt ostẽsum est de appetitu beatitudinis.

QUerit̃ secundo. Utrũ ambitio opponatur magnanimitati q̃ excessum. ¶ Arguitur q̃ nõ: quia vni medio tantũ opponitur vnũ extremũ ex vna parte sed magnanimitati q̃ excessum opponit̃ p̃sumptio ergo nõ ambitio. ¶ In oppositũ arguit̃ auctoritate Tulij primo de officijs sicut quisq; inquit magnitudine animi excellit. Itz vult omnium solus princeps esse sed hoc ptinet ad ambitionẽ: ergo ambitio opponitur magnanimitati q̃ excessum. ¶ Notandum q̃ ambitio accipit̃ dupliciter. Uno modo generaliter p̃ superhabundanti appetitu honoris siue parui siue magni. Alio modo p̃ superhabundanti appetitu honoris magni. ¶ Tunc sit p̃ma conclusio. Non q̃libet ambitio p̃mo modo dicta opponit̃ alicui magnanimitati. ꝓbatur: quia aliqua ãbitio opponit̃ modestie: ergo non q̃libet magnanimitati opponit̃. ¶ Secunda cõclusio q̃libet ambitio secundomodo dicta magnanimitati opponit̃. ꝓbat̃: magnanimus dignificat se magnis honoribus quibus quomodo et qualiter dignus est / sed ois ambitiosus dignificat se magnis honoribus q̃bus non est dignus: vel quomodo: vel qualiter nõ est dign⁹ igitur. ¶ Tertia cõclusio. Nõ quelibz ambitio cuilibet magnanimitati opponit̃: ꝓbatur. qr nulla ambitio opponit̃ illi magnanimitate q̃ est appetitus rerum honorabiliũ graues administratione habẽtium nec opponit̃ magnanimitati q̃ est fiducia igr̃ Añs ꝓbatur cũ ordinato et moderato appetitu rerum honorabiliũ administrationẽ difficilẽ habentium stat ambitio: ergo ambitio non opponit̃ magnanimitati ad talem rectitudinem se inclinanti. Assumptum patz: qr stat q̃ aliquis appetat honores et signa excellentie plus q̃ dignus est et tamen nunq̃ inordinate appetat res honorabiles difficiles administrationes habẽtes. Aliqui aliter hoc ꝓbant impossibile est q̃ alicui eidem medio s̃m speciem opponant̃ duo vitia superhabundantie nisi vnum eoꝝ formaliter vel virtualiter includatur in alio sed ambitio et p̃sumptio sunt specie distincta tho. 2. 2. q. 131. arti. 2.

duplex distributio communis

et vnū eoꝝ non inclusum in alio nec formaliter nec virtualiť. ergo nō opponiť magnanimitati eiusdē speciei. ¶ Ad quā rationem rñdet beatus Tho. q magnanimitas ad duo respicit ad vnū q̄dem sicut ad finē intentuꝫ quod est aliquod magnū opus qđ magnanimus attentat ſm suā facultatē ⁊ q̄tū ad hoc p̄sumptio opponiť magnanimitati p excessuꝫ q̄ attentat aliquod opus magnū supra suā facultatem. ad aliud aūt respicit magnanimitas sicut ad materiā qua debite vtitur scz ad honorē et q̄tum ad hoc ambitio opponiť magnanimitati p excessū non est aūt inconueniens ſm diuersa esse plures excessus eiusdem medij. ¶ Hec Tho. lz ratio facta non sit bona tamen solutio non michi videť sufficiens nisi intellecta ad alium sensum q̄ sit ille q̄ communiter accipitur in dictis verbis. ¶ Potest eñ dupliciter intelligi q aliqua virt⁹ respiciat duo vel tria vnomodo tanq̄ obiecta p̄ncipalia ⁊ hoc modo nullus actus vel habitus vnus respicit aliqua duo sed vnus habitus respicit vnū et alius aliud: ⁊ habit⁹ et actus nō solum sunt alterius speciei/ immo etiā sub diuersis generibus subalternis cōtinenť. Alio modo aliquis habitus vel actus dicitur respicere plura: vnum tanq̄ obiectū p̄ncipale et commune: et aliud vel alia tanq̄ obiecta circunstantionali: ⁊ hoc modo concedo q idem habitus vel actus potest respicere plura: ⁊ q eidē habitui hocmodo plura respicienti possunt multa opponi ſm excessum vnum. quia fit excessus ſm vnam circunstantiam. aliud quia fit excessus ſm aliam circunstantiam: ⁊ hoc est q actus bonus integratur ex omnibus circunstantijs: ideo omnis actus est vitiosus q̄ deficit ab vna circunstantiarū ad integritatē actus boni req̄sitarū: et repugnat et opponiť illi actui bonoꝫ hoc loquendo de actu vel habitu q̄ respicit plura. vnum tanq̄ obiectum p̄ncipale et cōmune: et alia tanq̄ obiecta secūdaria et circunstantionalia ita est aūt q aliqua est magnanimitas q̄ habet rē honorabilem p̄obiecto p̄ncipali: et non hz honorē p circunstātia. aliqua est etiā q̄ habet honorē p obiecto ⁊ rem honorabilē p circunstātia sicut illa qua q̄s cupit honorē debitum dignitati suę vel nobilitati ppter deum. ergo ambitio non cuilibet magnanimitati neq̄ etiā p̄sumptio cuilibet magnanimitati opponitur. Dico tñ q eidem magnanimitati potest opponi p̄sumptio et ambitio. Mā volitioni q̄ volo me dignificare honor q dignus sum habente administrationē nō excedēte vires meas ppter vtilitatem publicā opponiť ambitio quo volo huiusmodi honorem ppter se et administrationē ipsam ppter honorez: et eidem opponitur p̄sumptio qua volo honorē quo nō sum dignus. Ex quo patz q ratio illa non bene concludit. licet solutio Tho. non eam sufficienter euacuet. Et ideo potest poni quarta cōclusio q eadem magnanimitate opponi possunt ambitio et p̄sumptio. ¶ Patet ex dictis.

¶ Quinta conclusio. Ambitio opponiť magnanimitati p excessum: ꝓbatur. oīs habitus inclinans ad appetitum honoris supabundātius q̄ oportz opponiť magnanimitati p excessuꝫ: sed omnis ambitio inclinat ad appetitū honoris supabundantius q̄ oportet: quia aut ad maiorē q̄ oportz aut ppter alium finem q̄ oportet: aut quomō non opz vt inductiue ꝓbari posset. igiť. ¶ Contra secundā conclusionem arguiť sic. Magnanimitas est circa honores: sed ābitio est circa dignitates: ergo ambitio nō opponitur magnanimitati. minor ꝓbatur q illud scđi Machabe. quarto q Jason ambiebat summum sacerdotium. ¶ Secundo ambitio est circa exteriorē apparatū. sed magnanimitas non est circa exteriorē apparatū. ergo magnanimitati non opponiť ambitio. añs ꝓbatur p illud quod habetur Actu. xxv. q agripa ⁊ bernice cum maxima ambitione introierunt p̄torium. Et. 2. paralip. xv. dicitur q sup corpus asa mortuum combuscerunt aromata et vnguenta ābitione nimia. ¶ Ad p̄mā cōcessis p̄missis negatur cōsequētia. ex puris eñ affirmatiuis infertur conclusio negatiua qđ nullo modo fieri potest nisi in qualibet parte antecedentis intelligatur vna negatio vt si argueretur sic. Magnanimitas est circa honores et non circa dignitates ⁊ non circa honores. quomodo intelligēdo constat q vterq̄ pars antecedentis erit falsa. Dictum est eñ p̄us q magnanimitas est circa res honorabiles et posite sunt tbi diuerse species rerū honorabilium et quia dignitates sunt res honorabiles habentes tā honorem annexū q̄ etiam difficilem administrationem: ideo aliquis appetit⁹ dignitatum potest pertinere ad magnanimitatē/ puta si appetantur dignitates neq̄ ratione honoris/ neq̄ ratione administrationis nullo modo facultatem nostrā excedētes: vt quando et gr̄a cuius opz aliquis etiā potest ptinere ad p̄sumptionem: vt si appeterenť dignitates ppter vsum dignitatis facultatem appetentis excedentem. Si aūt appetatur dignitas ratiōe honoris annexi tū ptinebit appetitus ille ad ambitionē. Et in hoc cōcordamus cū beato Thoma ita dicente q illis q̄ sunt in dignitate constituti ppter q̄dā excellentiā honor debetur. Et ſm hoc inordinatus appetitus dignitatuꝫ ptinet ad ambitionem. Si q̄s ante inordinate appetere dignitatem non ratione honoris sed ppter debitum dignitatis vsum suā facultatem excedentem non esset ambitiosus sed magis p̄sumptuosus ¶ Ad secundam distinguo antecedēs vel q sit ambitio circa exteriorem apparatū ſm q apparatus et sic ego nego: vel ſm q signum honoris ⁊ sic ego concedo. ambitiosus eñ vtitur exteriore apparatu: vt p hoc maior honor sibi exhibeatur: quia eñ non sufficienter comparat sibi virtutibus et disciplinis tantum honorem q̄tum appetit nitiť ipsum comparare rebus extrinsecis et que apud vulgus non apud sapientes honorabiles habentur. Et ad minorem dico q magnanimitas est etiam circa exteriorem cultum tanq̄ circa signum honoris: vbi oportet et quando/ et quomodo oportet: ⁊ hoc vel volēdo vel nolendo appetēdo vel contēpnendo ſm q recta ratio iudicat aliter ⁊ aliter ppter diuersitatē circunstātiarū. ¶ Cōtra tertiā conclusionem arguiť sic. oīs suphabūdātia circa honores cuilz moderato appetitui honoꝝ opponiť: sed ambitio est suphabundantia circa honores ⁊ oīs magnanimus est moderatus appetitus circa honores. ergo cuilz magnanimitati ābitio opponiť. Scđo alicui eidē magnanimitati opponunť ābitio ⁊ p̄sumptio ergo cuilibet magnanimitati opponūtur ambitio et p̄sumptio. ergo vlr cuilibet magnanimitati opponuntur ambitio ⁊ p̄sumptio. p̄ma ꝑña. ꝓbať. q nō est maior rō de vna q̄ de ea. et scđa ꝓbať q nulla ē magnanitas cui nō opponiť p̄sūptio vel ābitio

contra tho.

arg. tho. 2. 2 q. 131. ar. 1

Appetitus honoris multa appetere pōt

tho. vbi supra in solutione ad scđm

arg. tho. vbi supra ar. 2

tertio ꝓsumptio et ambitio non differunt spē: ergo cuicūq; magnanimitati opponit ꝓsumptio: eidem opponit ambitio et econtra. añs ꝓbatur quia idē actus est ꝓsumptio et ābitio vt ptz de actu quo q̄s cupit dignitatē cuius a dministrationi non sufficit et cuius honore nō est dignus ptinet ꝓpter debitū vsum dignitatis ptinet honorem annexū talis eīm actus simul est ꝓsumptio et ābitio vt cōstat ex diffinitionibus ambitionis et ꝓsumptionis. igitur.

¶ Secunda conclusio. Aliqua inanis gloria opponitur modestie ꝛ nõ magnanimitati. ꝓbatur aliqua inanis gloria est appetitus inordinatus parue glorie vt cũ quis appetit q; estimetur industriosus in aliquo ludo aut liberalis aut mediocris artifex lignarius aut mediocris cantor in quibus nõ potest esse magna gloria nec magna dignificatio. ¶ Tertia cõclusio. Inanis gloria repugnat magnanimitati primi generis ꝛ nõ secũdi. q̃ hmõi autẽ sunt genera dictum est cũ magnanimitate agebatur. ꝓbatur q; magnanimitati primi generis cõuenit contẽptus rerum caducarũ b externarũ ergo eidem magnanimitati repugnat huiusmodi res ita appciari vt de eis quis gloriã magnã querat. Similiter repugnat magnanimo q; de eis q̃ nõ sunt glorietur. Nam sm Arist. in quarto magnanimus magis curat veritatem q̃s opinionem. Simililiter repugnat magnanimo q; glorietur in testimonio laudis hoim in re in qua sunt incerti iudicij q; in his magis viget opinio q̃s veritas. Et si dicas q; sm Aristo. 4. ethicorum non est magnanimo cura vt laudet: ergo omnis gloria que tribuitur magnanimo ex testimonio hominum est reputãda inanis cuius oppositum dictum est supra. ¶ Ad hoc respondetur negando primã ꝓnam. Nam sm Aristo. secundo rhetorice gloria est maius bonũ q̃s honor cum ideo delectet honor q; ille cui tribuitur estimat per hoc qõ creditur bonus et benefactiuus a hijs qui tribuitur et ita gloria prestituitur rationabiliter ab homine tanq; finis honoris: laus autem et si sit signũ etiam glorie/ est tamen signum magis caducum et transitorium quia laus in proposito nõ est nisi laudatiua oratio que cito transit. similiter est signum glorie magis ficticium et mendax quia multi homines ore frequenter laudant quod mente vilipendunt: sed graues administrationes et honores permanentes sunt magis veracia signa glorie et magis ꝑmanentia. Et ideo ista cõsequentia nõ valet. Iste non curat de laude hominum/ ergo non curat de gloria ex hominũ testimonio q; homines habẽt multa alia signa glorie certiora et permanentiora. Hoc dixi ꝓpter opinionem Tho. qui in hoc articulo secundo de inani gloria videtur ex intentione

Obiectio. D

Laus: gloria differũt

probare q̄ omnis gloria est inanis quam quis per testimonia hominum querit/ quod etiam dixisse videtur primo articulo cuius tamen etiam dixisse visus sit oppositum in his verbis. Similiter autē nō est peccatū q̄ aliquis velit bona sua approbari ab alijs. Dicitur enim Mat.v. luceat lux vestra coram hominibus/ ex quibus verbis patet q̄ non ois gloria quesita ex testimonio hominum est peccatum/ ergo non omnis est inanis/ cōsequentia tenet quia fm Tho. ois inanis gloria est peccatū. ¶ Quarta conclusio inanis gloria opponitur magnanimitati fm excessum non solum fm estimationem. sed etiam fm veritatem patur quia cupidus inanis glorie ex aliquib⁹ bonis etiā dignis magna gloria cupit maiorem gloriam cū dignum sit et ex his que nō sunt digna gloriam querit/ magnanimus autē ex postremis non quereret gloriam et exprimis nō tantam gloriam quereret ergo inanis gloria secūdum rei veritatem opponitur magnanimitati fm excessum. ¶ Ad hanc rationem possunt adduci rationes supra de presumptione posite. Contra primam cōclusionem. Arguitur sic gloriari in his que nō sunt ptinet ad falsitatem gloriari in rebus terrenis et caducis pertinet ad cupiditatē/ z gloriari in testimonio hominum quorum iudiciū est incertum pertinet ad imprudentiā ergo inanis gloria non opponitur magnanimitati. Secundo glosa super illud Phil.ij. nichil per contentionem aut inanem gloriam(dicit)erāt autem aliqui inter eos dissentientes inquieti inanis glorie causa contendentes sed constat q̄ contentio non opponit magnanimitati igitur nec inanis gloria. ¶ Tertio vitia opposita magnanimitati sūt circa magnos honores et magnā gloriam: sed ois gloria inanis est parua z caduca ergo inanis gloria non opponitur magnanimitati. maior patur q̄ magnanimitas est tantum circa magnos honores. ¶ Ad primam nego cōsequentiam sicut em̄ quedā virtutes ad executionem sui actus alias coexigunt ita z vitiorum quedā coexigunt alia et tamen non ppter hoc hec virtus est illa aut hoc vitū illud. Pro declaratione huius solutionis aduerte q̄ appetere gloriam de his q̄ nō sunt/ est actus interior/ z gloriari de his que nō sunt est actus exterior q̄ fit aut verbis cum quis de se dicit aut procurat dici bona que non sunt factis cum quis ea facit que vt plurimum signa sunt aliquorum bonorū inexistentium q̄ tamen de facto non sibi insunt. Dico ergo q̄ velle ista dicere vel facere est velle mentiri dicere vel facere ista mentiri z nō est dubiū q̄ iste operationes repugnant veritati appetere autem gloriā p ista non est mentiri formaliter nec velle mētiri formaliter sed per equiualentiā q̄ ille actus simplex equialet duob⁹ actibus quorū vnus est appetitus glorie. alius est velle mentiri vt habeat glia. Dico vltra q̄ sicut non est inconueniens q̄ idem actus exterior pertineat ad duas virtutes ita nec est inconueniens q̄ idem actus exterior malus ptineat ad duo vitia. Et sicut nō est incōueniens q̄ idē actus exterior ptineat ad duas virtutes ad vnam formaliter z ad aliam per equiualentia/ ita nec de vitijs sed sicut est incōueniens q̄ idem actus interior ptineat ad plures virtutes per se et formaliter ita similiter de actu interiori inuitioso cōtingit. vtrum autem actus appetendi gloriam p mendacia pertineat ad vitia opposita magnanimitati vel veritati dicetur post. ¶ Ad secundam partem eiusdem argumenti nego eam nō enim cupiditatis est gloriari in rebus terrenis sed magis auaritie. Nego etiam tertiam partem vitium enim imprudētie est vitiū intellectiue partis sicut prudentia est intellectiue partis virtus hmōi autem gloriari nō est vitium partis intellectiue sed affectiue. ¶ Ad secundam respondetur q̄ contentio non est idem q̄ inanis gloria: sed est effectus cupiditatis glorie/ quia em̄ quis cupit gloriam inaniter ideo contentiosus redditur vt contēpnendo vincat aut appareat habere in se bona digna Ad autē dicit philosophus q̄ magnanimus nō est contentiosus non dicitur q̄ contentio est obiectū immediatum magnanimitatis sz quia magnanimo sua magnanimitas aufert causam contentionis eo q̄ p magnanimitatē suam nichil estimat magnum et inde est q̄ non contēdit. ¶ Ad tertiam concedo maiorem. Et ad minorem dico q̄ aliqua gloria dicit inanis dupliciter. Uno modo quia inaniter appetita z concupita z sic cōcedo. Secundo modo quia appetitur secundum exilem gradum et sic nego verbi gratia viro multum iusto debetur gloria vt decem est aliquis simulator iusticie qui appetit gloriam vt duodecim et de facto appetit reputari iustior q̄ reputet illevere iustus gloria quam appetit iste est magna hoc est appetit gloriam fm magnum z excellentē gradum et tamē gloria sua est inanis id est infructuosa inutilis z in inutiliter appetita. ¶ Contra omnis gloria vera secundum q̄ tumcunq; paruū gradum eius est simpliciter maior q̄ falsa gloria secūdum q̄ tuncunq; magnum gradum eius: sed inaniter appetens gloriam non appetet nisi falsam gloriam. alius autem veram gloriam appetit igitur. ¶ Ad hanc rationem dico q̄ gloria accipitur dupliciter. Uno modo absolute et tunc gloria non est aliud q̄ estimatio laudabilis de aliquo que dicitur maior. alia gloria aut ex parte obiecti cum habet estimatio de maiori bono aut de pluribus bonis/ aut ex parte subiecti cum plures aut sapientiores aut magis in tali reperiti estimationem huiusmodi de illo habent et tunc gloria vera est estimatio vera/ et gloria falsa est estimatio falsa cum scilicet aliquis estimatur habere aliqua bona que non habet. Et hoc mō acceptio nomine glorie nego antecedens imo aliquando gloria falsa est maior q̄ vera. Secundomō accipit gloria connotatiue et tunc gloria significat hmōi estimationem et cōnotat q̄ illa bona que estimant inesse insunt. Et hoc modo accepisse videntur gloriā qui eam diffiniunt per noticiam quia nulla estimatio est noticia nisi vera/ et gloria hoc modo dicit maior et minor dupliciter/ scz tam ex parte obiecti q̄ ex parte subiecti. Sed gloria vera eū gloria q̄ videtur esse gloria et est et gloria falsa est estimatio que apparet esse gloria et nō est gloria. Et hoc mō accipiendo gloriā cōcedo antecedens q̄ gloria falsa non est gloria. Primomō autem gloria falsa est vere gloria licet nō sit vera gloria sicut dialetici cōcedūt q̄ ppositio falsa vere est propositio quia sibi cōuenit perfecta ratio propositionis et tamen non est ppositio vera sillogismus autem falsus non est vere sillogismus nec verus sillogismus quia non sibi cōuenit p fectā diffinitio silliogismi q̄ sillogismus

r.iij.

Tho.2.2. questi. 132. articulo.3.

Arg.tho. vbi supra arti.2.

Contēptio et inanis gloria differunt.

Acceptiones glorie.

Ambrosij.

Dicit vera gloria z vana gloria.

non solū significat duas aut tres ꝓpōnes sed cōno
tat q̄ sic ordinate sintq̄ tertia ex necessitate sequa
tur ex duabus p̄mis. ¶Hoc eodēmō capitēdo gloriā
primomō falsa gloria est vere gloria q̄ ꝓfecta ra-
tio glorie cōuenit false glorie: et tamen nō est vera
gloria q̄ gloria siue estimatio laudabilis est signū
rei de qua habetur estimatio et vera gloria est vex
signū cū ergo falsa gloria nō sit verum signū ideo
falsa gloria nō est vera gloria. Exemplū huius est
J aliquis est vere homo qui tñ est falsus homo. i. fm
q̄ mendacē z dolosum falsum dicimus. ¶Ratio oīm
istorum q̄ in omnibus istis vere ꝓpositio/ vere glo
ria/ vere homo/ li verum significat veritatez entis
importati p p̄dicatū cōuenire rei importate p sub
iectum. sed in istis vera ꝓpositio vera gloria verus
homo/ li verū sig̃t veritatē enūtiationis z cōuenire
rebus importatis p subiecta. differenter tñ in duo
bus primis et in postremo/ quia in postremo sig ni-
ficat huiusmodi veritatē adiacere homini tanquā
enuncianti z dicēti/ in duobus p̄mis tanq̄ signis.
Aduerte p̄terea q̄ gloria primo modo z gloria se-
cundomō scilicet connotatiue accepta differunt q̄
gloria primomō significat bonum extremum tan-
tum q̄ significat tantam illam estimationem que
sine aliquid intrinsecū sibi respondeat siue nō ipsa
semper dicitur gloria. Sed accipiendo gloriā con
notatiue/ tunc ipsa partim est bonum externum et
partim bonum intra eum/ externum quidem q̄ est
res extra eum cuius est ipsa: sed tamen partim est
bonum intraneum quia ipsa estimatio ad hoc q̄ sit
gloria dependet ex bonis intraneis itaq̄ si nō assint
hmōi bona eomodo quo estimantur adesse ipsa nō
est gloria, si assit ipsa est gloria z hoc est ꝓpter cō-
notationem nominis. aliquando tamen accipitur
gloria pro bonis ipsis laudabilibus z tunc connota-
tat q̄ de eis habeatur clara noticia vel estimatio.
Bernar. hocmō accepisse videtur honorē Bernardus cum
ait. honor verus virt⁹ est animi/ z Crisosto. vbi oī
dit q̄ nemo leditur nisi a seipso/ honor inquit neq̄
a cesaribus prestatur/ neq̄ adulatione acquiritur/
neq̄ pecunia comparatur/ nichil ficti habet/ nichil
occulti/ huius honoris nullus est accusator nullus
ingratus/ hic honor tēporibus nō mutatur neq̄ ti-
Tho. vbi rannos patitur nec picturam tabule metuit aliqñ
sup. ar. 2. delendam. ¶Contra secundam cōclusionē Argui
tur sic rationibus Thome. Omnis gloria est effe-
ctus honoris: ergo ois inordinatus appetitus glo
Cicero. rie opponit magnanimitati. ¶Secundo arguitur
auctoritate Tullij p̄mo de officijs dicentis. Cauē
da est cupiditas glorie erigit em̄ animi libertatem
p qua magnanimis viris ois debet esse cōtempto.
¶Ad primam iam responsum est negando con se-
quentiā q̄ non oportet q̄ causa et effectus ad ean
dem virtutē pertineāt nec ad idem vitium. Aliter
etiam respondet negando cōsequentiam quia non
ois honor ptinet ad magnanimitatē sed tm̄ honor
magnus ideo etiā nec ois gloria ad magnanimita
tem ptinet sed tm̄ gloria mahna. ¶Ad secundā di
co primo q̄ Tulli. ibi loquit de cupiditate magne
glorie vt satis patz ex textu. Dico scdo q̄ sicut ma
gnanimitas inclinat in aliquos actus imediate in
alios mediāte actu suo elicito ita etiā magnanimi
duplex op- tati aliqua vitia opponunt dupliciter vnomō ime-
positio ac- diate aliomō mediate q̄. f. sunt impeditiua actuū
tuum. ipsius magnanimitatis sicut iustitia impedit ma
gnanimitatem ab elicitione sui propij actus z hoc
secundomodo concedo q̄ cupiditas glorie oppo-
nitur magnanimitati sed nō primomō/ constat au-
tem q̄ loquimur oppositione primo mō/ legenti em̄
textum Tullij in eodem loco cōstat q̄ ipse enume-
ratur multa que cauenda sunt magnanimo que ta
men non opponitur immediate magnanimitati ar
rogantiam inter cauēda et humilitatem inter am
plectenda et tamen secundum Thomam nec humi
litas continetur sub magnanimitate nec arrogan
tia magnanimitati opponitur. ¶Contra primam
partem quarte cōclusiōis arguitur sic. Inani glo-
rie nichil est oppositum secundum defectum ergo/
nec inanis gloria opponitur magnanimitati secun
dum excessum/ consequentia tenet q̄ omne vitiuz
oppositum virtuti fm excessum habet aliud vitiuz
et sibi et etiam eidem virtuti oppositum fm defe- cōtra tho,
ctum vt caymotes habet pusillanimitatem ¶Con vbi supra,
tra secūdam partem arguitur rationibus Thome
cupidus glorie gloriatur in his que magnanimus
parua estimat ergo fm veritatem cupidus glorie
deficit a magnanimo. Antecedens patet cupidus
glorie gloriā quā appetit reputat magnā z eam ma
gnanimus paruam estimat. ¶Secundo illa que
appetit magnanimus sunt maiora q̄ que appetit
inanis glorie cupidus ergo inanis glorie cupidus
deficit secundum veritatem a magnanimo. antece
dens ꝓbatur. Tum p̄mo quia magnanimus appe-
tit virtutes q̄ sunt maiora bona q̄ gloria. Tum q̄
magnanimus appetit veram gloriam q̄ est maius
bonum q̄ gloria falsa. Ad p̄mam nego antecedēs
et dico q̄ inani glorie opponitur non appetere glo-
riam quādo et vbi z quomō appetenda est Et si di-
cas q̄ defectus in appetitu inanis glorie nō est vi-
tium dico q̄ inanis glorie appetitus habet inuolu-
tum in suo nomine vitium ideo defectus eius z me
diocritas nō est sumenda sub nomine huiusmodi vi
tium inuoluente sed sub nomine importante rem si
ne eadem inuolutione sicut defectus oppositus p-
digalitatis non est defectus prodigalitatis sed est
defectus dationis pecunie vbi quando et quomo-
oportet qui defectus significatur p hoc nomen illi-
beralitas. ¶Ad primā contra secundā partem cō
cedo antecedens z nego cōsequentiam z dico q̄ vitiū in ex
cessu fm veritatem nō attenditur in hoc q̄ illud qđ
appetitur a vitioso est fm veritatem maius qui il-
lud quod appetitur a virtuoso virtute opposita il-
li vitio sed attenditur in hoc quod ipse vitiosus se
cundū inclinationē sui vitij appetens appetit ali-
quid maius q̄ appeteret si ceteris paribus appete
ret fm inclinationē virtutis oppositę verbi gratia
iste cupidus inanis glorie appetit gloriaz vt sed et
magnanimus vt duodecim z licet duodecim excē-
dant sex tñ iste vitiosus fm veritatem se hz in ex-
cessu respectu magnanimi nō q̄ illud qđ appetit sit
maius: sed q̄ si appeteret fm inclinationē magna
nimitatis et cetera in eo essent paria nō appeteret
tantū gloriā. Et ad ꝓbationem cōcedo assumptū
z nego consequentiā. ¶Ad secundā cōcedo añs z
nego cōsequentiam ꝓpter causam dictā in p̄cedendi solu-
tione q̄tūcunq̄ em̄ falsa gloria sit minus bonū q̄
vera gloria si tñ cupidus inanis glorie appeteret
fm inclinationem magnanimitatis z̄. in eo essent
paria non appeteret falsam gloriā aut nō tantum
de gloria appeteret q̄tum de facto appetit.

Queritur quarto Utrū omnis inanis glia sit peccatum mortale? Arguitur q sic. quia inanis gloria mercedē eternaz excludit. ergo inanis glia est peccatū mortale. añs pbatur p illud Mathei. vi. Attendite ne iusticiā vestram faciatis coram hominibus: vt videamini ab eis. ¶ In oppm arguitur aucto. Crisō. sup Math. dicentis q cum cetera vitia locum habeant in seruis dyaboli inanis glia locum habet etiā in seruis xpi: sed in seruis xpi nullū est peccatū mortale. igit non omnis inanis gloria est peccatum mortale. ¶ Ad hanc q̄stionem respondet beatus Tho. sub aliquibus pposi-
Tho. 2. 2. q 132. arti. 3. 2 tionibus. Prima est inanis glia q̄ cōtrariatur caritati est peccatum mortale: q̄ autem non contrariatur caritati nō est peccatum mortale istā supponit beatus Tho. Secunda ppositio inanis gloria non cōtrariatur caritati ꝯtum ad dilectionē pximi. Hanc etiā supponit beatus Tho. Tertia inanis glia qua q̄s de falso gloriatur cōtrariatur caritati ꝯtum ad dilectionem dei. pbatur quia cōtrariatur diuine reuerentie. ꝟm illud Eze. xxviii. Eleuatum est cor meum et dixisti deus ego sum. 4 Quarta pposītio inanis glia qua quis ita de aliquo bono gliatur tanꝯ nō acceperit cōtrariat caritati. pbat quia etiā cōtrariatur diuine reuerētie. ꝟm illud Corinth. iii. q̄ habes quod nō accepisti: quid gloriaris qua si nō acceperis. 5 Quinta pposītio. inanis glia qua q̄s bonum tēporale de quo gloriatur p̄fert deo cōtrariatur caritati. pbatur p illud Jere. ix. non glorietur sapiens in sapiētia sua/ nec fortis in fortitudine/ nec dives in diuitiis suis. sed in hoc glorietur qui gloriatur scire et nosce me. Sexta pposītio. inanis glia qua q̄s p̄fert testimonium hominū testimonio dei cōtrariat caritati. pbat p illum quod cōtra quosdam Joh. xii. dicit. q̄ dilexerunt magis gloriā hominū ꝯ dei. 7 Septima pposītio. inanis gloria qua glorians refert intentionem suā ad gloriā tanꝯ ad vltimū finez ad quē ordinat opera sua virtuosa: et p illa cōsequēda. nā p̄termittit facere ea etiaz q̄ sunt cōtra deū est peccatum mortale. pbat p Augu. v. de ciuitate dei dicentem. q hoc vitiū scz amor humane laudis tam inimicū est pie fidei si maior sit in corde cupiditas glorie ꝯ dei timor vt dīs diceret Johā. v. quomodo potestis credere gliam ab inuicem expectantes et gloriam q̄ a solo deo est nō q̄rentes. Augusti. Octaua pposītio. si amor humane glie ꝯuis sit inanis nō repugnat caritati neq ꝯtuz ad id de quo est glia: neq ꝯtum ad intentionē gloriam q̄rentis nō est peccatum mortale sed venziale. nō omnes iste pposītiones michi videnť vere. ¶ Et ideo sit ꝓma conclusio. Inanis glia interdum cōtrariatur caritati ꝯtum ad dilectionem pximi. pbatur omnis inanis glia qua ita nobis appetimus gliam: vt gloriā qua dignus est pximus sibi subtrahamus. cōtrariať caritati ꝯtuz ad dilectionē pximi. sed aliqua est inanis gloria qua ita nobis gliam cupimus: vt gliam pximo debitam subtrahamus igiť. minor pbatur multis exemplis. nam cōtingit frequenter q aliq̄ magnū opus a duobus factum est: et tū q vnus totam gliam huius rei sibi tribuat. In quo casu constat q iste q̄ gloriam totā sibi tribuit ledit pximuz et malus affert sibi detrimentum ꝯ si p̄uaret eum veste vel pecunia. Alius casus est vt si sit aliquod egregiuz opus sup euangelia ab aliquo magno doctore cōpositum: z alius furtim sublato ope tanꝯ suum publicet et gliam/ z titulum opis sui tribuat cōstat q grauiter offendit pximum et facit opus cōtrarium inclinationi caritatis in dilectionē pximi. Cōfirmať quia ꝟm Thom. illa inanis glia qua quis p̄uat deum gloria totā gloriam sibi tribuēdo cōtrariatur caritati ꝯtum ad dilectionē dei ergo etiam illa inanis gloria cōtrariatur caritati ꝯtuz ad dilectionem pximi qua q̄s frustrat et p̄uat pximum glia sibi debita. ¶ Secunda cōclusio nō ois inanis glia qua q̄s de falso gloriatur cōtrariať caritati ꝯtum ad dilectionem dei. pbatur ista cōclusio in omni iactantia qua q̄s fingit de se bona non inexistentia gloria causa est inanis gloria qua q̄s de falso gloriať. inanis q̄dem gloria quia fingit talia sibi inesse glorie causa. de falso autez gloriatur quia fingit z simulat glorie causa ea bona sibi ineē q̄ non insunt/ sed aliqua iactātia est qua q̄s fingit de se bona nō inexistentia aut maiora ꝯ insint glorie causa igitur. aliqua inanis glia qua q̄s de falso gloriatur nō est cōtraria caritati ꝯtum ad dilectionem dei. minor pbatur q Ari. iiii. ethico. ca. de veritate dicētem. maiora aūt existentibus fingens nullius gratia p̄uo quidem assimulatur. ꝛc. z ista tim post si autem gratia alicuius q̄ quidem glorie vel honoris nō valde vituperabilis vt iactator: vel vt habet alia translatio vt ostentator. Ex quo sic arguitur. omnis peccās mortaliter et similiter ois actus contrarius caritati est multū vituperabilis sed talis iactator nō est multum vituperabilis nec actus eius igitur talis non peccat mortaliter nec habet actum cōtrarium caritati. Cōfirmatur auctoritate Eustra. dicentis q tam ille ꝯ nulli⁹ gratia ꝯ qui gratia gloria aut honoris ꝯ qui gratia lucri iactatores sunt et ꝓprie ꝑmus vltimus autez aliquid habz iniusticie. ergo scōm eum scōus nihil iniusticie habet. ergo actus suus nō cōtrariatur diuine reuerentie. ¶ Tertia cōclusio. nō omnis inanis gloria qua quis in bono creato quod habz gloriatur est peccatum mortale. pbatur quia sicut dictum est in p̄cedenti. Non omnis inanis glia qua q̄s gloriatur in bono quod nō habet est peccatum mortale. ergo multominus inanis glia qua q̄s gloriatur in bono tēporali quod habet. Secūdo potest quis gloriari in bono quod hz etiam inaniter: puta iactando aut ostentando: et tū nec deum nec pximuz mortaliter offendere: vt puta si ardentius p̄curet sibi gloriā de his bonis ꝯ debeat/ aut si nō loco aut tēpe. aut imp̄ortunus hoc fecerit ꝯ oportz igitur. Tertio potest quis sine peccato gloriari in bonis tēporalibus vt in sapientia et fortitudine et tali bono actu potest addi circunstantia tantū venialis puta aut bono fini miscendo maluz finem venialiter: aut ꝓpter circunstantiam feruoris: aut loci: aut tēporis. ergo aliqua inanis gloria qua q̄s de bonis tēporalibus gliatur est peccatū veniale. Et si dicatur q beatus Tho. nō negat hoc/ sed addit qua quis bonū tēporale de quo gliatur p̄fert deo. respōdeo q auctoritates p eum adducte nichil penitus dicunt de hoc addito. Item aliquid dicitur p̄ferri deo ab aliquo dupliciter. Uno modo cum cōditio reruz est talis vt vel deus vel illud deseruendum sit p tēpe p quo ipse tenetur deū nō dese-

Aristoteles

Eustratij

D

rere et tamen hoc nondbstãte ipe adhereret rei tẽ porali ⁊ tunc certũ est q̃ p hoc facit peccant mortaliter. Tertio modo aliqs dicitur p̃ferre. ꝛc. quia de facto amat et diligit actualiter rem illã tp̃alem et nõ diligit actualiter deum ⁊ tunc dico q̃ ista p̃latio rei tp̃alis deo non semp est peccatum mortale.

¶ Quarta cõclusio. non ois inanis gloria qua qs p̃fert testimoniũ hominũ testimonio dei est peccatum mortale ꝓbatur. omni appetitu glorie inanis p̃fert qs testimoniũ hominũ testimonio dei: sed ꝛ3 Tho. non ois appetitus inanis glie est peccatũ mortale. ergo nõ omnis inanis glia qua qs. ꝛc. maior ꝓbatur quia stat de gloria inani non q̃ritur testimoniũ apud deũ. ergo q̃ritur tantũ testimoniuꝫ apud homines ois em̃ inanis glorie cupidus magis vult laudari apud homines q̃ apud deum. Si apud deũ laudari vellet tunc non esset cupidus inanis glorie: sed vere ⁊ solide verũtamen aliqs dicit p̃ferre testimoniũ hominũ testimonio dei tripliciter/ vno modo quia p tp̃e p quo potest ꝓcurare sibi testimonium hominum. Et hoc modo cõstat q̃ p̃ferre testimoniũ hominuꝫ testimonio dei nõ est peccatũ mortale. Secũdo qz p tempore p quo tenetur sub pena peccati mortalis ꝓcurare testimonium dei hoc est facere bonum actum ⁊ laudabile ꝓcurat sibi testimoniũ hominũ et non dei faciendo sc̃z actũ hominibus apparentẽ bonum q̃ tamen nõ est bonus ⁊ hoc modo est pctm̃ mortale quia omittit facere actũ ad quã tenetur. tertio modo contingit quia vtroq; simul ꝓposito talis iudicat testimoniũ hominũ esse melꝰ testimonio dei sicut forte cõtingit in habente habitum vane glorie s̃m gradũ intẽperantie. Et hoc videtur peccatũ mortale. Quarto quia talis iudicat illud esse sibi vel delectabilius/ vel facilius et hoc modo nõ est peccatũ mortale. ¶ Quinta cõclusio. Ois inanis gloria qua qs tã ardenter affectat gloriam vt p ea cõsequenda ꝓmptus sit facere cõtra p̃cepta diuina est pctm̃ mortale. ꝓbatur hec cõclusio ꝓbatione thome septima ꝓpõne posita. Tũ secundo qz talis inanis glia repugnat caritati. ergo est peccatum mortale. ¶ Sexta cõclusio. Omnis vana gloria qua qs de nequitia mortali gloriatur et se iactat est peccatũ mortale/ ꝓbatur omnis delectatio morosa in peccato mortali est peccatũ mortale. sed ois vana gloria qua qs. ꝛc. est delectatio morosa in peccato mortali igit̃. ꝓbatur sc̃o auc. greg. libro septimo moralitũ dicentis. omni culpa grauius est de cõmisso vicio superbie. Nam q̃uis de virtute nasci elatio soleat: nonnunq̃ tamen stulta mens de ꝓpetrata malia se exaltat. vbi licet loq̃t̃ de supbire tamẽ ratio etiã cõcludit de gliari/ ꝓbatur tertio auctoritate bernardi sup cantica. s̃mone. xvi. dicentis. nõnunq̃ audiuimus quosdam religiosis remisci ⁊ iactare impudentissime mala sua ꝓterita q̃ verbi gratia vel fortiter gladiatorie vel actiue litteratorie gesserunt q̃ est sc̃o mũdi vanitatem fauorabile sc̃m anime salutẽ nociuũ ⁊ secularis animi indiciũ. Et paulo post nõnulli talia q̃si dolendo ⁊ pentendo rememorant. sed gliam intentionem captantes cõmissa sua nõ diluunt: sed seipsos illudunt.

¶ Cõtra ꝑmam cõclusionem Arguit sic. Inanis glorie appetitus est tantũ respectu sui et non respectu ꝓximi. ergo nulla inanis glia contrariatur caritati q̃tum ad dilectionem ꝓximi.

Ad hanc rationem respondet q̃ sicut dictũ est per inordinatum appetitum glie aliquãdo leditur ꝓximus in hoc q̃ ꝓximo subtrahitur gloria sibi debita: et licz huiusmodi appetitus nõ sit respectu ꝓximi tã q̃ respectu eius cui desideratur gloria ẽ tamẽ respectu ꝓximi tã respectu eius cui gloria subtrahitur et qui gliam inaniter appetendo leditur.

¶ Contra secũdã cõclusionẽ arguitur sic. Omnis actus quo qs falso gloriat contrariatur diuine reuerentie. ergo omnis talis cõtrariatur caritati. q̃ est peccatũ mortale. Secũdo omne mendatiũ ꝓmitiosum est peccatuꝫ mortale: sed q̃ de falso gliatur ꝓmitiose mentitur. igitur minor ꝓbatur quia tali nec ociose nec officiose mentit̃ ergo perniciose

¶ Ad ꝑmam nego matorẽ: et si ꝓbes per illud eze chie. eleuatuꝫ est cor meũ. ꝛc. dico q̃ omnis qui ita eleuatur vt dicat se esse deum peccat mortaliter qz blasphemando irrogat irreuerentiaꝫ deo: sed dico non omnis q̃ de falso gloriatur se esse deũ dicit imo plurimi tales dicentẽ se esse deum detestantur. Ad secundã cõcedo maiorem et nego minorem. Et ad ꝓbationeꝫ dico q̃ talis mẽtitur officiose: qz ꝓpter argumẽtum glie sue ⁊ nõ perniciose quia nec deuꝫ ita mentiendo ledit nec ꝓximũ. Si quis esset iactaret se causa lucri talis iactantia s̃m Ari. esset multo deterior q̃ si se iactaret causa glorie vel honoris: et tamẽ s̃m thomã questio. c. xii. aliquis potest iactare se causa lucri ⁊ non peccare mortal̃: vt puta si intẽdat lucrũ et ꝓcuret sine detrimẽto ꝓximi ita etiã cum aliqs cupit gliam de hois q̃ non habꝫ et nõ affert detrimentum de ꝓximo nec alia circũstãtia mortalis addit̃ talis nec peccat mortaliter nec mentit̃ pniciose sed officiose. Est tñ multiplex mẽdaciũ officiosum sicut alibi dicet̃. ¶ Cõtra tertiam cõclusionẽ. Arguit̃ sic. Quicũq; p̃fert bonũ creatũ deo peccat mortaliter: sed quicũq; gloriat̃ inaniter in bono creato p̃fert bonuꝫ creatũ deo. q̃ ois talis talis peccat mortaliter. ¶ Sc̃o nullum bonũ creatũ a nobis habemus: ergo de nullo bono creato gliari debemus. ¶ Tertio cũ quis gloriat̃ de bono creato/ aut tota gloriã sibi tribuit. et tunc peccat mortaliter aut nõ: ⁊ tunc nõ gloriat̃ inaniter. Ad ꝑmã dico q̃ sicut ꝓtingit quadrupliciter p̃ferre testimoniũ hominũ testimonio dei ita et bonum creatum bono increato/ ꝑmo ⁊ vltimo modis nõ est peccatum mortale secũdo tertio modis est peccatũ mortale. ¶ Ad secundã nego añs saltem partialiter/ et cõcedo quod de his bonis q̃ nõ habemus totaliter a nobis non debemus gloriari tanq̃ totaliter auctores horũ bonorum. De his autem q̃ non habemus a nobis nec totaliter nec partialiter nõ debemus gloriã auctoris appetere: sed gliari possumus in casu glia suscipientiũ. Et ideo apostolus non reprehendit quod gliemur in hmõi bonis sed gloriemur quã si non acceperimus. ¶ Ad tertiam cõcedo quod si totã gliaꝫ sibi tribuat peccat mortaliter ⁊ cum dicis si non/ non gliatur inaniter nego consequentiã: quia licz non totam gliam sibi tribuat tñ tribuit sibi maiorem quã debz: aut ardẽtius: aut importunius: aut nõ loco et tempore debitis: aut non ꝓpter finem debitum gloriatur: et ita inaniter gloriatur. Contra quartam cõclusionem arguit̃ sic: primo per illud q̃ contra quosdam dicitur. Johan. xii. qui dilexerũt magis gloriam hominum quam dei.

Arg. tho. vbi sup. 2. eisdem in materia de iactantia

Arg. tho. vbi sup.

Multiplex honoꝛ testimoniũ p̃ferr̃ diuino

Gregorius

Bernard⁹

¶ Secundo/oēs tales auertunt a deo: et cōuertūtur ad bonum cōmutabile: ergo peccant mortaliter ¶ Ad pmam dico q̄s multa in sacra scriptura reprehenduntur q̄ non sunt peccata mortalia/ potest tñ distingui de hoc quod est magis diligere gloriā hominum quā dei sicut distinctū est. de pferre testimonium hominū testimonio dei. ¶ Ad secundam dico q̄ duplex est auersio. vna est q̄ fit p negationē actꝰ volendi ita q̄ omnis ille dicatur auerti a deo q̄ nō vult deum et de tali dico q̄ nō omnis est peccatum mortale. Alio modo est auersio q̄ fit p actum nolēdi: et de ista argumētū esset pbabilius: sed nō opz q̄ talis auersio sit in omni tali appetitu inanis gloriefit eñ in taliter appetente auersio a deo non qz nolit vel odiat deum/ sed quia intensa volitione fertur in bonum creatū z tunc vel remittit volitionez in deum vel eam suspendit. ¶ Contra septimā cōclusionem arguitur sic. Quicūq̄z surripit sibi illud q̄ est pprium dei peccat sed p appetitū inanis glorie aliquis sibisp̄i tribuit q̄ est pprium dei sm illud .1. thi. j. soli deo honor et gloria. ergo inanis gloria est peccatū mortale/ maior pbatur p illud ysa. xlij gloriam meā alteri nō dabo. Secundo oñe pctm̄ quod est maxime piculosum z nociuū est peccatum mortale: sed oñe peccatū inanis glie est hmōi. igr pbatur minor pmo p glosaz augustini super illo. 1. ad thessa. 2. Deus qui pbat corda nostra dicentis quas vires nocendi habeāt hūane glie amor non sentit nisi q̄ bellum ei indixerint et cetera vt supra allegatum est. Tū secundo p illud Chrisost. super mat. ca. vi. inanis glia occulte aggredit: et omnia q̄ intus sunt insensibiliter aufert. ¶ Ad pmam concedo maiorem et nego minorē: et ad pbationē cōcedo q̄ soli deo debetur glia impēdens z tanq̄z auctoris indepēdentis: sed creature bene habet gloria dependens. Et ideo bene dicit thomas in solutione huius argumēti q̄ nō omnis q̄ est inanis glorie cupidus appetit sibi illā excellētiā q̄ competit soli deo. Alia eñ est gloria q̄ cōpetit soli deo z alia q̄ debetur homini virtuoso vel diuiti. ¶ Ad secundum dico q̄ aliquod peccatū dicitur piculosum dupliciter. vnomodo ppter grauitatē et enormitatē sui: et sic cōcedo q̄ oñe tale peccatuz est mortale/ alio modo aliq̄ peccatū dicitur piculosum ppter inclinationē quā facit ita peccāte. Et hoc modo inanis glia dicitur piculosissimū peccatū: quia p hoc inclinat homo ad p̄sumptionē et cōfidentiā sui/ et ad p̄uationē interiorꝫ bonoꝝ: ad hoc q̄ frustretur deū gloria sibi debita sicut dictū est supra vbi ostēsum est quā piculosus sit appetitus glorie etiā ordinatus. ¶ Ad rationē ante oppositū dico negando antecedēs/ licet eñ inanis gloria sicut nec peccatum veniale mereat vitam eternā: quia nullus peccando vitā eternam meret: non tñ excludit eā. q̄ si alunde sit debita peccādo venialiter nō p̄ditur Et ad pbationem dico q̄ nō pbat aliud nisi quod inanis gloria nō meretur vitā eternam et nō pbat q̄ eā excludat nisi sit illa inanis glia q̄ est peccatū mortale sicut est illa qua q̄s ita gloriat vt gloriam vel deo vel primo debitam subtrahat.

S Duplex auersio

Argumenta thome vbisu. ar. 3.

Augusti.

Crisosto.

Tho. 2. 2. q 123. ar. 1. 4

Superbia vicium capitale.

cōtra tho.

nō semper ex appeti. sequitur pfectio.

Thomas

Queritur quinto. Vtrū inanis gloria sit vitiū capitale. Arguitur q̄ nō. Inanis gloria semp ex superbia oritur. ergo nō est vicium capitale: cōsequentia tenet. quia nichil quod semper ex altero oritur est viciū capitale. ¶ In oppositū arguitur auctoritate gregorii. xxxi. moraliū. Inanē gliam inter septem vicia capitalia enumerantis. ¶ Notandū q̄ vt refert beatus thomas de vicijs capitalibus aliqui loquūtur dupliciter. ¶ Quidā eñ ponunt superbiam vnū de vicijs capitalibus z hi nō ponunt inanē gliam inter vicia capitalia. Gregorius aūt in. xxxi. moraliū superbiam ponit reginā omnium viciorꝫ z inanē gloriam q̄ ab ipsa immediate oritur vicium capitale. Et hoc rationabiliter. Superbia eñ vt infra dicetur importat inordinatum appetitū excellentie/ ex omni autē q̄ quis appetit quandā pfectionem et excellentiā cōsequit. Et iō fines omnium viciorꝫ ordinant in finem superbie. Et ppter hoc videtur q̄ habeat quandā generalē cāritatem sup alia vicia et non debeat cōputari inter spiritualia viciorꝫ p̄ncipia q̄ sunt vicia capitalia. Inter bona autē q̄ p excellentiā homo cōsequitur p̄cipue ad hoc operari videtur gloria inq̄ntum importat manifestationē bonitatis alicuius. Nā bonum naturaliter amatur et honorat ab omnibus. Et ideo sicut p gloriam q̄ est apud deū cōsequitur homo gloriā in rebus diuinis: ita et p gloriam hominum consequitur excellentiā in rebus humanis. Et ideo ppter ppinquitatē ad excellentiā quā homines maxime considerant consequens est. q̄ sit multum appetibilis z q̄ ex eius inordinato appetitu multa vicia oriant et ita inanis gloria est viciuz capitale. hec beatus thomas. Ista opinio nō videtur michi in omnibus punctis cōtinere veritatem primo eñ nō placet michi q̄ alt q̄ finis omnium viciorꝫ ordinat in finem superbie. ¶ Finis eñ pusillanimitatis/ timoris/ luxurie/ accidie et hmōi nō ordinantur in finē superbie: sez in excellentie appetitum: sed de hoc dicetur posterius cū de superbia tractabitur. nec verus est q̄ ex omni bono quod q̄s appetit quandā pfectionem etiā excellentiam cōsequitur quia vel esset sm veritatem aut sm opinionem opinantis/ nō sm veritatem. quia p omnē appetitum inordinatum boni delectabilis vel vtilis q̄s fit imperfectior sm veritatē/ nec sm opinionē: quia concupiscens cōcupiscentia carnis: aut auaricie opinantur se p hec esse impfectiorem z unde est q̄ cōia hominibus ista refugit facere sciens q̄ minus estimabitur apud deū et homines si in hec vicia fuerit plapsus. Et cōsequenter loquendo/ superbia non videtur michi dicenda regina oīm viciorꝫ ppter causam a dicto doctore assignatam/ non michi pterea videt differentia inter superbiam et inanem gloriam assignata in hoc sez q̄ superbia est inordinatꝰ appetitus excellentie. Inanis aūt glia importat manifestationez hmōi excellentie sufficere quia superbus: aut appetit esse excellens sm veritatem/ aut appetit videri excellens. Si appetit esse excellēs sm veritatem hoc nō videtur malū: quia esse excellentem sm veritatem est realiter habere multa bona et excellentia: z carere magnis z multis malis. Si appetit videri excellens tunc non appetit nisi manifestationē excellentie seu quā hz: seu quā nō habet: seu quomodo nō habz: et ita nō differt a cupido inanis glie. Et quo ptz q̄ ille doctor nō sufficienter assignat differentiā inter superbiam z inanē gloriam. Et ideo etiam nō est mirū si causa quam assignat ad pbandū q̄ superbia nō est regina omniū

vicioꝝ nō est sufficiens. Sed de his posterius differetur latius. Sed ꝓ questione sit. Prima cōclusio Inanis glia nō est viciū capitale respectu vitioꝝ carnaliū. ꝓbatur nichil q regulariter inclinat ad actus oppositos vicijs carnalibus est vitiū capitale respectu vicioꝝ carnaliū: quia illud nō inclinat regulariter ad vicia carnalia: sed inanis gloria regulariter inclinat in actꝰ oppositos vicijs carnalibꝰ ergo inanis gloria nō est respectu taliū vicioꝝ vicium capitale. maior est certa ex diffinitione vicii capitalis ꝛ minor ꝓbatur. quia inanis glorie cupidus inclinatur ad sequendū ea ꝙ que assequi poterit gloriā sicut lucricupidus ad sequendū illud per quod lucrū cōsequitur/ sed ꝙ actus opposito vicijs carnalibus cōsequitur gloriā et actus hmōi vicioꝝ deperdit. ergo inanis gloria regulariter iclinat in actus oppositos vicijs carnalibus. Secundo ꝓbatur ista conclusio auctoritate cassiani collatiōe. v. vbi exꝑsse et ex intensione ꝓbat q de octo vicijs q enumerat duo postrema. s. iactantia ꝛ superbia nō sunt simili societate cū sex ꝓximis cōnexa: sed ab eis penitus distinguitur/ q ꝓbat quia nullā ex eis occasionē sue generatiōis suscipiunt: sed etiā mō ꝓtrario atq; ordine gñant. Nā sex ꝓximis corruptis ꝛ euulsis hec duo vehemēti⁹ ꝛ viuati⁹ pullulāt et fructificāt: ita q cū sumus victores in aliis tūc maxime in hec incidim⁹. Et si dicās q ex ista ꝓbatione sequit̄ q superbia et iactantia nō essent vicia capitalia: quia nō sunt nisi octo vicia quoꝝ sex nō oriunt ex istis duobus. ḡ nulla ex istis duobus oritur et ꝓ ons nō sunt vicia capitalia. Ad hoc respōdetur q ista vicia ꝓmo ꝛ immediate inclinant in actus suos/ ꝛ sm talē inclinationē non habent q dicantur vicia capitalia/ aliā inclinationē habēt mediantibus actibus suis. Et ista est duplex. quedaꝝ est q̄ totaliter sit ab hmōi viciis et ratione dictante de aliquo medio cōsequendi gloriā/ ꝛ hoc modo inclinat in opus castitatis castrimargie ꝛ alios actus aliis vicijs oppositos. Inclinant etiā interdū in ypocrisim ꝛ simulationē hmōi actuū et ꝓductionem in ablationē glorie ꝓxim⁹ ꝛ glie dmine. aliqñ vero cōcurrit cum hmōi actu appetendi gloriā cognitio glīeve nō consecute: vel detracte: vel aliqd hmōi/ et tunc inclinant in framin tristiciā: in sublationē beneficioꝝ et operū q̄ ꝓpter gloriā consequendā facere solent nunq; tamen videntur inclinare in vicia carnalia q̄ nō stat q̄ ꝙ appetitū glorie quis inclinetur ad illa vicia ex quibus non nisi diffamationem contēptum ꝛ vitꝫ. perisi conseqūtur.

¶ Secunda conclusio. Inanis glia est vicium capitale respectu multoꝝ alioꝝ vicioꝝ/ ꝓbatur. Dē vicium regulariter inclinans in multa vicia genere differentia est vicium capitale respectu illoꝝ sed inanis glia regulariter inclinat in multa vicia vt nuper deductum est. igit̄. ¶ Tertia conclusio. Inanis gloria est vicium capitale respectu superbie ꝓbat. quia ex hoc ꝙ q̄s appetit gloriam ꝛ eam ꝓcurauit sibi modis omnibus possibilibus ꝓuenit q ipe adequet se aut ꝓferat maioribus et meliorib⁹. Secundo ex hoc em̄ ꝙ lucifer vidit se laudabilem et glorioſum ꝛ multis bonis clarum ꝛ fulgētem quodāmodo ꝛ ipe in illam temeritatē prorupit q̄ diſceret ascendam in celū et ero similis altissimo. Secundo ꝓbatur aucto. cassiani collatione quinta qui ita inanem gloriā et superbiā connectit vt incremētuꝫ ꝓtioris. s. inanis glorie sit origo posterioris scz superbie. Nam vt dicit adaucta iactantia oritur superbia.) Tertio quicquid diminuitur ex diminutione alterius originatur ab eo: sed superbia diminuitur ex diminutione inanis glorie: ergo superbia oritur ex inani gloria. Et ideo Cassianus eadē collatione vbi. q̄ sicut hec vicia incremento ꝑcedentium generantur ita ꝛ eoꝝ diminutione purgatur. Nam si sit superbia excludēda ꝓuocanda est iactantia. Et ita semper ꝓtioribus superatis posteriora conquiescunt. Et ne quis me reꝓhendat q̄ in hoc deuio a traditione communi aduertat hanc conclusionem non esse meam. sed cassiani doctoris quidem in morū et religionis institutione excellentis.

¶ Quarta conclusio. Inanis gloria est vicium capitale. patet satis ex dictis/ ꝓbatur secūdo auctoritate Gregorij post oppositum ꝓbatur. tertio gloria inter bona externa est maxime appetibilis. ergo appetitus eius inordinatus in multa vicia inclinat: ergo ex inordinato appetitu eius nata sunt multa vicia oriri: ergo inanis gloria est vicium capitale. ¶ Contra ꝓmaꝫ conclusionem Arguitur sic. quicquid est in excellentiā appetētis illud i gloriam eius cedit/ sed omne bonū appetitum et consecutum est in excellentiam appetentis: ergo et in gloriam et ꝙ consequens bonum carnis quod per vicia carnalia consequimur cedit in gloriam appetētis: sed inanis gloria inclinat in oīne illud quod cedit in gloriaꝫ appetentis: ergo inanis gloria est vicium capitale respectu vicioꝝ carnalium. Secundo sequitur: q vtile est incipientibus viam honestatis labi in vicium inanis glorie: sed consequens est falsum. Et patet consequentia quia satius est aliquam iactantie vicio pulsari quam incidere in fornicationem a qua vix valeat post ruinā resurgere/ a qua tamen fornicatione cum teꝑtat⁹ est per iactantia se liberat: vt puta cum considerat dignitatem officii sacerdotalis qua insignitus est vel opinionem hominum qua sanctus ꝛ immaculatus creditur que opinio dimittitur per huiusmodi vicia carnis. Tum secundo quia minus malum cōsulte assumitur vt maius fugiatur. Tū tertio quis iactantia sic hominem infatigabilem reddit vt faciat ieunia biduana et triduana ab eo non sentiri vt patet per experientiam: ergo iactantia potest refrenare corruentem in fornicationem. antecedens ꝓbatur auctoritate Macharii abbatis qui interrogatus quare in cenobijs constituit carentia cibi sine labore quinis diebus tollerant. Ipsi autem in heremo positi tanta fame vrgentur vt vix possint cotidianum ferre ieiunium. Respondit q in heremo nullus est ieiunii testis qui te suis laudibus nutriat atq; sustentet. In cenobio autem lingue hominum ꝛ iactantie refectio sanginant.

¶ Ad primam nego minorem. Sunt enim quedaꝫ bona appetita ꝛ desiderata q̄ tendunt ad infamiā appetentis quia sunt inhonesta.

¶ Quod si restringat bonum ad bonum honestum tunc bonum carnis inordinate appetitum non est bonum sed malum.

¶ Ad secundam potest responderi dupliciter/ vnomodo concedendo consequens sicut concedit ipsum Cassianus collatione quinta. vbi probat q ab incipientibus carnalibus adhuc vitijs impli-

Cassianus

Cassianus

Cassianus

macharius

catis et solum ad his iactantia vtiliter assumitur. Opinio cassiani

Et ꝓbat rationibus arguēdo adductis q̄ si alicui non placeat hec solutio. Respondeo aliter negādo cōsequentiam. Et ad p̄mam ꝓbationem concedo assumptū exponendo satius. i. minus malū z nego p̄iam: quia nō est necesse nec in hoc nec in illud incidere/ aliter aūt non valet cōsequentia nisi vbi in alterum vrget necessitas. ¶ Ad secundā ꝓbationē concedo assumptū ibi necesse est in alterutrum incidere. ¶ Ad tertiam concedo assumptū et ob hoc bene dictum est q̄ inclinat ad actus oppositos vicijs carnis et cū infertur. ergo vtiliter assumit̄ nego consequentiam: quia nunq̄ est vtilis assumptio malivt inde bonū eueniat/ aliam rationē addit idē cassianus fundatā in quadā figura sumpta ex libro Regū: sed quia talia argumenta non sunt multuz efficatia. ideo nō est opus eā repetere vt soluatur. Defensio cassiani

Quod si q̄ras: vtrum opinio illa cassiani sustineri possit. Respōdeo q̄ cassianus vult dicere q̄ simpliciter melius est hominē esse cupidū cupidū inanis laudis et carere fornicatione et castrimargia quā habere fornicationē z castrimagiā z carere iactātia. Dicere vlterius q̄ ad hoc q̄ in moribus de duobus alterū eligatur. nō est respiciēdū ad necessitatez simpliciter: nec ad necessitatē naturalē: sed ad necessitatem moralē/ quia hoc vel illud dicitur necessarium: eo q̄ pensata cōditionem hominū vt in pluribus hoc vel illud eueniet. ex tali em̄ necessitate diceretur q̄ pensanda esset moralis vtilitas. diceretur ꝓterea q̄ sicut Aristo. in. ij. ethicoz. z oēs expositores cum eo cōsulunt/ q̄ habenti vnū vicū et volenti se absoluere ab illo expedit vt trāseat in vicium oppositū. Ita etiā nō videtur incōueniens q̄ implicatus vicijs carnalibus transeat in desiderium vane laudis vt ab his eripiat cū fm̄ documentum aristotelis vtile sit sibi transilire in vicia opposita vitijs carnalibus. Diceret ꝓterea q̄ iactantia vel inanis gloria eo tātū fine assumpta vt ab aliis grauioribꝫ vicijs liberemur: et tandē vt deo immaculato corpore seruiamus vt cōstat nō est peccatū mortale. Et si est peccatum veniale est multum remissum z debile: et bene posset sustineri quod in tali casu nec mortale pctm̄ esset: nec veniale/ sed actus bonus z laudabilis. Sed tūc etiā cōcedendū esset quod nō esset inanis gloria: sed esset appetitꝰ gloriē alias. i. remota huius finis circunstantia esset inanis. ¶ Nam si ꝓpter vtilitatē ꝓximi ego possū rationabiliter appetere laudez et gloriā quare nō potero causa rationabiliter appetere ꝓpter vtilitatem meā moralē vt scilz q̄ hanc ego ad virtutes. Inciter z a vicijs detrahat cū ego sim magis obligatus ad salutē meam ꝓcurandā: quā ad salutem ꝓximi. Et ideo opinio cassiani nō videtur esse leuiter reꝓbanda in hac parte sicut nonnulli putant q̄cunq̄ em̄ ratio habet apparentia cōtra hāc opinionem tantā apparentiā cōtra opinionē aristotelis dicentis q̄ volenti fugere vnū vicium transeundum est in oppositum vicū. ¶ Cōtra tertiā cōclusionem Arguet cum agetur de supbia. ¶ Contra quartā conclusionem Arguit sic. nullum vicium q̄ semp ex alio vicio oritur est vicū capitale: sed inanis gloria semp ex altero oritur Tum quia ex supbia. Tū quia oriē ex aliquo: aut ergo ex bono: aut ex vicio/ nō ex bono vt cōstat/ cum originatū semp sequatur cōditionem originis et cuius randix sanc

Rationes tho. vbi su. articu. 4.

eta eius et rami sancti sunt: ergo originantur ex vicio. Secūdo ambitio nō est vicium capitale: ergo nec inanis gloria. cōsequētia tenet: quia honor circa quē est ambitio est aliquid ꝓcipalius gliā circa quā est inanis gloria. Tertio omne vicū capitale habz aliquā ꝓncipalitatē scz aut in grauitate peccati: aut in appetibilitate obiecti sui. sz inanis gloria nō habet aliquā talē ꝓncipalitatem nō in grauitate peccati quia nō semp est mortale peccatū nec in appetibilitate obiecti: quia gliā hūana est quid fragile et extra hominē existens. ¶ Quarto omne vicium capitale est mortale duz ōm̄e tale sit ꝓculosissimum. sed non oīs inanis gloria est peccatum mortale vt supra dictū est: ergo non inanis gliā nō est vicium capitale. Quinto ex vicio capitali oīa vicia nata sunt oriri/ sed nō omnia vicia nata sunt oriri ex inani gliā cum sicut supra dictū est nō oriātur ex ea vicia carnalia. Ad ꝓmam negat maiorez beatus thomas quia vt dicit oīa vicia etiā capitalia ex supbia oriuntur: sed vt dictum est hec opinio non videt vera. Ideo dico q̄ vicū capitale potest dupliciter diffiniri. vno modo ꝓ affirmationē et negationem sc̄z per nō esse ab alio vicio et esse a quo alia/ ita q̄ vicū capitale sit vicū quod nō regulariter z vt in pluribꝫ originat ab alio sed a quo multa vicia genere differentia regulariter z vt in pluribus originant: et sic cōcedo maiorem. Secundo modo potest diffiniri ꝓ affirmationē tantū: et tunc vicium capitale est a quo multa vicia genere differentia nata sunt regulariter z vt in pluribus originari: z sic nego maiorem. Et ad ꝓbationē nego minorem. Et ad primā ꝓbationem nego assumptum. Et ad ꝓbationem secundā cōcedo q̄ originantur alij ex aliquo puta ex cognitione alicuius excellentie vere vel apparentis z teptationem vel impulsu ad hmōi inanem gliam que teptatio non habet rationem vicij/ sed cōsensus in teptationem nec rōnē virtutis sed dissensus a teptatione: ideo ꝓpter loquēdo nec ex bono nec ex malo oritur loquēdo de bono z malo moris. Ad secundā cōcedo aūs et nego cōsequentiā. Et ad ꝓbationē nego assumptuz imo extra gloriā cū sit finis ꝓpter quem appetunt laus et honor est aliquid ꝓncipalius z melioꝰ honore. Et si dicatur q̄ causa semp est melioꝰ effectu. dico q̄ licet ratio causandi sit potior quā ratio huiꝰ q̄ est causari: tñ entitas que est effectus in genere cause efficientis aliquando est melior q̄ entitas q̄ causa quia talis effectus aliquando est causa finalis que semp est potior his q̄ sunt ad finē. Ad tertiam nego minorē. quicqd sit de maiore gloria em̄ hz quandā ꝓncipalitatē in appetibilitate nō quia ex inclinatione recte rationis: sed ex inclinatione nature rationalis create/ aliqd em̄ dicitur habere ꝓncipalitatem in appetibilitate dupliciter. vno modo quia recta ratio ꝓncipaliter inclinat ad appetendū illud. alio modo quia nature hominū aut creature rationalis vt sibi derelicta ad appetitū illius vehementer inclinatur. Et hoc secūdo modo intelligitur ꝓncipalitas gloriē in appetibilitate. Et ad ꝓbationem cōcedo assumptū et nego consequentiā loquendo de ꝓncipalitate secūdo modo dicta licet bene cōcludat de ꝓncipalitate primo modo.

¶ Ad quartā nego nego maiorem immo oppositū eius sc̄z q̄ non est mortale est verissimilius quia videtur esse magis rationabile concedere q̄ in vicijs

Descriptio vicij capitalis.

ficut et in virtutibus ꝓgreditur a minoribus ad de
teriora ꝯ econtra sicut riuus vt in pluribus est ma
ior fonte et ideo nō multū ꝓbabilis videtur opinio
eoꝝ q̄ dicunt q̄ a supbia omnia vicia oriunt nisi in
telligatur ad sensum posterius declarandū. ¶ Ad
quintā si intelligatur de ortu regulariꝫ vt in plu
ribus negat maior. Si aūt intelligat tam de ortu re
gulari quā non regulari tā in pluribus quā in pau
cioribus/ tūc concedo maiorē ꝫ nego minorē. Sūt
em̄ vt dictū est q̄dam q̄ gloriant in malicia ꝫ in vo
luptatibus suis etiā carnalibus ꝫ ꝓ hoc q̄ iactant
se de vicijs carnalibus q̄runt gloriā de aliq̄bus bo
nis carnalibus et q̄ gloriat de luxuria vel de inglu
uie magna de virtutib⁹ suis aut pulchritudine aut
affabilitate gloriam q̄rere videntur: sed hoc nō cō
tingit nisi in paucioribus: et in his qui iam vicijs
ipsis corrupti sunt.

duplex ortꝰ vicioꝝ

F

Queritur Sexto Utrum
inobedientia: ypocrisis: contēsio: per
tinatia: discordia: et nouitatum ꝑsum
pti or: cōueniēter dicantur filie inanis
glorie. ¶ Arguit quod nō. Hec omnia ex aliis oriū
tur quā ex inani gloria: ergo nō conueniēter dicū
tur filie inanis glorie. In oppositū est grego. xxxi.
moralium. ¶ Notādum q̄ sm Ari. ethico. iiii. Ja
ctator est q̄ est simulatiuus glorioſoꝝ ꝫ nō existen
tium et maioꝝ quā existunt/ quod cōtingit triplici
ter: verbis: operationibus: et fictione. Verbis vt cū
quis voce exprimit aliqua laudabilia sibi ineſſe q̄
nō insunt: aut maiora ineſſe quā insunt operationib⁹
vt si q̄s frequentādo loca disputationuꝫ simularet
se doctū/ aut frequēter legendo theologiā se theo
logum simularet/ aut frequenter laudādo religio
sam vitā seu religionē amare ꝫ desiderare fingerēt
Tertio fictione et ypocrisis: vt q̄ vilit ate vestis fin
gunt se ꝫ gliam reliqua humana cōtemnere vt la
tomi/ tales em̄ simulant cōtemptū vt inde vel glo
riam: vel lucrū consequātur/ et hmōi simulatio ia
ctantia est. Nam vt ibidē dicit aristoteles. Et em̄
supabundantia et valde. i. minimus defectus ia
ctātium. Ex q̄bus patꝫ falsum esse q̄ iactantia fit
tm̄ verbis vt vult thomas. Inobediēcia est qua q̄s
recusat adimplere q̄ sibi a superioꝛe ꝓcepta sunt/
ypocrisis est deuotionis et religionis religioſoꝝ
factoꝝ imitatione simulatio. Cōtentio est duplex/
vna opinionū ꝫ est verbis ꝫ argumētis clamoꝛosis
de veritate peracta aliqua dissentio. alia honoris
aut lucri vt cū duo de officio aliquo vel dignitate
vt lucro cōtendunt. ptinacia est in sententia vel ele
ctione cōtra rationē immotatio. Discordia est ois
animoꝝ etiā si verbis cōtentiosis nō sit explicata
dissentio. Nouitatum ꝑsumptio est rerū nouiter in
uentarum et a cōmuni hominū sensu alienarū qua
rum nōdum satis ꝓspecta est ratio asseueratio vel
publicatio/ ꝓ nunc simus istis diffinitionibus con
tenti inq̄situri de eis cum de ꝓdictis suis locis sin
gulatim dicemus: nec placet q̄ ait thomas de pti
nacia q̄ ad intellectū ptinet cum ipe ponat eā op
positam vicio malicie et virtuti ꝑseuerantie q̄ sunt
habitus appetitiue partis et non intellectiue. No
tandum est scō quod sm Aristo. loco supradicto
cōtingit fingere maiora in existentibus tripliciter
aut gra nullius cum scz q̄s hoc fingit nō vt lucrum
nec vt gloriaz/ aut aliq̄d aliud assequatur: sed quia
ita habituatus est et delectatur in hmōi opationi
bus etiam si nichil de cōsecutus videatur. Secun
do modo gra glorie vel honoris. Tertio modo gra
lucri. Ex q̄bus patet q̄ triplex est iactantie spēs.
Eodem modo dicendū est de cōtentione ypocrisi ꝫ
reliquis/ quod interdū fiunt gra nullius interdum
gra honoris ꝫ glorie/ interdū gratia lucri. ¶ Tum
sit ꝓma cōclusio. Sex ꝓdicta cum gra lucri aut
nullius fiunt nō sunt filie inanis glorie/ ꝓbat quoꝝ
finis nō gloria illa nō sunt filie inanis glie: sed ꝓdi
ctoꝝ finis est gloria vt satis cōstat: ergo non sunt
filie inanis glorie/ hoc idē etiam ptz de inobedien
tia cum sit ꝓpter consecutionem delectabilis aut
fugā tristabilis. ¶ Secūda cōclusio. Sex ꝓdicta
cum fiunt gra glorie sunt filie inanis glie/ ꝓbatur.
Omnia vicia in que nos appetitus glorie impellit
sunt filie inanis glorie/ sed omnia ꝓdicta sunt vicia
in q̄ nos appetitus glorie impellit: ergo omnia pre
dicta sunt filie inanis glorie. ¶ Tertia conclusio.
Sex ꝓdicta q̄ sunt filie inanis glorie specie differt
a sex ꝓdictis que nō sunt filie inanis glorie/ ꝓbat
Sex filie inanis glorie habent gloriam ꝓ obiecto
sed illa, que nō sunt filie inanis glie non habēt glo
riam ꝓ obiecto igit̄/ minor ꝓbatur. actus ꝫ habit⁹
ꝑ se bonus vel malus habet finem et qualibz circū
stantiā actus exterioris q̄ facit bonitatem vel ma
liciam in actu ꝓ obiecto: sed gloria est finis huius
modi actuum/ in aliis autē gloria nec est finis/ nec
circunstātia igitur. Quātum aūt ad maioꝛes hui⁹
rationis. Est aduertendū q̄ si accipiat nomē filie
ꝓ originato siue sit eiusdē generis siue nō dicta ma
ior esse vere. Si aūt acciperetur nomē filie ꝓ origi
nato ab alio quod est eiusdem nature specifice vel
saltem generice cū eo/ tunc maior illa nō esse vni
uersaliter vera sed esset limitanda ꝫ modificanda.
¶ Cōtra primam cōclusionem Arguit̄ sic. Cū pre
dicta fiunt gra lucri habent ꝓ fine gloriā: ergo ad
huc sunt filie inanis glorie añs ꝓbatur/ quia ideo
fiunt manifestetur excellentiā aliq̄s in faciente: vt
ea manifesta cōsequatur lucrū. sed manifestatio ex
cellentie non est nisi g̃ia vel gloriatio. igitur. Ad
hāc rationem negat̄ antecedens loquendo de fine
ꝓncipali ꝫ vltimo lz bene de fine subordiato Et ad
ꝓbationem cōcedo ꝓmam patet assumpti. Et ad
secundaz dico q̄ est gliatio subordinata lucro et q̄
habet etiā gloriam ꝓ fine subordinato sed nō ꝓ fi
ne vltimo/ finis aūt vltim⁹ est gra cui⁹ cetera fiūt
¶ Contra secundā conclusionem Arguit̄ sic ꝓmo
de iactantia sm Grego. est species supbie: sed su
perbia nō oritur ex inani gloria ergo nec iactantia
Secūdo arguit̄ de cōtentione ꝫ discordia. Cōten
tioꝝ discordia oriuntur ex ira: ergo nō ex inani glo
ria cōsequentia tenet quia ira est vicium capitale
iani glorie cōdiuisum. Tertio arguit̄ de inobediē
tia quia inobedientia vel est supbia vel supbie filia
ergo nō inanis glorie. Cōfirmatur quia inobedien
tia frequēter cōtingit ex infirmitate vel fragilita
te humana et inobediens iudicat̄: censet se magis
dignum vituperio quā glia: nec in obediendo quan
cūcz excellētiam vel ꝓtendit vel manifestat. igitur
nō est filia inanis glie. ¶ Quarto sm Crisost. sup
Ma. vana glia vbicz est malum sed maxime in phi
lantrophia. i. in mia vel elemosina: sed ꝓsumere ele
mosinam nō est ꝑsumere nouitatem aliquā cum ele
mosinam nō sit in admiratiōe sed in cōsuetudine ho=

Tho. 2. 2. q 132. arti. 5.

Duplex cō tentio.

pertinacia'

Discordia

Nouitatuꝫ ꝑsumptio.

Arg. tho. vbi supra articu. 5.

minum igitur. ¶ Ad primã dico q si iactantia ordi
tr netur vt quis alteri equalt vel superiori preferatur
sic est superbie filia sed si iactantia que ordinatur
ad manifestationem bonoꝝ que nõ insunt vel malo
rum q̃ insunt vt inde gloriã et laudem reportet sic
est filia inanis glorie. ¶ Ad secundã dico q aliqua
cõtentio exira ꝛ nõ ex inani gloria oritur vt cum
quis irascitur ꝛ cõtendit qz passus est dispendium.
in bono vtili vel delcãbili et talis nõ est filia inanis
glorie. aliqua vero oritur ex ira ꝛ inani gloria vt cũ
quis contendit quia passus est ab alio dispẽdiũ glo
rie ꝛ qz in tali ira ꝛ vindicta ordinanꝫ in gloriam/
ideo dicitur filia inanis glorie. alia vero ex gloria:
et non ex vindicta/ alia ex cupiditate lucri. alia ex
nullo horum oritur. Hec puto verũ quod ait Tho.
q ira non causat cõtentionem ꝛ discordiam nisi cũ
adiunctione inanis glorie Nam vt dictũ est cũ ve
nit ira ex dispendio lucri nõ fit cõtentio de gloria:
sed de lucro et elumento. Nec talis cõtendit quia
gloriosum reputat non cedere voluntati alterius:
sed quia nõ cedẽdo sperat lucrum quod cupit aut
aut ꝓpter lucrũ impeditũ lingat ꝛ cõuiciaꝫ. ¶ Ad
cõtra tho. tertiam cõcedo añs de aliqua inobedientia sed nõ
vbi supra. de qualibet ꝛ adhuc cõsequẽtia nõ valet quia sicut
supradictum est superbia nascitur ex inani gloria.
¶ Ad confirmationem concedo q talis inobedien
tia non est filia inanis glorie ꝛ hoc est satis confor
me hijs que supradicta sunt. ¶ Ad quartã dico q
opus mĩe ꝓpter vanam gloriam non est p̃sumptio
nouitatum. sed p̃sumptio nouitatũ esset si quis vel
let ꝛ proponeret ꝓpter summam perfectionẽ suam
pasci solo cibo sibi diuinitus allato. aut crederet se
tante perfectionis vt nichil sibi nociũ putaret etiã
si se precipitez daret quoꝝ exempla recitat. Tasit.
L presumptio nouitatum est si quis falsa ꝓ veris com
muni omniũ ore et sermone de rebus publicet. aut
si quis contra omnium doctorum scolasticoꝝ vsum
et consuetudinem prohibeat aliquarum probabi=
lium opinionum impugnationem ꝛ aliarum magis
ꝓbabilium mutationẽ quod nõnulli diebus nostris
fecisse dicunꝫ qui cum alios velut nouitatum p̃sum
ptores accusabant in presumptuosissimum genus
nouitatis inciderunt. ¶ Pro intentione tamen Chri
so. q̃uis parum sit ad propositum dico q vanã glo
riam maxime malum esse in opere misericordie po
test ĩtelligi dupliciter. Vnomodo quia ipsa malus
malum sit in tali opere q̃ in alijs et hoc non videꝫ
verum. Nam si est malum in elemosina vt dicit
Thomas quia prefert vanam gloriam vtilitati pro
ximi/ erit multo deterior in cultu diuino qz ꝑ ipam
prefertur vana gloria honori diuino constat etiam
q vana gloria qua quis furripit gloriam deo aut ꝓ
ximo adhuc est deterior.
¶ Aliomodo potest intelligi quod maxime sit ꝛ̃,
quia frequentius incidit in opere misericordie. In
cidit enim in omni opere alias bono et laudabili/
sed adhuc plus in opere misericordie q̃ in alijs qz
vix aliquis est q̃ non desideret nomen et opinionẽ
beneficentie et liberalitatis glorie causa/ ideo in
operibus pijs que facilioris beneficentie sunt ma=
xime est malum vana gloria quia frequentius ab
eis bonitatem furripit ꝛ aufert q̃ ab alijs. Et hoc
maxime in viris christianam religionem profitẽtis
que vehementer ad huiusmodi opera misericordie
instigat et stimulat.

Queritur consequenter de superbia eo q affinitatẽ habet cum supradictis eo q ratio eius in quoda excellentie appetitu posita est. Circa quã Querit primo Vtrum sit peccatũ? ¶ Arguit q nõ nullũ vi
tium cõtrariaꝫ supbie ergo supbia nõ est peccatũ.
ppa tenet qz cuilibet pctõ nõ solũ virtus sed etiaz Tho.2.2.
peccatũ cõtrarijũ est. In oppositũ est illud qõ ha- questi.162.
betur thobie.4. superbiã nũq̃ in tuo sensu aut tuo articulo.1.
verbo dominari ꝑmittas. Circa hanc questionẽ de
clarat beatus Tho. primo quid sit supbia. Secũdo
ex hoc soluit questionẽ. Et ita eius ꝓma ꝓpositio
est supbia noiaꝫ ex hoc q aliquis ꝓ voluntatẽ ten
dit supra id qõ est ꝓbaꝫ auctoritate Isi. dicẽtis in
libro ethimo. supbus dictus qz sup vult videri q̃ est
qui eñ vult supgredi quod est superbus est. Secun
do superbia est peccatũ/ ꝓbat omne quod aduersa
tur rationi recte est peccatũ supbia aduersatur ra
tioni recte ergo superbia est peccatum minor ꝓba
batur qz recta ratio habet vt feratur vniꝰ cuiusq̃
voluntas in id quod est sibi ꝓportionatũ. Hec opi
nio nõ michi videtur in toto vera. ¶ Ideo sit ꝓma
cõclusio. Superbia stricte accepta nõ est diffinitiue volũtas vel appetitus quo aliquis tendit supra
id quod est ꝓbatur ꝓesumptio est qua quis ten=
dit supra id quod est quo ad administrationes/ am
bitio est qua quis tendit supra id quod est quo ad
honores. Inanis gloria qua quis tẽdit supra id qõ
est quo ad gloriã ergo hec diffinitio est qua quis tẽ
dit supra id quod est nõ est diffinitio ꝓpria superbie
sed est sibi ꝛ omnibus predictis cõmunis. Secun=
do si superbia est diffinitiue voluntas qua quis ten
dit supra id quod est aut hoc est quo ad aliquod p̃=
dictorum: aut quo ad omnia simul. aut quo ad ali=
quid aliud ab his. si primum tunc superbia erit ali=
quod predictorum. si sim tunc non erit nisi aggre=
gatum ex omnibus. si tertium tũc nullũ tale videꝫ
nisi excellentia/ aut ergo tendit in excellentiã ma=
iorẽ q̃ habeat aut in manifestationẽ. si sim tunc nõ
videꝫ distingui ab inani gloria sim eundẽ doctoreꝫ
q̃ rationẽ eius ponit in manifestatione excellentie
sue. si primũ tũc nõ videtur posse intelligi nisi du- M.
pliciter. vnomõ q tendat in maiorẽ excellentiã id
est q laboret et nitatur fieri excellẽtior q̃ sit/ ꝛ hoc
non est vitij sed virtutis. secundomõ q existimet se
excellentiorẽ q̃ sit ꝛ hoc bene cõuenit supbo et est
frequenter initiũ supbie/ ꝛ etiã cõuenit alijs. Nam
vanus se vt plurimũ gloriosiorem q̃ sit existimat ꝛ
ambitiosus maioribus honoribus dignum/ ꝛ ꝑsum
ptuosus grauioribus administrationib9. ¶ Est te- Augustin
men aduertendũ q diximus in conclusione supbia
stricte accepta/ qz supbia accipiꝫ dupliciter. Vno
mõ cõmuniter ꝛ hoc mõ cõtinet sub se p̃sumptionẽ
ambitionẽ/ inanẽ gloriã/ iactantiã/ ꝛ supbiam stri=
cte acceptam. Aliomõ accipitur stricte ꝛ vt est vi=
tium omnibus predictis cõdistinctum. Et de super
bia hoc mõ intendimus hic/ vt tamen videatur no
men superbie frequẽter a doctoribus sacris acce=
ptum esse cõmuniter. ¶ Sit scõa cõclusio. ¶ Sup
bia communiter accepta est voluntas qua quis tẽ
dit supra id quod est. ¶ Probatur primo per illud Au
gust. supra genesim quid est superbia nisi peruerse Bernar.
celsitudinis appetitus. secundo ꝓbatur auctoritate. Ber. in epistola ad senoñ. diuidẽtis superbiam

in duas species scilicet in cecam & vanam. cecā dicit vicium mētis quo quis se estimat esse bonum q̄
Duplex superbia. nō est vel a se esse q̄ō est. vanā dicit vitiū quo quis tā de eo q̄ō est q̄ de eo q̄ō nō est suis magis laudib⁹ q̄ dei delectat Jn istis autē cōstat & vanā gloriā &
Hugo. multa alia vitia cōtineri. ꝓbatur tertio auctoritate Hugo. libro de sacramētis li. ij. ꝑte tertia ca. j. dicentis. Superbia est amor ꝓprie excellentie. Cuius duo sunt genera vnū intus/ aliud foris/ intus est superbia/ foris est iactātia. Superbia in elatione cordis iactātia in ostētione operis/ ecce vbi primo diffinit superbiā & diuidit & facit eam mēbrum diuisionis et ita oportet q̄ eam accipiat in eadē sententia equi-
Triplex superbia. uoce scz cōmuniter & stricte. ꝓbatur quarto auctoritate Ber. ponentis triplicē superbiā cordis quā do homo in oculis suis magnus est oris q̄ iactācia dicit operis quando homo quadā superbia agit vt magnus appareat. Ex quibus auctoritatibus satis apparet q̄ superbia a doctoribus sacris accipitur cōmuniter ad inanē gloriā & iactanciam et ambitionē & ꝓsumptionē. ¶ Tertia cōclusio. Superbia est inordinatus amor excellentie cōtēptiuus. ꝓpter qua cōclusiōe aduertādū q̄ omnibus p̄dictis commune est amor inordinate excellētie p̄sumptuosus in administrationibus ambitiosus i honoribus. vanus in gloriā et ideo per inordinatum amorē excellentie non distinguuntur superbus a reliquis sed superbus habet ūbi ꝓpriū q̄ cōtēptiuus ē maiorū equalium & minor quod nulli alio⁹ ex ratione sui habitus cōuenit. Contempnit em superioritatē in maioribus/ equalitatem in equalibus/ et inferioritatē in minoribus. Dico ergo q̄ superbia est inordinat⁹ amor excellentie nō cuiuslibet sed illius quē inclinat per se & immediate ad cōtemptū & hoc est quod cōtēptiue describit nobis excellentie genus q̄ quā
Ø superbus inordinate affectat eo q̄ non aliter nobis satis cōpetenter innotescit. Est em quidem appetitus excellentie qua quis vult videri magnus & ctiā maior q̄ sit vt cōtingit in iactatore glorie/ in ambitioso et frequenter in p̄sumptuoso/ sed tamen appe-
Drīt p̄sumptuos⁹ ambitiosus p̄sumptuos⁹ et vanus. titus excellentie in eis nō inclinat eos tam ꝓprie ad contemptum aliorum sicut inclinat in superbo/ q̄ vt distinctionē inter hec magis aduertamus appetitus excellentie est his omnibus cōmunis. Sed p̄sumptuosus appetit opinionem excellētie ꝓpter administrationes et nō appetit administrationes ꝓpter excellentiā. Ambitiosus appetit opinionem excellentie ꝓpter honores et nō honores ꝓpter ex excellentiam. Vanus appetit excellentiam ꝓpter gloriam & non ecōtra. Superbus vero excellentiā ꝓpter se appetit gloriam autē honores et administrationem ꝓpter excellentiam nō quālibet sed cōtemptiuam: q̄ autē superbia stricte accepta dicat
Augusti. ℙ appetitum excellentie contemptiue ꝓbatur primo auctoritate Augu. de verbis dñi in sermone. lviij. prior est in vitijs superbia sed superbia parit inuidiā non em inuidet nisi amor excellentie. ℙro hac auctoritate Est aduertendum q̄ inuidia ꝓprie nō est aliud q̄ nolle alteri bonū nō q̄ malē michi illud in esse sed quia nullo sibi bene esse q̄ō singulariter con-
Duplex excellētie ap̄ petitus. tingit ex eo q̄ ego appeto excellere ip̄m. Tunc forma sic ratio omnis appetitus excellentie tam inordinatus vt inclinet ad nolendū bonū ꝓximo est appetitus excellentie cōtemptiue: sed superbia est huiusmodi vt patet ex auctoritate allegata igitur.

Nota tamen q̄ vt dictum est duplex est appetitus excellentie vnus non contēptiuus/ & iste est regulariter prior in vitijs et est communis vitijs contrarijs magnanimitati de quibus iam dictum est & est superbia cōmuniter dicta. Alius est contemptiuus et iste oritur ex p̄mo sicut appetitus qui est superbia stricte accepto nomine oritur ex appetitu excellentie qui est superbia nomine cōmuniter accepto. Secundo nullum vitium est cunctis importabile nisi cōtēptiuū: sed superbia est viciū cūctis importabile: ergo est cōtemptiuū ergo cū ipsa sit appetitus inordinatus excellentie ipsa est inordinat⁹ appetitus excellentie contemptiue maior videtur nota quia nichil ita excitat in iram et odium sī Innocen.
cut cōtemptus. et minor ꝓbat̄ p Innocē. li. de misera homīs. superbia cūctis importabilis est et oibus odiosa. Tum per illud eiusdē omnis vere vitio sus diligit sibi cōsimilē: superbus autem odit elatum Tertio ꝓbatur cōclusio ois habitus inclinans ad appetēdū insolita fastidiendū cōsueta ad recusandum et negandū ea que sunt in honorē & cōsolationem eor cū quibus versat ad imperiose se habēdū erga eos est appetitus excellentie contemptiue/ q̄ multa pars istorum pertinet ad contemptū: sed superbia est hmōi igitur minor ꝓbatur per eundē Jnno. li. eodem dicente superbus insolita gestat consueta fastidit: magnū reputat si loqui dignetur/ maximus si surgat & amplexet estimat dignitatē plus ab ipso q̄ ipsum assecutū ex dignitate nūq̄ vult vti affectu paternitatis sed semp vult vti imperio dominātis. Quarto omnis habitus appetitiu⁹ excellētie inclinans habentē ad hoc q̄ se doctiorem existimet his qui doctiores sunt et eos quasi ex auctoritate docere p̄sumat est appetitiuus excellentie cōtemptiue: sed superbia est huiusmodi igitur minor ꝓbatur p Gre. li. xij. moralium dicentē habent hoc omnes arrogātes ꝓprium vt q̄tum licet parum senserint in vsum hoc elationis inflectant/ ꝑpter quod vnde p intellectum semetipsis altiores fiunt inde per tumorem in foueam elationis cadunt/ se doctis doctiores existimant/ reuerentiā sibi a melioribus exigūt et docere superiores quasi ex auctoritate cōtēdūt. Quinto ꝓbatur auctoritate eiusdem Gre. li. mor. xxxij. cunctis inquit. superbia apud te cogitatione tumentibus inest clamor in locutione/ amaritudo in silentio/ dissolutio in hilaritate/ furor in tristicia in honestas in imagine/ erectio i incessu/ raucor in rīsione horū mēs semp ē ad errogandas cōtumelias ad tollerandas infirma ad obediendū pigra ad lacessendum alios in importuna ad ea q̄ facere debet & prevalet ignara ad ea autē que facere nec debet nec prevalet parata in id quod sponte nō appetit nullis exortationibus flectitur. ad hoc autem q̄ latenter desiderat querit vt cogatur q̄ dum renuit ex desiderio suo vilescere optat vim ipsam voluntate tollerare. Sexto probatur auctoritate
Augusti. Augus. de penitentia dicentis/ humiles celum petunt dum se infra alios deiciunt. superbi infima petunt dum despiciunt ceteros isti dum se despiciū celestibus iunguntur illi dum se erigunt a superioribus diuiduntur. Septimo p eundē ibidem. superbia inquit aliter prepositos aliter subditos temptat. Et paulo post viles & inutiles eos qui subiecti sunt oīndit ita vt nullū iam quasi dignū respiciat cui equanimiter loquatur/ vnde mox mentis transquillitas

in iram vertitur quia cunctos despicit et tanto irre frenatius se in iracundiam dilatat quanto eos qui sibi commissi sunt esse sui indignos putat. ¶Octauo auctoritate ¶Grego. xxiij. li. moraliū dicētis sancti viri aliena opera etiam prauа mirantur: sua vero etiam magis despiciunt aut contra arrogātes alie na etiam magna despiciunt suaq; etiā parua miran tur: et plerūq; de suis malis bona estimant de alie nis autem bonis male sentire nō cessant. Ex quib⁹ oībus ptz q̄ superbia est appetitus excellētie p̄ēpti ue z despective. ¶Quarta ꝯclo. Excellentia quā appetit superbus est alteri⁹ rōnis ab excellētia quā appetūt p̄sumptuosi/ābitiosi z vani. ptz qz ois ex cellētia q̄ sim se z prime ē p̄ēptiua est alteri⁹ rōis ab ea que non est scōm se z prime cōtemptiua: sed excellentia superborum est contemptiua vt pbatū est. aliorum autem non igitur. ¶Pro intellectu hu ius conclusionis est aduertendum q̄ qui ꝓprie est superbus ille est opinione sui timidus z inflatus z opinionem sue magnitudinis et excellentie se a ma iorum subiectione substrahere contendit/ et alios nititur sibi subicere/non pro officio aut dignitate aut administratione susceptа: sed solum p opinio ne sue excellētie ita q̄ sicut videmus q̄ ꝓpter offi ciū aut dignitatē rōnabiliter alter alteri subditur/ vt monachus priori/et prepositus balliuo/etiā in terdum propter officium alter ab altero eximitur neq; etiam propter officium vnusquisq; subicitur al teri quia vnum quodq; officiuz limites suos habet superbus existimat similiter q̄ propter excellentiā quam de se estimat nulli debeat esse subditus aut saltem non cuilibet cui tamen decet eum esse subdi tum et vult alios sibi obsequi obedire z in nullo cō tradicere. ¶Et cum sint duo obedientie genera vnum iuris aliud moralis honestatis sicut et duo domina. superbus autem se ab obedientia iuris sub strahit et ceteros sibi subici vult subiectione mora lem honestatem ementiendi et idcirco omnes con tēpnit et omnibus fit importabilis/excellentia eīm qua appetit superbus est que dicta est: nec iudicio meo competentius potest explanari. nam sicut per dignitates honorabiles et potentatum quis acqui rit ius quoddam prelationis super alios et ab alt quorum alioꝝ subiectione substrahit. ita p̄ opinio nem quam hz superbus de excellētia sua se subiectio ne eorum quibus et iure et morali honestate subiec tus esse debet subtrahit/et alios multos: qui nec iure nec morali honestate subiecti sunt sibi subice re contendit. Et sicut vanus per testimonium ho minum vult gloriam assequi ita superbus hmōi te stimonio neglecto per solam opinionez quā ipse de seipso habet vult haberi gloriosus z ꝓpter hec va nus se lenem et blandum simulat: superbus vero cru delem. superbus timeri vult; vanus amari quod ex pressit ¶Hugo. de sacramentis li. ij. parte. iiij. ca. j. di cens. Superbus, eo q̄ sibi placet alienū testimoniuz despicit iactantia autē vt magis sibi placeat alie num testimonium requirit sibi iactantia se lenem z blandū simulat. Superbia vero crudelem se demō strat superbia eīm timeri vult/ iactātia amari. Ex q̄ bus verbis ꝓbat secūda cōclusio. Excellentia in clinans ad famam p̄curandā lenitatē z blandicitiam et ad amorē verum vel apparentē est alterius rationis ab ea que in omni ad contraria inclinat: sed appetitus excellentie in iactatore vano incli nat in hec omnia. In superbo autem contraria hō rum omnium vt patet ex verbis allegatis. eadem minor potest probari de ambitione sicut de iactan tia auctoritate Innocen. libro de miseria hominis dicentis ambitiosus semper pauidus semper atten tus quid ne dicat vel faciat quod in oculis hominū displiceat humilitatem simulat: honestatem menti tur: affabilitatem exhibet: benignitatē ostendit sub sequitur obsequitur cunctos honorat: vniuersis se inclinat optimatibus assurgit z amplexat applau dat et adulatur promptus et feruidus vbi placere cognouerit remissus et tepidus vbi displicere pu tauerit. ¶His verbis Innocen. exprimit conditiones ambitiosorum que tamē omnino contrarie sunt cō ditionibus superborum per ¶Hugonem et alios po sitis. Tertio appetitus excellentie est alterius ra tionis in illis in quibus habet contrarios effectus sed appetitus excellētie in superbis inclinat ad fu gendum omnia que videntur seruilia etiam si p ea multa et magna possint bona acquiri. In aliis au tem inclinat ad hec omnia quando bona que appe tunt possunt p hec obsequia et seruilia adipisci igi tur. Secunda pars minoris patet ex auctoritati bus iam allegatis de iactatoribus et ambitiosis. ¶Prima vero pars ꝓbatur etiam per aristo. in quar to ethicorum ita dicentem. Despectores autem et iniuriatores vbi alia translatio habet superbi autē et petulantes et talia habentes mali efficiuntur. si ne virtute enim non facile ferre moderate bonas fortunas non potentes autem ferre et existimātes alios superexcellere illos quidem contempnunt ipi autem quodcunq; vtiq; contingit operantur imi tantur enim magnanimum non similes existentes z statim post sequitur contempnunt autem alios. Ex quo textu apparet primo pro conclusione precedē te q̄ in superbo est appetitus excellentie contem ptiue. Ad propositum autem sic arguitur. superbus quantum possibile est imitatur magnanimum: sed magnanimus fugit hec oīa seruilia vt blanditias adulationes obsequia vt habet Aristo. eodem ca pitulo. cum ait. Et ad alium non posse viuere sz vel ad amicum. seruile enim ꝓpter quod et omnes blā ditores seruiles et humiles blanditores igitur.

¶Quinta conclusio. Superbia stricte accepta est peccatum. probatur omnis appetitus inordinatus excellentie cōtemptiue est peccatum: sed superbia est appetitus inordinatus excellentie cōtemptiue ergo superbia est peccatum. Ad hanc conclusionē possunt adduci multe auctoritates supra allegate.

¶Sexta conclusio. Superbia habet vicium sibi sim defectum oppositū ꝓbatur qz omne vicium oppositū virtuti scōm excessum habet vicium sibi oppositum sim defectum sed superbia oponit humilitati sm ex cessum: ergo habet aliud vitium sibi oppositus sim defectum. Et si queras quod est illud vitium. Rñ det beatus Tho. q̄ humilitati opponit pusillanimi tas q̄ importat applicationē animi ad aliqua vilio ra. q̄ hominem deceat. Vicium autez videt q̄ ꝓprie oppositū humilitatis z superbie secundum defectum est amor dilectionis appreciatiue qua sic quis pas sim indifferenter z sine consideratione se subicit oī bus vt si que bona habeat vel dignitates vel offi cia veniant in contemptum nec ꝓpter quecūq; bo na q̄ habet erigat aīm ad veraz dignitatē z medio critatem eius/ cetera aūt q̄ i aliis sunt ita estimet:

Gregorius

Nota.

Conditiones superbi.

R

Sapatio.

Hugo.

Innocēti⁹

S

cōditiones ambitiosi.

Aristote.

T

Tho. 2. 2. questi. 16. arti. 1.

Opi. doc.

vt ea multi faciat supra rōnem appreciek. nam sicut superbus sua appreciatur et aliena cōtempnit ita p oppositum iste pusillanimus excedit in contēpnendo se et sua z in appciando aliena, siue deficit in appreciando se z sua et in cōtempnendo aliena. supbus pluris facit scientiam suam q̄ aliorum virtutes z diuicias suas q̄ alior scientiā z se per hec multo excellentiorē q̄ sit estimat alios vero nō estimat: esse alicuius excellentie ꝓpter bona que habent ecōtra aūt iste pusillanimus bona sua nullius precij putat nec se per hec cuiuscūq; excellentie estimat. alios autē omnes magnis z multis bonis et sine cōparatione maioribus refertos arbitratur z plus existimat diuicias eor vel alia tēporalia bona q̄ bona corporalia nō mouek officijs nō dignitate/ aut alio publico munere/ vt aliquid quod auctoritatis est in alios exequak non q; putet se non posse bene exequi/ aut quia laborē vel periculū formidet sed q; indignū putat vtvir delectus et vilis quicq̄ exerceat iuris aut honeste actionis que maioritatē pretendere videak in eos quos credit digniores et excellentiores p simplicitate sua. q; autē sit aliqua hmōi delectio etiam nimis deficiēs avera humilitate ꝓbatur ꝓmo vbicūq; est certa mensura seruāda ibi potest esse excessus z defect⁹/ sz in humilitate est certa mensura seruanda: ergo in humilitate potest esse excessus z defectus. minor ꝓbatur per beatum Ambro. sup beati imaculati grāde est inquit in omnibus humilitatis tenere mēsuram. Scōo ꝓbatur per illud duodecimo de mistico somnio. humilis est qui seipm apud se veraciter contempnit/ humilior autē qui se contempnit ab alijs nō refugit/ humillimus autē qui contemptum suum non solum nō contempnit sed ad modū concupiscit. Tertio ꝓbatur auctoritate Gre. in moralibus li. xxvj. dicentis. dū prelatus plusq̄ decet deicit subditorum vitam strin gere sub disciplina non potest. ex qua auctoritate patet primo quod contingit se deicere plusq̄ decet Secundo patet quod inde detrimentū consequak. Quarto ꝓbatur auctoritate Grego. in registro dicentis. sic seruanda virtus humilitatis vt non soluantur iura regiminis/ ne dum ꝓlatus plusq̄ decet deicit subditor vitā restringere sub disciplīe vinculo nō possit. Quinto ꝓbatur auctoritate eiusdē Gre. in pastorali dicētis sunt nōnulli qui ex sola humilitate refugiūt ne eis quibus impares se estimāt ꝓferantur quor profecto humilitas si ceteris virtutibus cingik tunc ante dei oculos vera est cū ad suscipiendum hoc quod vtiliter ꝓcipitur pertinax non est. nec enim vere est humilis qui supni nutus arbitrio vt decet preesse intelligit et tamen preesse contempnit. sed diuine dispōni subditus atq; avitio obstinationis alienus cū sibi regiminis culmen imperatur et ex corde debet fugere et cūctis obedire. Ex ꝓdictis infero q; applicare animū ad res viles que non decent hominem non ptinet immediate ad pusillanimitatē oppositaz supbie vt vult Thomas ꝓbatur ꝓmo ex dictis quia delectio appciatiua est illa pusillanimitas opposita supbie: sed hmōi applicatio animi non est delectio appciatiua cum possit esse hmōi delectio sine quacunq; tali applicatione. Secundo vitium oppositū in defectu supbie potest cōsummari sine quocūq; corporali misterio: sed huiusmodi applicatio ad res viles non potest cōsummari sine quocūq; corporali ministerio' ergo hoc nō est illud minor est certa quia non pōt cōsummari sine rebus vilibus z maior ꝓbatur q; supbia pōt cōsummari sine materia exteriori ergo z humilitas z vitium sibi in defectu oppositū assumptū ꝓbatur p Cassia. collatione quinta ꝓbantē tactantiam et superbiam sine vllo corporali ministerio cōsummari posse vt ꝓbat de luxuria luciferi que fuit tantū animo et cogitatione concepta ac consummata. Et si dicas q; sine corpali misterio pōt esse volitio hmōi applicationis Respondeo q; cōsummatio non dicitur in omnibus pfecta volitio: sed hmōi volitionis executio ille eīm nō dicit cōsummasse luxuriam vel castrimargiam qui pfectam volitionē luxurie et cōsensum habet sed qui opere cōpleuit quod mēte cōcepit/ nō est autem semp necessaria in cōsummatione luxurie operis executio. Tercio hmōi applicatio animi interdū venit ex auaritia ant ex voluptate carnali ergo nō est vniuersaliter vitium superbie oppositum. antecedēs notū est p experiētiā Quarto hmōi pusillanimitas quando ex defectu magnanimitatis venit est vitiū directe oppositum ꝓsumptioni. ergo nō est vitiū directe oppositum supbie/ consequentia tenet q; sm Tho. ꝓsumptio z supbia sunt vitia specie distincta. Et antecedens ꝓbatur q; huic quod est administrare ea q̄ sunt supra vires directe opponitur illud: quod est administrare illa que ita sunt intra vires z dignitatem hominis vt p vilitate sua hominē deiciant z cōtēptibilē reddāt. ¶ Contra primam conclusionē arguif ꝓmo aucto. Isido. supra. p Tho. allegata Scōo supbia non est aliud q̄ inordinatus appetitus excellentie sed qui cunq; inordinate appetit excellentiā appetit supra id quod est z ecōtra: ergo supbia diffinitiue est tendere supra id quod est. Tertio cōtemptiuū est cōnotatiuum extrinseci ergo aliquid ppriū supbie prius dicit de supbia q̄ cōtemptiuū sed illud non videtur esse nisi excellentia: ergo diffinitio supbie est inordinatus appetitus excellentie. ¶ Ad primam respōdeo q; Isi. loquitur de supbia communiter dicta ad inanē gloriam z ambitionē z ꝓsumptionē z supbiaz stricte acceptā cōclusio autē est de superbia stricte accepta. ¶ Ad secundā cōcedo añs de supbia cōmuniē accepta. ¶ Ad tertiā nego añs. z ad ꝓbationem rideo dupliciter ꝓmo cōcedendo primā partē z negando secundā licet enim aliquid ppriū supbie prius de supbia dicak q; tñ illud nobis est incognitum ideo fuit p ꝓdicata cōnotatiua extrinseci circūloquendū. Respōdeo secūdo negando ꝓñam q; supbia est accidēs simplex sicut et quodlz aliud qō non est diffiniendū p ꝓdicata cōnotatiua partū intrinsecarum q; in accidentibus vel nō sunt partes vel oēs ptes sunt etiāsdē rōnis. Et ideo necesse est q; diffimank p ꝓdicata que extrinsece cōnotant ne q; oportet esse alia ꝓdicata prioza ꝓpria diffinitio intrinsece cōnotantia. ¶ Contra tertiā conclusionem arguif sic. supbia est inordinatus amor excellentie appciatiue. ergo nō est inordinatus amor excellentie contemptiue. cōsequentia tenet quiā eadē excellentia non est contemptiua et appreciatiua. ¶ Secundo si sic sequeretur q; nullus supbus esset laudatiuus nec blanditor' nec luxuriosus/ sed ꝓñs est falsum z patet ꝓña quia omnes tales sunt appciatiui eorum quibus blandiank quos laudant cuj quibus luxuriantur. falsitas cōsequentis patet per experientiam. Confirmatur. Supbia est origo om

Differunt supbus et pusillanimis.

Nota.

Ambro.

Grego⁹.

Correla.

Cassianus

x

nium vitiorum ergo superbia inclinat in actus omnium vitiorū ergo inclinat ad appreciationes aliorum inordinatas. ¶ Tertio de ratiõe superbie nõ sunt nisi duo scz excellẽtia z contẽptus: sed ista duo conueniunt pusillanimitati oppõsite: ergo hec duo nõ sufficienter diffiniunt supbiam. ¶ Quarto in superbo nõ ponunt nisi duo scz amor excellentie pprie cont emptus aliene: sed ista duo non oriuntur ex aliqua eadẽ causa. nec primũ ex secũdo nec ẽm ex primo igitur. minor p prima parte ꝓbatur quia illud ex quo nascerentur aut esset pprium supbie et tunc est aliquid pprtũ supbie ꝓter ista duo istis duobus primis per quod fiunt diffiniẽda supbia aut est cõmune z tunc illud cõuenit supbie et multis aliis et p consequens ista duo etiã multis aliis a supbia cõueniunt et ita ista diffinitio nõ est pprta diffinito pro tertia parte patet qz multis ineſt primũ quib⁹ nõ ineſt ẽm vt ambitioso iactatori ꝓsumptuoso pro secunda parte ptz qz ineſt multis ẽm quibus nõ ineſt primũ vt inuido iracũdo z oditorio. quinto ambitiosus z iactator sunt cõtẽptiui ergo eis cõuenit diffinitio supbi añs ꝓbat tũ ꝓmo p experientiã tũ scdo qz omne inclinãs ad aliqd cõsequẽdũ iclinat ad oẽ illud qõ ꝓtinuare cõsecutionẽ illius scz cõtemptus alioꝝ z diminutio gloꝛie iuuat ad hoc q ambitiosus cõsequat honoꝛẽ z iactator siue vanus gliaz igit. ¶ Sexto ira est appetitus excellẽtie cõtẽptiue g hec oratio hec nõ bñ diffinit supbiã añs ꝓbat q sit appetitus excellentie omnis ille cuius cõtemptus causat in eo tristiciã habet appetitũ excellentie: sed in irato cõtẽptus z parui pensio causat tristiciam vt patet ex Aris. ij. rheto. igit. q excellentia eius sit cõtẽptiua patet qz est vindicatiua ergo est cõtẽptiua ꝓña tenet qz si appciaret eum nõ vlciscereꝝ Tũ qz cõtẽpt⁹ est vnus vlciscendi mod⁹. ¶ Ad primã rñdeo q supbia est appreciatiua z cõtẽptiua appciatiua bonoꝝ q supbus hz/ cõtemptiua bonoꝝ alienoꝝ. appciatio ipsa signat cuz dicit q est amor excellẽtie hoc esse eundẽter importat q appciatur sua/ p hoc aũt q addit cõtẽptiue significat cõtẽptus alienoꝝ. Et ideo vt ista diuersa significent melius dicit q est amor excellentie contemptiue q̃ appciatiue. nec valet consequentia est amor excellentie appreciatiue ergo nõ cõtemptiue qz eadẽ excellentia est suoꝝ appciatiua z alioꝝ cõtemptiua. ¶ Ad secundã nego ꝓñam sed bene seq̃tur q supbus nõ est inq̃tũ supbus laudatiuus nec adulatiuus sed qz cõtingit q supbus aliqñ sit iactator aut ambitiosus per habitum superbie inclinat ad contemptum et p habitum ambitionis inclinat ad adulationẽ z ad multa seruilia minus tamen inclinatur ad hec q̃ ambitiosus nõ supbus eo q frequenter istarum inclinationũ vna impedit aliã idẽ etiã diceret de supbo auaro q scilicz p habitũ auaricie inclinatur ad actus appreciandi seruiendi et obsequẽdi. a quib⁹ tñ distrahit per habitũ supbie. Et ideo in tali est frequenter grauis pugna ꝓpter huiusmodi inclinationes contrarias. Ad confirmationem quicquid sit de añte qz postea dicet de hoc. rñdeo q aliquis habit⁹ dicit inclinare ad aliquid dupliciter. vnomõ immediãte. aliomõ mediãte actu suo elicito hoc mõ cõtingit dupliciter. vno mõ mediante actu suo ꝓrime. aliomõ mediante actu suo remote. ¶ Primomõ superbia inclinat in actũ suum. Secundo modo inclinat in actum ambitionis puta superbia inclinat primo in volitionem excellentie et appreciationis et quia iudicat se magis appreciandum si constituatur in magno honoꝛe vult aliquem magnum honoꝛem cõsequi quod est ambitionis quia supponit q eo non sit dignus. Mediante autem isto actu et iudicio quo iudicat se non nisi adulando aut obsequendo z laudando eos a quibus dependet huiusmodi honoꝛ talem honoꝛem posse consequi inclinat in huiusmodi actus. Dico ergo q proximum inclinans ad huiusmodi appreciationes inordinatas est actus ambitionis cũ iudicio supradicto remotum est actus supbie remotius est ipsa superbia. Ad tertiam concedo antecedens p prima parte z nego pro secunda. non enim illa appreciatio que cõuenit superbo conuenit pusillanimo oppõsito quia superbo cõuenit appreciatio sui et suoꝝ pusillanimo autẽ alienoꝝ nec illa despectio que cõuenit superbo cõuenit pusillanimo qz superbo cõuenit despectio siue contemptus alienoꝝ/ pusillonimo autẽ cõtemptus inordinatus sui z suoꝝ. Et si dicas supbus z pusillanimus eadẽ cõtemnunt et eadem appreciant ergo est in eis eadem appreciatio z idem contemptus añs ꝓbatur volo q sint duo vnus superbus z alius pusillanim⁹ petrus scz et iohãnes. Tunc sic petrus per habitũ superbie appreciatur bona que ipse petens habet et eadem bona etiam appreciatur. Jo. per habitũ sue pusillammitatis z idem petrus despicit bona q̃ habet iohannes et eadem bona iohannes etiam despicit per habitum sue pusillanimitatis ergo superbus pusillanimus eadẽ appreciant et eadem contemnunt. Ad hanc rationẽ cõcedo añs z nego cõsequentiã qz non appreciant et cõtemnũt eadem ẽm eandẽ rationẽ/ nam bona que appciantur supbus ẽm q sua sunt appciatur/ pusillanimus secũdũ q aliena ita q si eadem essent in eo ipse ea contemneret/ z bona que despicit superbus secundum q aliena/ despicit pusillanimus secundum q sua sunt. ¶ Ad quartam nego nimoꝛẽ p tertia parte z dico q ex inordinato amoꝛe excellentie ꝓprie oritur cõtemptus aliene. Et ad ꝓbationem nego assumptũ et dico q cuicũq; ineſt amor excellentie ꝓprie eiusdem rõnis illi que appetit a superbo esse ineſt ei cõtemptiuum excellentie aliene. Et ad ꝓbationẽ dico q vt iam dictum est q in iactatore z ambitioso z pñsumptuoso nõ est amor excellentie eiusdem rationis illi que est i superbo. Ad quintam nego q sint contemptiui per habituz iactantie et ambitionis. Ad primam ꝓbationẽ concedo q aliqñ experiũtur q ambiciosus et iactator cõtemnũt alios sed nõ experiunt q hoc faciant per habitum ambitionis vel iactantie. Ad secundam ꝓbationem dico q qñ aliqua duo possunt equaliter iuuare ad consecutionem alicuius et eque faciliter possunt haberi et nõ plus viuant ambo q̃ vnũ eoꝝ tunc dico q habitus ille non inclinat in quodlz illoꝝ iuuantiũ simul z copulatie sed tñ disiũctiue qz si nõ valeãt eq̃liter sed vnũ sine altero nõ ꝓsit ecõtra autẽ bene tunc inclinat in illud q põt per se iuuare. Ita estaũt q cõtẽpt⁹ nõ iuuat sine detractiõe/ z detractio bñ iuuat sine cõtẽptu z facilius põt haberi quã cõtẽptus qz ꝓtẽptus exigit iudiciũ z estimationẽ q̃ frequẽter nõ tra in ptãte nostra sicut obliqui z detrahere ideo dico q iactãtia z ambitio magis inclinãt oblocutionem diffamationẽ z detractionẽ quã ad cõtemptũ.

¶ Ad sextam nego antecedens/ ad primam dico q̄ aliud est appetere excellentiā z tristari de paruipē sione siue contemptu sibi vicina sint. Ideo etiam aliud est supbia z ira licet ex se inuicem frequenter oriant. Ideo rñdendo ad formā nego simp̄r maio rem assumptā/ ad pbationē añtis ad pbationē se cunde partis nego ꝓñam nec eñ vindicta est con ptus/ nec exigit de necessitate contemptū. Et ad p batione primā nego assumptū. Est tamen duplex appreciatio vna amicitie z caritatis z de illa cōce do alia estimationis et de illa nego multi enim vlci scuntur in eos quos magnos sciunt esse z iudicāt.

¶ Ad secundam pbationem concedo assumptum z nego consequentiā/ nam contēpnere sit vnus mo dus vlciscendi p̄ter quā sunt alij plures apparet sa tis q̄ nō valuit hec cōsequentia est vindicatiua er go cōtemptiua nec consequentia valet est contem ptiua ergo vindicatiua q; cōtēptiuus multotiens assumit̄ ꝓpter aliam causam quā ꝓpter vindictā

¶ Contra quartā conclusionē. Arguitur primo sic Superbus appetit excellētiam glorie sicut vanus excellentiam honoris sicut ambitiosus et excellen tiam administrationum sicut presumptuosus ergo excellentia quam appetit superbus nō est alterius rationis ab excellentia quam appetunt alij. Secū do Si est alterius rationis hoc est aut quia superbus appetit videri excellentior quam sit et hoc nō quia talem excellentiam etiam vanus appetit/ aut quia appetit aliquam excellentiam quam non ha bet et hoc non quia ambitiosus appetit etiam ex cellentiam quam non habet scilicet honores quos non habet z p̄sumptuosus administrationes quas non habet aut quia de facto estimat se excellentio rem quam sit et hoc non quia etiam predicti se ex cellentiores estimant quam sint ergo non videtur q̄ excellentia appetita per superbum sit alterius ra tionis ab excellentia appetita per alios. ¶ Ad pri mam dico q̄ superbus non appetit secundum q̄ su perbus' predictas excellentias nisi secundū q̄ sunt quedam media ad excellētiam quam principaliter appetit quia enim parua que sunt i eo; magna ideo se existimat dignū omnibus illis/ omnia tamen hec ordinat excellentiam illam quam principaliter ap petit. ¶ Ad secundam dico quod nec sic nec sic sed quia excellentie sue amor est contemptiuus siue de spectiuus et propter huiusmodi excellētiam cetera appetit excellētia quam alij appetunt nō est talis.

Ar. gtho. 2.2. questi. 132. arti. 1.

¶ Cōtra quintā cōclusionē. Arguitur sic p̄mo nul lum peccatum est repromissum a deo sed superbia connumerantur inter promissiones diuinas ergo su perbia non est peccatum/ maior ꝓbatur quia deus non repromittit nisi ea quor ipse est actor: sz deus non est actor peccati igitur minor patet per illud ysa. lx. ponam te in superbiam seculorum gaudium in generatione et generationem Secundo non est peccatum appetere diuinam similitudinem cū hāc quilibet creatura naturaliter appetat z in hoc op timum eius consistat q̄ fiat deo similis sed p superbiam appetit quis diuinam similitudinem q; vt ha betur in libro sententiarum/ pseri supbia est amor ꝓprie excellentie deus autem omnium est excellen tissimus igitur. Tertio appetere se esse excellentem non est peccatum sed superbia est amor ꝓprie ex cellentie igitur superbia non est peccatum. Quar to in bonitate z alijs perfectionibus cōsistit excellē tia sed amor huiusmodi perfectionum est huiusmo di ergo amor ꝓprie excellentie non est peccatum.

¶ Ad primam respondeo dupliciter vno modo ne gando minorem. Et ad auctoritatez dico q̄ in illis verbis dñs non p̄mittit superbiā/ sed p̄mittit exal tationem. Iu. s. cōtra superbiam seculorum. i. vni uersorum populorum. Secundo respondeo q̄ sup bia accipitur dupliciter/ vnomodo p̄ excessu regu lam rationis excedente et hoc modo est peccatum sed non accipit̄ sic in auctoritate allegata/ aliomō p̄ omni excessu bonor qui excessus vocatur super bia eo q̄ natus sit in multis inclinare ad superbiaz et hoc modo accipitur in aucto. Sed de superbia hoc modo accepta non intelligimus cum dicimus eam opponi humilitati. Et hec solutio satis cōcor dat cum solutione tho. ¶ Ad secundam respondeo q̄ appetere diuinam similitudinem cōtingit dupliciter/ vnomodo cum quis vult et optat imitari deum in his in quibus est a creatura rationali imitabilis Et hoc mō appetere diuinā similitudinē nō est pec catum sed virtuosum. Aliomō cū qs vult z estimat se esse simile deo aut multū appropinquare ad pfectionē diuinā z hoc est graue pctm̄. Et ad minorez nego eam quia supbus inordinate appetit excellē tiam suum deus aūt ordinatissime: supbus amat ex cellentiam despectiuā: deus aūt excellentiā excel lentie cōitatiuā. Superbus mala sua bona esse exi stimat in deo aūt oia sunt excellentissima. Supbus non solū mala alior despicit sed etiā bona cōtem pnit: deus aūt a malis reuocat et bona approbat z munerat. ¶ Ad tertiam concedo maiorē sed minor nō est debite subsumpta sub maiore quia supbus nō appetit se esse excellentē sed amat se esse excellentē excellētia cōtemptiua/ nō valet aūt ꝓña ergo amat se esse excelllentē: aliter respōdeo q̄ cōtingit dupli citer appetere se esse excellentē scz ordinate z hoc non est peccatū z iordinate z hoc est peccatū ama re excellentiā suam ordinate est amare bona et eo mō quo ex eis vera excellentia nascitur z hoc nō fa cit superbus inordinate est amare bona quibus nō nascitur excellentia aut saltem nō tanta et per ea se nichilominus excellētē existimare z hoc facit su perbus. ¶ Ad quartam concedo maiorē z minorez et conclusionem scz q̄ aliquis amor ꝓprie excellen tie non est peccatū cum quo stat q̄ amor inordina tus excelllentie est peccatum z q̄ amor excellentie cōtemptiue est pctm̄ Contra correlariū quinte cō clusiōis. Arguitur sic applicare se ad res magnas et facultatem hominis excedentes ad supbiam pti net ergo applicare ad res viles que non decent ho minem ptinet ad pusillanimitatē supbie oppositā. Secundo posita hmōi pusillanimitate habituali posita est causa sufficienter inclinans ad hmōi pu sillanimitatem ergo hmōi applicatio est actus illi us pusillanimitatis consequentia tenet quia nulla causa sufficienter inclinat ad actum alicuius habi tus nisi ipse habitus. ¶ Ad primam nego antece dens et dico q̄ illud ptinet ad presumptionem ideo oppositum pertinet ad pusillanimitatem p̄sumptio ni oppositam. Et si dicas q̄ supbi est communiter attentare tractare res vires excedentes hoc ego concedo non quia hoc pertineat ad superbiam sed quia vt plurimum supbi sunt presumptuosi et in su perbo non presumptuoso superbia communiter in clinat ad primum actum presumptionis.

¶ Ad secundam nego antecedens. pusillanimitas em̃ habitualis opposita supbie nõ inclinat sufficiẽter ad illum actum sed inclinat mediãte actu suo z adhuc ad sufficienter inclinãdum nõ sufficit talis actus pusillanimitas/ sed exiguntur multa alia puta ea que inclinare solent ad actum oppositum psumptioni in defectu.

Queritur secũdo. Utrũ supbia sit peccatũ mortale. Arguitur q nõ quia si sic tunc oĩe peccatũ essz mortale cũ omni peccato includaf superbia/ sed cõsequens est falsum: igif. In oppositũ arguitur. Supbia a doctoribus sacris dicitur insania: sed nullum peccatum veniale appellaf insania: ergo supbia est peccatum mortale. ¶ Prima conclusio. Supbia non ideo fm genus suũ est peccatũ mortale quia importat defectũ subiectionis homi nis ad deũ fm scz quod aliquis se extollit supza id quod est sibi pfixum fm diuinam regulã vel mẽsuram vt declarat thomas: pbatur pmo. non omnis se nõ conformans legi diuine peccat mortaliter. g nõ omnis q se extollit supza id quod est sibi pfixuz fm regulã diuinam peccat mortaliter. g hoc nõ est sufficiẽs ratio vt supbia sit peccatum mortale: ma ioz pbatur. peccans venialiter tñ non se cõformat legi diuine cum omnis in extensione se conformãs legi diuine bene agat z meritorie si sit in gra: ergo nõ conformans ois se non legi diuine peccat mortaliter. secũdo vanus z ambitiosus peccãt aliquã do venialiter et tñ ita peccãdo vanus nõ appetit gliam nec ambitiosus honores fm id q est eis pfixum scõm regulã et mensuram diuinã: ergo nõ est sufficiẽs ratio ꝓpter quã aliquod peccatũ sit mortale. Tertio stat aliquẽ estimare de supbia id q est sibi cõstitutum fm regulam diuinã et non peccare mortaliter: ergo hec ratio nõ est sufficiens rõ peccati mortalis in supbia antecedens pbatur qz stat aliquem hocmodo sic de se estimare z cõtra nulluz pceptum diuinũ peccare/ sed omne peccatũ mortale est ꝓtra aliquod de diuinis pceptis igitur: assumptum pbatur inducendo p singula pcepta diuina ¶ Quarto nõ quodlibet auerti a deo est peccatuz mortale: ergo nec omnis defectus subiectionis ad deum est peccatũ mortale: añs pbatur quia nõ q̃lz auersio a deo fit per actuz nolendi/ sed aliqua fit p negationẽ actus volendi in re et p tẽ in qua et p quo nõ tenemur cõuerti ad deũ sub pena pctĩ mortalis. ¶ Secunda conclusio. Supbia non hz q sit fm genus suũ peccatum mortale ex hoc q ipsa est cõtemptus dei et mandatoꝝ ipius: pbatur nõ ois supbia est cõtemptus dei z mandatoꝝ ipius: ergo non omnis supbia ex illa causa cõstituitur peccatũ mortale. antecedens pbatur stat aliquẽ nullo mõ contẽnere deũ amplius quã auarus cõtempnit eũ et tamen despicere ꝓmũ: et forte platum suũ aut ꝓncipem suũ: ergo nõ reperif in omni peccato superbie ꝓtemptus positiuus dei. Et si dicas q cum deus dederit pceptum de obedientia ad platos nõ potest ds cõtempnere platum nisi cõtempnat deũ et pceptum eius. ¶ Respondeo q licet vbi pceptum plati est rrtionabile nõ possit pterire pceptum prelati dn pterea pceptũ diuinũ tamẽ potest cõtẽpnere pceptum plati non cõtempnendo pceptum diuinum. Nam despiciẽdo platũ male estimãdo de pbitrate sua poterit facliter induci vt credat platũ potius causa auaricie quam alia ratione pceptum illud instituisse z ita faciliter incidet in contemptũ plati et pcepti cum qbus stat q iudicet deum esse optimũ et iustissimum et nichil instituisse nisi quod est rationabile et ita omnibus pceptis suis censebit esse obediendũ. Et ita hoc modo superbus contempnet platum et pceptum eius z tamen nõ contempnet deum et eius pcepta nisi illo generali contemptu q in omni peccante mortaliter ponif. Secundo volo q deus et platus idem pcipiant et p aliquo tẽ sciat superbus illud esse pceptum a prelato sed p tunc nesciat esse pceptum a deo tunc p illo tẽ nullo modo moneatur supbus p precepto plati nec minus agat quam si platus non pcepisset immo tanto magis vt ostẽdat se despicere prelatũ postea cognoscat hoc esse a deo pceptũ z incipiat velle desistere ab eo illud q agebat puta a comesti one carnum in. xl. quod tñ dico gratia exempli ni chilominus tamẽ vincat infirmitatẽ tẽptatio et cõtinuet vt prius. Tunc sic. Iste comedendo carnes ait cum pceptum diuinũ ex infirmitate z nõ ex cõtemptu dei cõtra vero prelati pceptum agit ex cõtemptu plati et pcepti sui igif impossibile est supbum cõtempnere platum et nõ cõtempnere deũ et p cõsequens nõ habet omnis supbia ex cõtemptu dei q sit pctm̃ mortale. ¶ Tertia conclusio omnis superbia in deũ est pctm̃ mortale: pbatur z supponitur q superbia in deũ est amoz excellentie ꝓprie cõtemptiue dei et mandatoꝝ suoꝝ Tunc arguitur sic. ois habitus contẽptiuus dei et mandatoꝝ suorum est peccatũ mortale: sed ois superbia in deum est habitus contẽptiuus dei et mandatoꝝ suoꝝ ergo ois superbia in deũ est peccatũ mortale. Scõo ois supbus in deũ vel simplr vel absolute cõtẽpnit deũ et bona eius et mãdata eiꝰ aut bona q̃z a se habere existimat et nõ a deo: aut si habere se a deo fateatur tamen se ex meritis suis habere gloziaf/ sed omnis talis peccat mortaliter cuz ois talis sit impius in deũ et blasphemus et cõtempnat gratiã et beneficia dei in hoies/ et neget deũ esse in eũ beneficium. Tertio quicquid est maxime abiectiuum gre illud est peccatũ mortale sed superbia in deum est maxime ꝓpatiua z abiectiua gre: ergo est pctm̃ mortale. Quarto illud quod est contrariũ virtuti illi q̃ est vniuersaliter et in oibus efficacissima ad gratiã pmerẽdã retinẽdã z recupandã et sine qua nõ põt ꝓmereri retineri z recuperari illõ est pctm̃ mortale/ sed superbia in deum opponitur timori in deum q est hmõi igitur: minoꝛes istarum duarũ rationũ ꝓbantur auctoritate Benardi in sermone dicentis in veritate didici nichil eque efficax esse ad gratiã dei ꝓmerendam retinẽdam et recuperandã quã si omni tẽ coz̃ deo inueniaris nõ alterũ sapere sed timere beatus homo qui semper est pauidus time ergo cũ arriserit gra time cũ abierit time cũ denuo reuertef et hoc est semp eẽ pauidum cũ arriserit gratia time ne indigne operis ea. Uñ apostolus/ videte ne in vacuũ gratiam dei recipiatis: sed si recesserit gratia tunc multo magis timendũ est quod vbi deficit gratia deficis et tu. sine me eĩ nichil potestis facere dicit dñs / time ergo substracta gratia tanꝯ mox casurus nec dubites in te eẽ superbiam etiam si nõ appareat etiam si nil tibi cõscius sis quod eĩ tu nescis deus scit. Munqd q hu-

Contra Tho. 2. 2. q 162. arti. 5.

Ibi

Non ois supbus ponitue deum odit.

